

Pr-10.021

DECLAMATIONES

Deiparae Mariae Virginis, per omnes
illius solennitates digesta.

AVTH OREFRATRE ALFONSO
de Orofco, ordinis eremitarum Sancti
Augustini.


ACCESSERE DECLAMATIO QVAE
dam festiuitatis sancti Luce, & tractatus
super Magnificar.



De la libreria
del conul. de
N. P. I. Aug. &
Saens de

CVM PRIVILEGIO:
Compluti apud Andream de Angulo.
Anno. 1568.

A costa de Alonso de Xaramillo librero.
Esta tassado a tres maravedis el pliego.




400840
MADE IN SPAIN



1585/2855

292




PL-10.021

DECLAMATIONES

Deiparae Mariae Virginis, per omnes
illius solennitates digesta.

AUTHOR FRATRE ALFONSO
de Orofco, ordinis eremitarum Sancti
Augustini.

ACCESSERE DECLAMATIO QVAE
dam festiuitatis sancti Lucae, & tractatus
super Magnificat.



*De la libreria
del Com. de
N. P. I. Aug. de
Sacerdot.*

CVM PRIVILEGIO:

Compluti apud Andream de Angulo.
Anno. 1568.

A costa de Alonso de Xaramillo librero.
Esta tassado a tres maravedis el pliego.

DEclamationes in laudē sanctissimæ virginis Mariæ à reuerendo admodum patre fratre Alfonso Orozco editæ, quas prudentissimus senatus regius mihi tradidit expendas, piæ sunt & catholicæ, nihil fidei Ecclesiæ Romanæ aduersum continentes. Quin amorem Dei, in sanctos religionē, cæteraq; virtutes comparandi materiam subministrant: & authorem ipsum ad encomia matris Dei extollendā satis affectum vbique præferunt. Nihil ergo obstat quo minus prælo mandari & inuulgari possint. Ita nobis visum est in hoc nostro cœnobio Diui Hieronymi apud madritum, octauo idus octobris, anno Domini. 1567.

Frater Rodericus
de Yepes.

ER REY.



Or quanto por parte de vos fray Alõsõ de Orozco frayle, de la orden de san Augustin, nos ha sido fecha relacion, q̄ vos aueys cõpuesto vn libro en latin de las fiestas de nuestra Señora: el qual era muy util y prouechoso para los fieles christianos, enel qual auia des puesto mucho trabajo y ocupaciõ, suplicãdonos vos diessemos licencia y facultad para q̄de por el tiempo que nuestra merced y voluntad fuesselo pudiesedes imprimir y vender, sin que otra persona alguna lo pudiesse hazer, sin tener para ello licencia y poder vuestro: o como la nuestra merced fuesselo. Lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto enel dicho libro se hizo la diligencia que la pragmatica por nos agora nueuamente hecha dispone: fue acordado que deuiamos mãdar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razõ: y yo tuuelo por biẽ. Por la qual vos doyo licencia y facultad para q̄ vos o quiẽ vuestro poder ouiere, podays imprimir el dicho libro que de suyo se haze mincion, y para q̄ por tiempo de diez años primeros siguientes que corran y se cuẽten desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante lo podays vender: y mandamos

† 2 y de-

y defendemos q̄ persona alguna durante el dicho tiempo sin vuestro poder, no le pueda imprimir ni vender, so pena de perder todos los libros q̄ del ouiere impresso, y mas de diez mil marauedis para la nuestra camara, cō tanto que ayays de vender y vendays cada pliego de molde del dicho libro, a tres marauedis y no mas: y mandamos a los del nuestro consejo. Presidēte y oydores de las nuestras audiēcias, alcaldes alguaziles de la nuestra casa y corte y chācillerias, y a todos los corregidores: asistente gouernadores alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier, de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros reynos y señorios, y a cada vno y qualquier dellos, anſi a los q̄ agora son: como a los q̄ seran de aqui adelante: q̄ vos guarden y hagan guardar y cumplir esta nuestra cedula y merced q̄ anſi vos hazemos: y que contra el tenor y forma dello no vayan ni passen, ni cōsientan yr ni passar por alguna manera, so pena de la nuestra merced: y de veynte mil marauedis para la nuestra camara. Dada en Madrid a poſtrero dia del mes de Septiembre: de mil y quinientos y sesenta y ocho años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.

Antonio Perez.

PROLOGVS AD
pium Lectorem.



EMo(nifallor) pie
lector à laudibus sa
croſanctę virginis
Marię est alienus,
nec quisquā adeo

rudis os obſtruere debet, eo quod
ab illius pietate & beneuolētia ne
mo mortalium vnquam ſecerni-
tur. Eam ob rem, haud immerito,
iſſa præcellentiffima ſummi Dei
parens clamat. Ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes genera-
tiones. Mira res, non quaſlibet na-
tiones adnumerauit, ſed omneis
dixit, quò tã cælorum ciues, quàm
terrigenas quoſq̄, vno verbo com-
prehendat. Fas quidem eſt vt cun-
cti felicē prædicent, ter quater, mil

Lucæ. i.

Prologus.

liesque beatā vocitet, quā Deus optimus ab origine mundi ita elegit, & præelegit, vt spiritu sancto cooperante totius orbis conditorē concipiat, & suo sacro vtero, cælo ipso digniorē, quē cæli capere nul-
Prou. 31. latenus poterāt portare queat. Hęc plane mulier fortis illa est quā maximopere sapientissimus rex Salomō mirificis exaltat præconiis, cuius pretiū admirabile de vltimis finibus adduci oportet. Hęc deniq; cælorum imperatrix, angelorū regem, & mundi saluatorem nobis peperit. Ob id omnes laudes eius alacriter cōcinant, præconia illius alternatim cōcrepēt, necnō diu noctuque indefesse ei grates habeant
Cæterum cum Elifabetha sancta
cla-

ad piūm Lectorem.

clamare non desinant, qui tātæ virginis amore flagrāt. Beata que cre
Luce. 11. didisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi à domino.

Verū hęc omnia cōtendūt prudens lector, nedū has nostras declamationes legeris, post tot sanctorū laudes in virginem gloriosam decātatas, excādescas neque irascaris vnquā. Nō ausu temerario id aggressi sumus, absit, quin potius nimio affectu illecti, hoc laboris obire decreuimus. Scientes non tantū aurū & argentū gēmasq; pretiosas, dño placuisse à populo suo deferri sed eo præcipiente, qui pauperes erant & similes mei, caprarū pilos deferebant ouantes, quibus ad operiendū tabernaculū & arcā fœde-

Prologus.

ris saga fierent. Hos nimirū imitari lubuit, rudi & inculto sermone arundineoq; stylo, has declamationes quas in cōcionibus nostris ante annos triginta (Deo patrocinante) habuimus, nunc calamo mādātes. Sane pude fieri non decet, sed cū vidua paupercula, duo minuta erea, audacter in gazophilaciū dñi mittere. Quis obsecro almæ virginis laudes etsi elinguis personare non audeat? Quis in quā tā est stupidus vt vel balbutientis more, heroicæ matris Dei virtutes, toto nisu, totoque conatu, nō deprōmat? Cum beato Bernardo exclamare iā placet. O virgo virginū præclara ille tuas laudes taceat, qui te in suis necessitatibus aduocatam non ferit

S. Bernardus.

ad pium Lectorem.

ferit adiutricē. Sed quid ni, homo laudes virginis concinat, cū celi ciuis archangelus Gabriel encomia christifere virginis minime taceat. Ave gratia plena (inquit) dñs tecū, benedicta tu in mulieribus. Vides ne sapiens lector, quomodo paronymus calicola in laudando sacerrimā virginē totus sit, eximias eius virtutes propalās? Nempe eate nus id gestum est, vt post hæc in terris sit agnita, & ab hominibus colaudata, quippe quæ, in æthereis aulis, tū Deo optimo, tū angelicis spiritibus vehementer est conspicua.

Sed quid plura? Siquidem dum laudare Mariam virginem cogito, stupeo, hæreo & omnino succūbo, ob præcellentissimam eius sancti-

Prologus.

c. 3. li. de
diui.

tatem, candidissimâque puritatē,
& mirabilem dignitatē. Vnde iure
mihi verba Sancti Dionysij ascri-
bam. Nobis conscius sumus, & non
ignoramus nos, imo omnium viro-
rum sapientium inferiores sumus.
Quandoquidem verba hæc humi-
litate omni referta, corde & ore
millies repetere non erubescam.
Quid, quod facerrimus ille pater
Augustinus, & sacrarum literarum
limpidissimus indagator laudes vir-
ginis referre affectans, virginem sup-
plex prius deprecatur, vt sibi parca-
tur. Ignosce virgo benedicta, igno-
sce mihi inquit, quod audeam cum
matre dñi mei cōfabulari. En quo
tremore, & qua humilitate tantam
virginem laudare nos oportet. E-
nim

ad pium Lectorem.

nim vero pie lector, huc nos com-
pulsit, partim quorundam fratrum
nostrorum pium desiderium, qui-
bus parere, ac in re tam pia obedi-
re ius erat. Partim etiã nos huc ade-
git sacratissimæ virginis magna
pietas, cui non solum ipse postquã
vitæ huius limina lustravi, sed an-
tequam natus essem, magnopere
debitor sum. Accipe ergo prudens
lector, beneuolentia & charitate
qua affoles, hæc declamationes,
in omnes virginis sanctæ festiuita-
tes cōscriptas. In quibus siquid fru-
giferum inueneris, gratias subin-
de exhibe Deo optimo, à quo om-
ne datum optimum profluit, bea-
to Iacobo teste. At verò, si contra,
exiguitati nostræ ex templo parci-
to.

Prologus.

S. Dion. to. Dicente apostolo Paulo chari-
ca. 1. ca- tas patiens est benigna est. Par igi-
lef. tur erit, vt Iesum benedictum in-
uocantes, paternamq; lucem, que
est, qua vera est, que illuminat om-
nem hominem venientem in hunc
mundum, ad laudes sanctissimæ
sue matris accedamus, & vtriusq;
ope fulti, parentis & filij Christi Ie-
su, mirabilia eius encomia effuti-
re incipiamus: Romanæ ecclesiæ
sanctæ censuræ, cuncta vltro subij-
cientes. Et quam bene vale doctis-
sime Lector.

Finit Prologus.

Tabula breuis huius libri.

- ¶ Prima declamatio immaculatam christi-
feræ Mariæ conceptionem tum rationi-
bus: tum figuris subindicat.
- ¶ Secunda sacrosanctæ virginis natiuitatem
ecclesias omneis collustrantem ostendit.
- ¶ Tertia verò deiferæ mirabilè præsentatio-
nem in templo factam pertractat.
- ¶ Quarta quidem annuntiationis illius stu-
pendam solennitatem fusius enarrat.
- ¶ Quinta autem visitationem ad Elisabeth
factâ, spiritu sancto inspirante edisserit.
- ¶ Sexta felicem illam expectationem virgi-
nis intactæ enarrat.
- ¶ Septima purificationem cædidissimæ Ma-
riæ indicat.
- ¶ Octaua festum, quod ad niues appellatur
describit.
- ¶ Nona tandem declamatio assumptionis
gloriosæ virginis faustissimum festum pa-
lam facit.
- ¶ Decima beati Lucae Euangelistæ priuile-
gia magna palam facit. Accessit his tracta-
tus super magnificat.

Finit Tabulæ.

Errata.

spe-

- Fol. 2. pag. 1. lin. 24. dodi. expectat diga nre.
 ctat & p. 2. l. 7. dodi. parenti dig. pare
 Fol. 3. p. 2. lin. 7. dodi. noxa dig. noxia.
 fol. 8. pag. 2. l. 3. dodi. & celo dig. ecçlo.
 fol. 9. pa. 1. li. 3. instante diga instanti.
 fo. 10. pa. 1. li. 4. dodi. auditas diga nuditas.
 fo. 11. pa. 1. li. 15. dodi. orthodoxorūt di. ortho-
 doxorum.
 fo. 2. pa. 1. li. 4. dodi. destinata di. destinatum
 fol. idē & pag. l. 5. dodi. fruitura di. fruiturā.
 fo. 14. pa. 1. li. 17. dodi. q̄ di. qui.
 fo. 15. pa. 2. li. 7. indimit diga indiguit.
 fo. 18. pa. 2. li. 22. Ifden diga idem:
 fo. 29. pa. 1. li. 4. dodi. lib. di. alias hic.
 fo. 33. pa. 2. li. 9. gratiaru di. gratiam.
 fo. 35. pa. 11. li. 8. dodi. malum di. magnū.
 fo. 42. p. 1. li. 16. do. prrperit di. peperit.
 fo. 49. p. 1. li. 24. dodi. quā domū dei ire di.
 quā in domū dei ire. idem pa. 2. li. 28. dodi.
 aycinthus. dig. hyacinthus.
 fo. 50. pa. 1. li. 19. dodi. alatur di. alatur idem
 pa. 2. li. 1. dodi. robor robore.
 fo. 52. p. 2. l. 14. dodi. examina alias agmina.
 fol. 64. pa. 1. lin. 19. dodi. esse dimittit di. se
 se dimittit.
 fol. 66. pagin. 2. lin. 2. dodi. paucis nitat diga

paucanitar.

- fo. 71. pa. 2. li. 20. dodi. huic hinc.
 fo. 75. pa. 2. li. 28. dodi. ille dig. illi.
 fo. 94. pa. 2. li. 14. dodi. quidē dig. quidam.
 fo. 106. pa. 1. li. 27. vnicas pro vincas.
 fo. 115. p. 1. l. 10. dodi. quo min. di. quo minus
 fo. 118. p. 1. l. 9. dodi. nō p̄sum di. non possū.
 fol. idem pa. 1. li. 12. Maria pro Mariam.
 fo. 125. pa. 1. li. 11. fna pro sua.
 fo. 128. pag. 2. li. 2. mundo pro mundi.
 fo. 130. pa. 1. li. 6. corrupta pro siue corrupta
 fo. 132. pag. 1. li. 26. anima pro animi, fo. 136
 pa. 1. li. 22. expectare pro expectare: fo. 140
 pa. 2. li. 17. sacratim pro sacratū, fo. 141. pag. 2
 li. 21. hippocritarum pro nehippocritare, fo.
 144. p. 2. li. 22. que vero pro qui vero, fo. 147
 pa. 2. li. 18. sigello pro flagello, fo. 155. p. 1. li.
 14. trimētibus pro timentibus te, fo. 159. pa.
 2. li. 21. dispone alias disponas, fo. 161. pa. 2. li.
 23. dodi. dixit alias ista dictio dixit abundat
 fo. 164. pa. 2. li. 25. potesti por potes. fol. 167.
 pa. 2. li. 10. non alias superfluit ista dictio non
 fo. 197. pa. 1. li. 7. corrupciōe pro incorruptio-
 ne. fo. 233. pa. 2. li. 21. tenebrara pro tenebras,
 fo. 241. pa. li. 16. sensus pro census, fo. 241. pa.
 1. li. 17. censum. pro sensum. fo. 244. p. 2. li. 13
 v̄sūtōtū pro v̄sūtātū, fo. 267. pa. 1. li. 1. silenci

pro silent. fo. 271. pa. 1. li. 8. gerit p gignit. fo.
277. pa. li. 17. super pro superiora. fo. 289. pa.
2. li. 12. Mariam pro Maria. fo. 299. pag. 1. li. 5.
fiat pro fuit. fo. 301. pa. 2. li. 26. fut pro ficut.
fo. 302. pa. 2. li. 2. tremendi pro tremenda. fo.
305. pa. 2. li. 27. desipit. pro desipit.

Corregido est libro con el ori-
ginal por donde se mando im-
primir, esta bien y fielmente im-
presso con las emiendas de las
erratas del molde, que van sa-
cadas en las dos hojas preceden-
tes, y en esta hoja. En Madrid a
16. de Agosto de .1568. años.

El Licenciado Luys
Hurtado,

IN CONCEPTIO^r

NE IMMACVLATA

DEIFERAE VIRGINIS

Mariae declamatio

Prima.




T H E M A.

¶ Quid habes Hester? Ego sum frater tuus: noli
metuere. Non morieris. Non enim pro
te, sed pro omnibus, hæc lex consti-
tuta est. Hester. 15.



DEVS optimus maxi-
mus charissimus, tantum
honoris, Virgini imma-
culatae Mariae voluit
conferre, tantum & lau-
dis illi collibuit magni-
fice dare, ut quemad-
modum filij sui aduentum verbis & pro-
phetarum vaticinijs nec non & figuris, ius-
sit mundo annunciari, ita almae virginis con-
ceptionem candidam, typis & umbris sa-
cris, instituit mirifice depingi. Verum nihil
est præclarum, quod aliqua illustrium mu-

A licium



Declamatio prima

lierum olim patrarit, summo numine suffragante, nihil ve infigne in illis praefulsit unquam, quin cumularius ac locupletius in Maria virgine sacrosancta splenduerit. Imo omnes foeminae sanctae quas nobis sacra recensuit pagina, omnes inquam, huius virginis sacerrimae typum gerebant. Eam ob rem, si Iahel, Sifarae ducis regis Iabim cerebrum confodientem inspiciamus, si Iudith Holofernem tyrannum, suo gladio perimentem contemplerur, ceterasque omnes intueamur, cunctae illae fortitudinem mirabilem Mariae praesignabant. Sicuti suo tempore & loco, latius explicabimus. Veruntamen Hester sancta speciosa, & humilis, quam scriptura teste adamauit rex super omnes mulieres, haec sane virginis benedictae, praeter omnibus figuram gessit. Haec, videns populum suum regis edicto morti damnatum, luxit vehementer, ieiunijs & inedie sese dedit, creber timis precationibus instans. Tandem praeterentitudine corpus suum ferre non valens, regio habitu fulgens, assumpsit ancillas duas, quarum altera eam sequebatur, defluentia in humum indumenta sustentans, super alteram orebatur. Mira res, roseo colore perfusa nitentibus oculis, maestum animum celabat, magno timore contractum. Ingressaque

Iudi. 4

Iudi. 9

Hester
modestia.

in conceptione virginis Mariae.

que steterit contra regem sedentem in folio regni sui, qui regalibus erat vestimentis indurus, auro ac lapidibus pretiosis fulgens, ita ut terribilis esset aspectu. Mirabile dictu, eleuans rex faciem ardentibus oculis, velut furorem pectoris indicans, regina, timore nimio correpta, in pallorem ex templo colore mutato, lassum caput super ancillam locauit. Atqui Deus optimus in matrem suam suetudinem spiritum regis vertens, festinanter de folio exiit, vlnis suis eam tenens, donec nec rediret ad se. Tunc ei talibus blandiebatur verbis. Quid habes Hester? Ego sum frater tuus, noli timere. Non morieris. Non enim pro te sed pro omnibus, haec lex constituta est. Verum historia sic habet.

¶ Quandoquidem dilectissimi Hester, quae eleuata in populis interpretatur, vel abscondita, beato Hieronymo teste, incluta virgo Maria est. Quam sic Spiritus sanctus eleuauit, & sua uirtute exaltauit, ut mater Dei effecta angelorum & hominum sit imperatrix. Nec alio expectat, elogium illud, quod sancta quotidie, ubique cantat ecclesia. Ave regina caelorum, ave domina angelorum. Haec sacra virgo videns, non Israeliticum populum duntaxat, morti danatum,

Nota.

Declamatio prima

sed vniuersū orbē ob p̄thoplaustū Adā sce-
 lus, perpetuæ neci obnoxii, cunctis virtuti-
 bus ornata, fide & charitate magna, ac spe
 mirabili decorata, summi numinis thronū
 adire decreuit, vt furorē Dei placāre
 queat, atque omnibus Adē filijs, qui in pri-
 mo parenti deliquerūt & egent gloria Dei,
 misericordiam & vitam conciliare valeat.
 Mundum inquam beata Dei genitrix ho-
 die ingreditur, vbi in aluo benedicto ma-
 tris suæ Annæ concepta est. Cuius introitū
 Salomon demiratus, sese contiūere mini-
 mē valens exclamauit in canticis. *Quam
 pulchri sunt gressus tui filia principis, in cal-
 ciamētis. Nempe gressus nostri fratres nul-
 lam pulchritudinem habent, quoniā in deli-
 cto originali concepti, nil candoris habem-
 us. Quin irē filios apostolus Paulus nos
 omnes fore asserit. O nos miserōs, ante quā
 mundi limina pedibus teramus, ante quā
 lucē hāc intueamur, filij gehēnæ facti, in v-
 tero matris nostræ inimici Dei efficiamur.
 Id ingemiscens regius psaltes clamat. Ecce
 enim in iniquitatibus conceptus sum, & in
 peccatis concepit me mater mea. Nō quod
 plura sint peccata originalia in aliquo, ne-
 que esse possunt. Vnum fuit delictū actu in
 Adā, & vnū est peccatū originale numero,
 in vno*

Canti. 7

Ephē. 2

Psal. 50

in conceptione virginis Mariæ. 3

in vno quoque nostrū, sed more suo scriptu-
 ra sancta loquitur, plurali numero, pro sin-
 gulari vtens. Cui sententiæ allusit, illud Ma-
 thæi, de Herode rege improbo loquēs. De-
 functi sunt qui querebant animam pueri.
 Vel ideo, in peccatis se esse conceptum pro-
 pheta asseruit, quanquā originale vnum sit,
 quoniam in eo præexistunt virtualiter oīa
 peccata actualia, veluti in quodam princi-
 pio, a quo profluunt cuncta mala. Itaque o-
 riginale vnum est peccatum numero, multi-
 plex autē virtute. Vnde hebraicæ habetur. *Nota.*
 Cum peccato concepit me mater mea.
 Quod perinde est ac si dicat. O domine nō
 ignoras, quod ad me atinet, iniquitatem es-
 se mihi velut genuinam, nā cū peccato con-
 ceptus sum. Demū in peccatis se conceptū
 dixit, vt nostram vulgarem traductionem
 sequamur, cui tantam auctoritatem sacra sy-
 nodus Tridentina, iure optimo nunc dedit.
 In peccato primi parentis, quod per origi-
 nem traducitur, fuerunt quam plurimæ de-
 formitates: scilicet, inobedientia, superbia,
 gula, & alia huiuscemodi. Vel quia multæ
 potentiæ animæ infectæ sunt per hoc pecca-
 tū S. Tho. 1. 2. q. 82. ar. 2. vbi latius hæc mate-
 ria tractatur. ¶ Ecce fratres mei quia sūt facti
 di & monstrosi, gressus filiorum Adē, in pec-

Math. 2

Nota.

Declamatio prima

cato originali generati, & in ira Dei enutri-
ti, donec ad sacrum baptismatis lauacrum
perueniant. At qui incluta Maria filia prin-
cipis altissimi, ingressus habet pulchros, imo
& pulcherrimos, vbi gratia Dei præuenta
concipitur, ita vt neque per instans peccati
noxa eã tetigerit. Colore roseo perfusa He-
ster intrauit ad regem, veniam populo Dei
petitura: & gratia summi numinis Maria
decorata, hodie ad Deum propinquare nõ
metuit. Duę ancillæ eam comitantes humi-
litas & charitas sunt, prima harum virtutũ
vestimenta eleuat, nam scriptum est. Om-
nis qui se humiliat exaltabitur. Secunda an-
cilla cui nititur virgo sancta, ipsa charitas
est, quippè quæ, nunquam excidit, veluti
vas electionis clamat. Ijs virtutibus alijs &
innumeris margaritis suffulta, Maria san-
ctissima, gratiam inuenit coram Deo. A-
deo vt furor illius antiquus, in filios Adæ
propalatus, in lenitatem & mansuetudinẽ
subinde commutetur. Mirabile dicta cha-
rissimi, qui olim leonis instar magnos
rugitus contra homines sceleratos emit-
tebat, dicente propheta. Leo rugiet quis
non timebit? Alma virgine orante agnus
mitis, ac mansuetus efficitur, quem vi-
dens præcurfor sanctificatus iuxta Iorda-

Luc. 14

Amos. 3

Ioan. 1

nis

in conceptione virginis Mariæ.

4

nis alucum, clamauit dicens. Ecce a-
gnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.
Stupenda res, vlnis suis rex tenebat regi-
nam ne forte dilapsa, rueret in terram,
ad eundem modum filius Dei matrem
suam reginam nostram, hodie suis mani-
bus tenuit, ne in iuro originalis noxæ foeda-
retur. Cantet suauem melos suum Deipara,
Iam & dicat. Tenuisti manum dexteram
meam, & in voluntate tua eduxisti me,
& cum gloria suscepisti me. Miro ac bre-
ui eloquio, suam candidissimam concep-
tionem, natiuitatem, & assumptionem
recensuit, pro impensis sibi tot donis, gra-
tias agens Deo optimo. Tenuisti manum
dexteram meam ait, ne labe peccati o-
riginalis tacta, foedissima lepra delicti fi-
liorum Adæ vulnerata, filia iræ euade-
rem. Ob tam præcellentissimum privile-
gium ingentes grates habeo tibi rex altis-
sime. Et in voluntate tua eduxisti me, quan-
do ex vtero matris meæ in lucem hanc
prodij, sanctitate & gratia fulta. De-
mum post exhalatam animam, huius vi-
tæ curriculo peracto, in æthereis aulis
cum gloria, tum animæ, tum vero corpo-
ris suscepisti me, angelicis spiritibus lau-
danda ac veneranda. Sed de ijs alias in

Psal. 72

Nota.

A 4 nona

Declamatio prima

nona declamatione fufius.

¶ Nunc fas erit verba præfumpta in themate enucleare, que planè magnam habēt emphaſim, magnaquē in eis latitant myſteria. Faxit Deus optimus, vt ea referare poſſimus, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum emanat, ſicuti ſanctus Iacobus teſtatur. Ait ergo rex. Quid habes Heſter? Quid paues, quoniam pacto expaueſcis, aulam meam intrans? Timeant omnes quamlibet ſancti, contremiſcat Iemias ſanctificatus ante quam natus, de quo ſcriptum eſt. Ante quam exires de vulua ſanctificaui te. Pertimeſcat præcurſor ille Ioannes, de quo Gabriel cælicus paranympus, ad Zachariam prophetam in templo dixit. Replebitur Spiritu ſancto adhuc ex utero matris ſuæ. Trepidant omnes prophetae, & merito contremiſcant, eo quod omnes in Adam peccauerunt & egent gloria Dei. Cuncti ex illa propagine infecta prodierunt, & ideo omnes cadent in retiaculo originalis culpa. Tu vero Heſter ait rex altiffimus filius Dei, tu abſcondita ab oculis hominum, conſpicua quidem oculis meis, te ab æterno elegi & præelegi in matrem meam, eam ob rem, in diaboli retiaculo nullatenus cades. De te vatici-

Heſter
15

Iere.1

Rom.3

in cōceptione virginis Mariae. 5

vaticinatus eſt Dauid ante mille annos, & Pſal. 44 eo amplius te collaudans. Elegit eam Deus, & præelegit eā. Deus omnipotens, Deus optimus, maximuſque, te virginem ſacerrimam in ſua præſcientia cognouit, antequam mundus eſſet & æthera ſtarent. Te adamauit, & inter omnes fœminas elegit, vt eſſes ſancta & immaculata, corpore & mente, vt tua conceptio eſſet ſingularis, nihil delicti contrahens, nihil que ſcleris habens. Quas ob res, trepidare non oportet eam, quæ ante orbem conditum, ſic electa eſt à domino, & vnice ab eo dilecta.

¶ Rationem audi, qua audita, longe lateq; propelles timore o virgo benedicta. Frater tuus ſum ait rex regum, & dominus dominantium filius Dei. Perinde ac ſi dicar. Vbi te creare inſtitui, & ante omnia ſecula agnoui, elegi, ac præelegi, vt ſororem te dilexi, & tanquàm ſponſam adamauit. Huc attinet quod in canticis Salomonis, ſepenumero, tam præcellenti te inſigniu titulo. Aperi mihi ſoror mea formoſa mea. Et iterum. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum, in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Et rurfus. Hortus concludus ſoror mea, hortus cōcludus, fons ſignatus. Siquidem amoris iaculo

Cāti. 5.

Cāti. 4.

Declamatio prima

tu soror mea, cor meum perfodisti, quo te-
lo utinam omnes homines me quotidie fau-
ciarent, diligentes toto corde eum qui tan-
topere eos dilexit, ut animam pro eis da-
ret, spontanee patibulum crucis ascendens.

Nota.

Bis vulneratus sum dilectione tua, o soror
amantissima. Primo quado te agnoui ante
secula, secundo quando te creavi & immu-
nem ab omni labe peccati preferuavi. Sine
macula concepta es sine tempore, & absq; no-
xa generata in sacro matris tuę utero. Nō

Provi. 8.

ne tua vox ea est: Antequam terra fieret, ego
iam concepta eram. Verum si mihi, utpote, qui
sapiētia patris celestis sum, iure ipso, vox il-
la convenit, ramentum quia fratres sumus, nihil
vetat, quominus utriusque vox sit. Agite &
vos fratres mei, quam primū date operam, ut
sagitta amoris Christū Iesum saluatorem no-
strū vulneretis. Nam nihil est suavius, aut iu-
cundius saluatori, hoc vulnere. Equidem quā-
do mēs nostra, nō terrena sed eterna contē-
platur bona, tūc vno oculorū, spōsi cor vul-
neram. Itaq; spiritalis visio maxime illi pla-
cet. Quod vero statim sequitur, & in vno cri-
necolli tui, desiderium & piā cogitationē indi-
cat, qua laboramus animas convertere. Col-
lū enim, caput & mēbra coniungit. Est er-
go crinis vnus, vnica cogitatio, & precipua

Nota.

intentio,

in conceptione virginis Mariae.

6

intentio, qua circa hoc laboramus. De hoc
Ricardus, super cantica. c. 27. Et quoniam
virgo purissima omnes sanctos, tū feruida
contemplatione, tū etiam zelo animarum
præcallebat, ideo bene merito sponsus ait.
Vulnerasti cor meum soror mea, in vno o-
culorum tuorum & in vno crine colli tui.

Ricardus
de sancto
Victore.

Nec silentio prætereunda est, pulchra il-
la cōparatio, quam sponsus de horto con-
cluso tetigit. Hortus amoenissimus virgo
Maria optime appellatur, sane in quo sunt
posita vniuersa virtutum plantaria. Imo
hortus Assueri regis est, manu regia confi-
tus, in quo magnum conuiuium principi-
bus paratum est, vbi in cœna vltima Chri-
stus Iesus seipsum edendum exhibuit, apo-
stolis suis dicens. Accipite, hoc est corpus
meū, quod pro vobis tradetur. Et deinde
cruorem suū roseum illis præbens ait. Bibi-
te ex hoc omnes. Hic est calix sanguinis mei
noui, & æterni testamenti. O conuiuium sa-
cro sanctum, o mensam opiparam, modis
omnibus admirandam. Vbi mēna calicū
angelicis spiritibus atū est, necnō & homi-
nibus orthodoxis. De quo regalis ppheta ce-
cinit. Panē angelorū māducauit homo. An-
geli quidem eundē panē comedunt, sed in sua
magestate facie ad faciē Deū vidētes, nos

Hester.

Matt. 26

Psal. 77.

utrique

Declamatio prima

Euchariſtia. *vtique vt paruuli velut in lacte Chriſtum Ieſum edentes ſpeciebus panis & vini circumuelatum, fide illibata reueremur, & in hoſpitiolum peſtoris noſtri reponimus, quem panem viuum & celo deſcendentem, quis niſi Maria benedicta mundo exhibuit? Ipſa eum cōcepit Spiritu ſancto cooperante, dicente angelo. Quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt. Vidiftis chariſſimi, conuiuium magnum quod rex noſter Aſſuerus preparauit in hoc præcellentiſſimo horto, manu regia conſito. Nunc obſecro aciem mentis noſtræ vertamus, & penitius contemblemur, mirabilem amœnitatem huius viridarij. Eſt nimirum vſque adeo dulcis, imo omni mellita dulcedine ſuauior memoria ſacræ virginis. Vt bearo Bernardo placet. Ait ergo frater & rex omnipotens filius Dei Mariæ virgini loquens. Hortus concludus ſoror mea ſponſa, hortus concludus fons ſignatus. O virgo benedicta, ſuper omnes ignara delicti, quænam lingua narrare poterit, quàm varia, quàmque pulchra ac pomifera ligna, Deus optimus inteplātauit? Plane ſi mihi linguarum centum, & ora centum eſſent, vel tātillum tuarum virtutum fari non potuiſſem. Nec mirum, cum ſic fueris ſuper cælicolas om-*

nes

in conceptione virginis Mariæ. 7
nes euecta, vt amicta ſole videaris. Solem ipſum nemo valet acie irreuerberata intrueri, tantum abeſt, vt quod intra ſolem abſconditum eſt agnoſcamus. Sol totius orbis Chriſtus, te ſua gratia induit, ab omni contagio peccati præſeruans, & viciffim tu virgo ſacra, filium Dei nube carnis noſtræ ſolem ipſum operuiſti. Sicut ſcriptum eſt. Solem nube tegam. Hortus concludus al- Ezec. 32.
ma virgo tu es, in quo pater cæleſtis lignum vitæ complātauit, cuius folia ad ſanitatē gentium, quàm plurimum valent. Quem admodum dilectus Chriſto Ieſu, in ſua Apocalypſi ſubindicat. Profecto ſacri euāgelij verba, velut folia ranti ligni ſunt, cuncta quæque medicamenta exuperātia, quid plura? antidota cunſtarum animarum benemerito vocatur ſacræ verba, quippe quæ, infirmitates quaſuis depellunt, ſuperbiam, inuidiam, auaritiā, & alia multa, id genus vitia, neutiquā alijs medicamentis niſi hiſce propelluntur. Quid de fructibus ligni vitæ nunc dicam? Verum de illo populus vocē magna clamitabat. Bene omnia fecit, nā ſurdos fecit audire & mutos loqui. Huc pertinet, illud beati Petri. Qui per Actu. 16
tranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos a diabolo: quoniā Deus erat cū illo.

Declamatio prima

illo. Nonne sese lignum frugiferum nuncu
 Luce. 23. pauit, baiulans sibi crucem & dicens. Si in
 viridiligno hæc faciunt in arido quid fiet?
 Verba sunt valde annotanda, & vehemē-
 ter contremenda, ni quis stupeat. Vbi do-
 S. Augu- ctor præstantissimus Augustinus ait. Chri-
 stus lignum viride est, ac perinde frugife-
 rum, ob virorem & virtutē diuinitatis suę.
 Nos ligna arida, quia peccatores & miseri.
 ¶ Ad hæc hortus hic clausus dicitur, nō se-
 mel sed bis, eo quod gratia Dei circumual-
 latus, intrinsecus & extrinsecus, immunis
 semper mansit, & bestiarum dentibus mi-
 Ecclē. 2. nime paruit. Rex ille Salomon ait. Plantaui
 mihi hortos & pomeria, & conserui ea cū
 ceteri generis arboribus. At Christus pacifi-
 cus, cuius figurā ille gerebat, eadem verba
 ouanter repetit de Mariā virgine loquens.
 Feci mihi hortos & pomeria. Nec obstat
 quod hortos, non hortum se plantasse di-
 cat. Quia Deus cōseruit corpus matris suę
 in virginitate, & hortum suę mentis in fan-
 ctitate & humilitate. Plātauerat autē Deus
 Gene. 2. à principio paradysum voluptatis, in quo
 posuit hominem. Clamat Moses. Et ad eū
 dem modum pater celestis creauit Mariā,
 in qua posuit filium suum vnigenitum. Vt
 factus homo, homines suo sanguine sacro
 redimeret.

in conceptione virginis Mariæ. 8
 redimeret. Dicente apostolo. Misit Deus Gala. 4.
 filium suū factum ex muliere, factum sub
 lege, vt eos qui sub lege erant redimeret.
 Cæterum quia homo ille tantum erat non
 paradysum custodiuit, sed versutum serpē-
 tem, vltro audiuit, dum mulierem deceptā
 non corripuit, imò blandicijs & pestilentis-
 simis illius verbis, suo malo cōsensit. At qui
 in hoc paradiso celesti, Deus & homo posi-
 tus est, eam ob rem callidissimus hostis, vi-
 rulentusque coluber, aditum non adinuen-
 nit. Fons signatus est, sigillo totius Trinita-
 tis, qua de re nil venenosum, in hac candi-
 didissima concēptione virginis almę inueni-
 tur. Vnde magno iubilo, gauisa mater Dei
 Cant. 6. cantat. Descēdit dilectus meus in hortum
 suum ad areolam aromatum, vt pascatur
 in hortis, & lilia colligat. Enim verò singu-
 la verba magnam emphasim habent, at nō
 vacat omnia adamussim prosequi. Sar sit
 fratres. Vt hoc vnum scire, in illo para diso Gene. 2.
 fons ascēdebat de terra, irrigās paradysum,
 ne siccitate arefceret. Eodem modò flu-
 uius egreditur de Maria, irrigans omnem
 ecclesiam, eo quod filius eius, fons aquę
 viuę est, salientis in vitam æternam. Vnde
 in templo voce magna, in magno die festi-
 uitatis clamabat. Si quis sitit veniat ad Ioan. 3.
 me

Declamatio prima

me & bibat. Ecce fratres quàm simus debi-
tores almę virgini Marię, quę tot bona no-
bis attulit & cęlo, tot thesauros nobis im-
meritis contulit. Nempe vt summatim di-
cam, paradus ipsa est, in qua secundus A-
dam de cęlo cęlestis vidit Deũ. Ipsa Chri-
sti anima sanctissima, statim vt creata est
essentia diuina fruebatur. Quod quidem

Ioan. 3.

palam fecit dicens. Nemo ascendit in cę-
lum nisi qui descendit de cęlo, filius homi-
nis qui est in cęlo. En literalis textus, vbi se
beatum vocauit secundum quod homo.
Recte ergo matrisuę filius Dei hodie in-
quit. Noli timere Hester. Frater tuus sum,
non vtcumque sinam, sororem meam ve-
hementer dilectam, originali culpę subia-
cere, quia soror mea est.

Hester.
15.

¶ Sequitur nunc. Non morieris. Pręcep-
erat rex ille Assuerus nequis ad eum intra-
ret nisi vocatus, alioquin pœna capitis ple-
cteretur. Parcit nunc reginę Hester intran-
ti, & a pœna illa terribili eximit. O myste-
rium multis retro seculis obũbratum. Ecce
quàm sit pura quamque immaculata dei-
ferę virginis conceptio. Enim vero, quia fi-
lia A dę & ex propagatiõe generata, vt pau-
lo ante tetigimus, originalis culpę heres e-
rat, sicut & nos. Attamen placuit Deo opti-

mo,

in cõceptione virginis Marię.

mo, hoc honore illam mirificare, vt absque
peccato esset concepta, quàm ob rem tam
faustissima verba meruit audire, in instan-
te suę generationis. Non morieris. O ver-
bum mirabile, omni suauitate refertum.
Non morieris. Nequaquam Adę hære-
dem, o virgo virginum te volo esse, quip-
pe quę totius mundi dominum & vitę au-
torem es paritura. Gratia mea te à mor-
te spiritali seruabit, ne originali culpę suc-
cumbas. Vos charissimi nunc mihi ob-
le peccata seruate, horribilem mortem hanc, quàm tũ mors
primi parentes nobis filijs suis miseris pro-
est. pinarunt Infelicitatem nostram ob oculos
ingemiscētes diu noctuque habeamus, quo
feruētius, atque sollicitius gratias, tum sacre
virginis Marię, tũ verò Christo Iesu procli-
ui genu agamus. Qui nos regenerauit in r. Petr. 1.
spem viuam & incontaminatam, immar-
cessibilem, conseruatam in cęlis. Vt testis
est sanctus Petrus. Quod vt lucidius per-
pendamus, non nihil, theologiam vel deli-
bare, operepretium erit. Multi multa lo-
quuntur de peccato originali, varie sentien-
tes, quomodo traducatur in omnes filios
protoparentis. Vbi primo cordi nostro fi-
gamus oportet, quod regius psalter ait. Iu-
stus es domine, rectũ iudicium tuum. Cui Psal. 118

B sen

Declamatio prima

sententiæ astipulatur beatus Paulus qui altius iudicia Dei considerans, velut stupefactus exclamauit. O altitudo diuitiarum, sapientiæ & sciētiae Dei. Quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Perpendite fratres ne serpens improbus vos seducat, suis acutissimis argumentis, quemadmodum decepit Euam suis argutijs. Quod vel maxime apostolus timebat. Paulus in tertium cælum raptus vbi audiuit arcana verba quæ nullatenus homini licet loqui, demiratus, iudicia Dei collaudat, & nos pusilli, vermiculi humi reptantes, scrutatores sapiētiae Dei erimus? Timeamus obsecro, quod scriptum est.

Nota. Prou. 25. Qui scrutator est magestatis opprimetur à gloria. Supplices igitur accedamus & mortem quàm fortiti sumus Adamo peccante explicemus. Deus optimus simul creans hominem largitus est ei gratiam, vt quę paulominus ab angelis minorem fecit, corpus ei præbens, quo angeli nõ vestiuntur, in hoc

Li. 12. de ciuitate. homo aqualis esset angelis. De quibus sanctus Augusti. ait. Simul in eis condens naturam & dās gratiam. Probat hoc S. Tho.

Nota. pulchrè. 1. p. q. 95. art. 1. adducēs illud Eccl. 7. Deus fecit hominem rectum. Erat quidē

ratio

in conceptione virginis Mariæ. 10
rationi corpus, & inferiores vires. Hęc ratio
ratiō rectitudo non erat naturalis, alioqui,
mansisset in nobis post peccatum, vt in an-
gelis malis asserit sanctus Dionysius de di- S. Dion.
ui. nomi. cap. 4. naturalia mansisse. Ergo
rectitudo illa ex dono gratiæ Dei scaturiebat. Dedit ergo Deus iustitiam origina-
lem Adæ non tantum pro se, sed pro om-
nibus filijs suis, ob id eo delinquente &
de ligno verito comedente, gratiam illam
sibi & nobis perdidit. Dicente apostolo. Rom. 3.
Per vnum hominem peccatum intrauit
in mundum, & propter peccatum mors.
Sic transiuit in posteros mors illa duplex,
animæ videlicet & corporis. Nempe
qui lesa magestatis crimen committit, di- Simile.
uitias & statum dissipat, non sibi tantum
sed posteris suis, velut iura & leges dispo-
nunt. Ad hęc, qui propria manu alapam
regi dare audet, non manus duntaxat
pœnas luit, sed totum corpus vita pri-
uatur. Eodem pacto velut manus to-
tius generis humani Adam erat, qui ob-
bediens mulieri, Deo rebellis fuit. Pro-
pterea non modo ipse morte damnatur,
sed totum corpus quod nos sumus pu-
nitur. Quid quod vna ciuitas multitu-
do ciuium computatur, sic vniuersum Simile.

B 2

genus

Declamatio prima

genus humanum doctore angelico testante, estimatur tanquam vnus homo, cuius caput Adam fuit. Est itaque peccatum originale, vt theologi aiunt, auditas, siue caren-

Scotus. 2tia originalis iustitiæ debita in esse. Quàm d. 26. q. prima homo, sicuti iam meminimus, Adā, vnica. pro se & suis posteris hoc iure accepit, vt eā seruaret. Et de morte quàm nobis miseris, primus parens propinauit, sit satis. Nūc sequitur in themate.

¶ Non enim pro te sed pro omnibus hæc lex cōstituta est, ait rex Assuerus: Hæc vxori suæ dilectæ. Quod est dictu. Illius est legem abrogare, cuius est eam condere. Ego ipse legem mortis condidi, ob id spontaneus, ab hac lege te liberam facio. Videtis ne fratres, quam dilucide, quāque perspicue, filius Dei matris suæ, immaculatam conceptionem nobis patefaciat. Ne virgo sancta, & omni puritate candidior, ait, ne quoquo pacto timeas, originalem noxam incurrere. Sponsa mea es, & soror magnopere dilecta. Non morieris, vt omnes mortales inter angustias materni vteri concepti, mori solent, diaboli mancipia facti. Conditor legis equissimè, in filios Adæ late, ego sum: ideo lubens, te exemptam ostendo. Haud prote, quàm tanti facere dignatus

Nota.

in conceptione virginis Mariæ. 11

gnatus sum, lex illa prolata est, sed pro quibusuis alijs, primi parentis hæredibus, constituta. Obiter transire fas non est charissimi, hæc nomen clarurā quàm spiritus sanctus peccato originali dedit. Nempe vt hominem sceleratissimum non vno tantum nomine appellare consueuimus, sed nunc latronem, nunc blasphemū, nunc denique auarum vocamus, eo quod delictis multis sit irretitus, ita peccatum originale, quoniam basis est, & fundamentum omnium peccatorum, multis nominibus, literis candidati appellare consueuerunt. Perpendite fratres nomina hæc, vt sole lucidius appareat, quàm abhorreant aures orthodoxorum, de pia matre Dei tam absurda nomina dici. Vocatur originalis culpa, fomes peccati, macula animæ, militia siue bellum contra spiritum: lex carnis seu membrorum. Singula explicemus pro modulo nostro: quatenus nos ipsos agnoscamus, ingemiscentes intra nos, infelicitatem peculiarem profitentes.

¶ Merito procul dubio fomes peccati originalis culpa dicitur, nam quod palea vel lignum præstat igni, hoc peccatum originale nobis adfert. Nempe palea ignem nutrit, flammam excitat, & rogam, mi-

B ; rum

Declamatio prima

rum in modum exaltat. Vnde precor nobis superbia turgens, ira feruens, inuidia viscera nostra corrodens? Vnde libido foetida, brutorum instar scaturit charissimi, nisi ex hoc iniquo fomite, quem adhuc in aluo matris nostrae obrui, heu miseri haereditauimus? Enim vero sensus & cogitatio humani cordis, prona sunt ad malum ab adolescentia sua, clamat scriptura sacra. Non à creatione hominis hoc lethale malum ei contigit, nam Deus optimus, rectum fecit hominem, speciosum & omni virtute praeditum. Quin architectus omnipotens ad imaginem & similitudinē suā eum creauit. Qui subinde ut omnia quae fecit vidit, bona valde ea agnouit. Sibilus serpentis iniqui nos conquinauit, ut propensi simus ad malum peccati fomite regnante intra nos. Vos fratres vigilate & à serpente quae dormit in sinu vestro custodite vos, orantes & in oratione haud deficientes. Appellatur etiam originalis noxa, macula animae. Nemo sanè verbis enarrare potest, quam tetra quaque foeda anima cuius vis pueri, statim ut creata infunditur corpori, efficitur. Horrent angeli eam prospicere. Plus dicam, Deus optimus qui illam creauit, eamque ad sui imaginem

Gene. 8.

Originalis noxa.

in cōceptione virginis Mariae.

12

imaginem depinxit, sic illam inuisam habet, ut nisi gratia redemptoris subueniat, in barathrum mittat, puerorum limbo destinata, nunquam Dei visione fruitura. Hoc dico, nisi vnda sacri baptismatis ablatur. Dicente Christo Iesu: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Vultis videre Ioa. 3. quam foedata sit anima macula illa peccati infecta? Ieremiae sententiam audite. De-Tren. 4. nigrata est facies eorum super carbones, quod non modo de actuali culpa, sed de illa originali macula oportet intelligi. Appellatur insuper bellum contra spiritum. O miserum, o infelix bellū intestinū, vbi caro insurgit in spiritum, velut altera meretrix Dalida blandicijs pessimis suis, Sansonem fortem profligare cupiens. Pugnam hanc quam nobis Apostolus graphicè delineauit fratres considerate, & considerantes lachrymis habenas laxate. Caro inquit Galat. 5. concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē. Ecce geminos in utero matris suae Rebecae inuicem pugnantes. Vti Gen. 25. nam oraculum Dei summi in nobis adimpleatur, quod foemina sancta in oratione clamans audivit. Maior ait dominus, seruiet minori. Esau fratres mei obediat

B 4

Iacob:

Declamatio prima

Iacob: corpus animale quod prius generatur, spiritui nostro inferuiat. Par est ut caro rationi subdatur non contra. Nam si secundum carnem vixeritis moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Eo attinet illud saluatoris, pectoribus nostris infigendum, & mordicus tenendum. Qui amat animam suam perdet eam, & qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Tandem bene merito originale Peccatum, lex carnis, siue lex membrorum vocatur, quippe quæ tyrannidē exercere conatur, in oculis, in lingua, in auribus & quibuscunq̄ue sensibus. De qua lege iniqua gemibundus sanctus Apostolus dixit. Condelector legi Dei secundum hominem interiorem, sed video aliam legem in membris meis captiuantem me in legem peccati, quæ est in membris meis. Maronis eloquentia non sufficit, nec Tulliani sermonis fluuius potest eloqui, quantum momenti habeant verba sancti Pauli nunc prolata. Obseruandum maxime est, quod lex isthæc, non in foribus domus nostræ est insculpta, non in tabulis lapideis exarata, sed in membris nostris scripta, ita ut à planta pedis ad verticem usque, nulla sit in nobis, vel minima pars, ubi

in conceptione virginis Mariæ. 13
ubi hæc dira lex non sit posita. Huc pertinet, clamor ille Prophetæ dicentis. Non est sanitas in carne. Et rursus vas electionis deplorans clamat. Scio quod non habitat in me bonum, hoc est in carne mea. De hac lege pestilenti filius Dei altissimi matri suæ egregiæ nunc dicit. Non enim pro te, ô mater mea immaculata, sed pro omnibus alijs constituta est.

¶ Iam obsecro fratres mentis oculis altius quæ dicta sunt repetamus. Quænam conuentio lucis ad tenebras? Ut quæ bene Paulus arguit. Quid fomes peccati, ad eam quæ suo virgineo lacte Iesum filium Dei aluit: & in utero suo cælo ipso sanctiorem, Spiritu sancto cooperante concepit? Quid inquam macula animæ, ad illam, quæ angelos vincit puritate? Quid bellum illud plusquam ciuile, in dō intestinum, ad eam quæ veri Salomonis templum fuit? De hac quidem virgine mirabili, multis ante seculis, citharædus cantauit. Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Cuius eius, nisi Christi Iesu locus hodie est factus in pace? Mirabile dictu, quando templum Salomonis fabricatum fuit, nec malleus, nec serara, nec aliquod ferramentum audita sunt. Veluti sacra recenser historia. O virgo in-

Sanctæ Mariæ puritas.

Psal. 75

Figura.

3. Reg. 6

B s clyta,

Declamatio prima

clya, o templi regis veri Salomonis Christi Iesu, non alio spectat hoc, nisi ut fideles profus agnoscant in tua sancta conceptione nihil adfuisse peccati. Non malleus insonat, qui omnes nos vehementer percutit, & ab utero matris fauciauit. Non ferrum adest, quæ nos diuidit & separat à Deo creatore nostro, & filios iræ reddit, nec nõ reos gehænae facit. Bone Deus latibundus cum

Psal. 64 Propheta concinere ausim. Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Atqui cum

Agei. 2 Agæo iterum de hoc mirifico templo tuodica. Magna erit gloria domus istius, plusquam prima. In loco isto dabo pacem, dicit Dominus. O veram domum pacis nostræ, quæ nobis è cælis pacificum regem filium Dei detulit. Parris æterni ea vox est, velut digito Dei parã hodie generatam ostendens.

Magna erit gloria domus istius plusquam primæ, exuperat honor virginis omnem ornatum & gloriam tēpli Salomonis. Nõ auro lapidibus ve pretiosis domus hæc fabricata est: sed gratia Dei, fide, spe, & charitate, alijs & virtutibus constructa, quæ vernantes gemmas antecellunt. Quanam gloria præcellens hæc est? Enim verò confestim nobis aperit. In loco isto inquit, dabo pacem. Quam pacem dedit nobis pater cæ-

Nota.

lestis

in conceptione virginis Mariæ.

14

lestis dilectissimi, nisi Christum? De quo Apostolus. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque vnum. Quid cum templo pacis, bellum peccati originalis? Tandem lex illa carnis, utpote tyrannica, quid ad virginem quæ non tantum legem Dei in tabulis sui cordis conscriptam indefinenter habuit, Longè melius quam arca fœderis lignea intra se Moysi tabulas continens? Addamus aliquid maius. Virgo immaculata est, quæ nedum legem Dei sancta, sed legistatorem ipsum Christum genuit, & virgo permanens nobis eum peperit. Verba reginæ Hester illa sunt. Ingrediar ad regem contra legem. Ad eandem imaginem hodie virgo purissima ait. Ingrediar ad regem calorū, in utero matris meæ genita, absque peccato, & hoc contra legem mortis, quæ ut cæcer serpit & inuoluit omnes filios Adæ, tanquam hæredes eius miseros.

¶ Hactenus nõnulla testimonia adduxim⁹ fratres, quæ suffragatur matris Dei innocentie, verumtamen maxime mihi optari S. Pauli eloquentiã, & pectus illud apostolicum, sermo nẽq; Dei viuũ & efficacẽ, omni gladio accipiti penetrabiliorẽ, pertingentẽ vsq; ad diuisionẽ animæ & spūs. Quo oēs q̃ fide Christi præditi sũt ad innocentiam virginis extollendã

inui

Declamatio prima

inuitarē, sponsamq; Christi Iesu immacu-
latam, dignis præconijs commendarē. Nec
hoc dixerim vt me lateat eam esse turrim

Canti. 4 David quæ ædificata est, cum propugnacu-
lis, ex qua mille clypei pendēt, & omnis ar-
matura fortium. Haud me clam est, eam
esse lectulum Salomonis, quem ambiūt se-

Cant. 3 xaginta fortes, ex fortissimis Israel, omnes
tenentes gladios & ad bella doctissimi, ita
vt nec indigeat nostra panegyri, aut virgi-
ni opus sit arcu fragili, vel scuto nostro. Sed
quia inter præclara opera, quæ sacra Trias
produxit, vnius matris Dei integritas, ac in-
nocentia inclyta est, eas ob res, omnes etiã
pusilli eã debemus indefessè magnificare.

Canti. 4 Siquidem virgo Galilæa sanctissima, cor
nostrum vulnerauit vno oculorum suorū,
& vno crine colli sui. Potissimè vbi canti-
cum illud cecinit Sancto spiritu afflata. Ma-

Luca. I gnificat anima mea Dominum. Et exulta-
uit spiritus meus in Deo salutari meo. Et
rationem potissimam tantæ lætitiæ indicās
dixit. Fecit mihi magna qui potens est, &

Nota. sanctum nomen eius. Verum quod in do-
mo Zachariæ mater Dei effecta cantauit,
hoc ipsum in vtero Annæ concepta hodie
intonuit, statim vt se præseruatam ab omni
macula intellexit. Magnificat Dominum

iure

in conceptione virginis Mariæ. 15

iure optimo, gratias inexhaustas ei præbēs,
quod eximia sua gratia, eam super omnes
sanctos magnificauit. Exultat in suo saluta-
ri & non abs re, quia altiore redemptionis
modo ipsam redemit, ab originali culpa ex-
pertem faciens. Nonne innocentia præstan-
tior pœnitentia est & sanctificatione? Indi-
gnit Maria redemptione & passione Chri-
sti Iesu, non ob peccatum quod infuit, sed

propter peccatū quod infuisset, ni ipse spe-
ciali priuilegio eam præseruasset. Quod su-
sius doctor subtilis differit. 3. d. 3. q. 1. ceter-
uaque Nominalium idem asserens. Chri-
stus suapte natura absque peccato fuit con-
ceptus, virgo sancta non ita, sed ex gratia &
priuilegio, nihil peccati contraxit. Meritò
ergo ouanter ait. Exultauit spiritus meus in
Deo salutari meo. Perinde ac si dicat. Om-
nium salutaris & redemptio filius meus

est, sed peculiari modo meus est, cui præ-
cellentius redemptionis genus exhibuit,
ita vt leonis dentibus non fuerim dilacera-
ta, nec per instans tenebrarum principi sub-
iecta. Nūquid pluris fecit Deus vestem triū

puerorum in fornace chaldaica, igne ingēti
succensa deambulantium, laudesque Deo
liberatori canentium, quam me matrem
suam, ex qua prodijt habitu inuentus vt ho-

Scotus
3. d. 3.

Danie. 3

Nota.

mo

Declamatio prima

mo? Rectè iudicate filij hominum. Quid, quod angelos ipsos à culpa præseruauit, ne cum Lucifero ruerent? imo (vt beato Bernardo placet) de illis in Apocalypsi scriptū est. Ipsi vicerunt in sanguine agni? Ministros suos & seruos à contagio peccati liberos fecit, & me matrem suam vnice dilectam eodem priuilegio priuauit? Potuit passio Christi præuisa populum mare transeuntem a peccato liberare, nam ibi baptizati sunt in nube & mari, vt bene Apostolus cōtestatur, & me genitricem suam, hoc munere noluit ditare? Mira res: rubus ardebat, nec comburebatur, quia Dominus ex eo loquebatur Moysi, & ego ex cuius aluo Deus & homo erat nasciturus, flamma originalis culpæ exusta ero? Nec sola illa figura meā conceptionem candidatam adumbravit, sunt & quamplurimæ & propemodum innumeræ aliæ. Iudih̄t hebræa sancta tyrannum Holophernem populum Dei oppugnantem gladio decollauit, & ego diabolū summi Dei inimicum hodie gratia diuina roborata audacter peremi. Eodem spectat, quòd statim post Adæ infelicem casum, serpenti cruentissimo dictum est. Inimicitias ponam, inter te & mulierem, ipsa conteret caput tuum Quod planè nō de prima mu-

S. Bernardus super cā. 22. i. ser. 22

Hebr. 11

Figura.

Exod.

Gene. 3

in conceptione virginis Mariæ. 16

ma muliere, de qua Satanas triumphauit, intelligi potest: sed de Maria virgine, vt pulchrè diuus Hieronymus exponit. Quippe quæ caput draconis Satanæ cōtriuuit. Equidem caput ille erigit contra nos in die conceptionis nostræ dum originale delictū contrahentes, ei miserè subdimur. Quod quidem caput Maria virgo fregit victoriā gloriosam de illo reportans. Vnde cum Delbora tyrannū deridens clamat. Hac vice non repurabitur tibi victoria. Eia fideles, deuoti mei, ait mater illa intacta pijsissimaque omnium aduocata, scrutamini scripturas, quoniam ipsæ testimonium de innocentia palā perhibēt. In Aegypti vastissimo regno sola terra sacerdotalis libera ab omni tribu ro mansit, & ego terra sancta, quæ breui admodum filium, sacerdotem æternum afflatu diuino generabo, cēsū peccati originalis regi iniquo demoni persoluā? Attentionem vestrā nūc efflagito o filij fideles. Fecit mihi magna qui potēs est. Magna quidē mihi cōtulit priuilegia & munera quādo Spiritu sancto aduentante, virgo concepi, & virgo sine dolore peperit Saluatorem mundi. Is ipse potens, magnum hoc priuilegium gratanter præbuit, vt absque delicto concepta rota formosa, totaque pulchra euaderem.

Iudi. 4

Gen. 47

Figura.

Verum.

Declamatio prima

Verum si omnes virginitatē corporis mei farentur, venerantur, & laudant, quid subest causā, vt mentis integritatem non confiteantur? Nemo planē est qui noxam venialem mihi imponat, quā nimirum non contra, sed citra charitatem est, & peccatū originis mihi dabunt, quod à Deo optimo separat ac diuellit, & filios irā facit? Magna inquam sunt, & non vulgaria quę gratuita sua dignatione, filius meus mihi prębuit. Ideo non vt Ieremiam, & Ioannem adhuc me in vtero sanctificauit, quin potius illasā seruauit, & ante quā caderem potenti manu sua seruauit. Vnde Salomon mecum loquutus est dicens. Multa filiā congregauerunt sibi diuitias, tu verò supergrassa es vniuersas. Si ergo omnes animas sanctas supergressa sum, & ditior cunctis, ratio ipsa deposcit, vt primatum inter omnes habeam: & omnis peccati expertem me dicatis. Nemo post hac mihi facessat negotiū, neque de mea immaculata cōceptione ambigat, postquam tam eximia tamque conspicua audit oracula.

¶ Audistis ni fallor dilectissimi, benedictā virginem, suam puritatem exactē indicantem, & ex sacrarum literarum penu eā roborantem. Nunc obsecro intentissimē filiū suum

Nota.

Prou. 31

in c onceptione virginis Mariæ.

17

suum auscultate, illam laudantem, nec non & eius innocentiam defensantem. Intuetur & ex omni parte contemplatur altissimus matrem suam hodie: qua inspecta, mirificis laudibus eam extollit dicens. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quemadmodū pictor imaginē arte sua delinians, vbi illā perficit, gaudet, & ei maxime placet. Sic optimus Deus, virgine iam concepta, opus manuum suarum respicit, & letabundus has laudes virginis depromit. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quod angelus Gabriel affatus est, gratia plenā virginem hanc appellans: hoc sponsus ait, totam pulchram, & absque contagione peccati indicans, in sua singulari conceptione. De qua iterum ait. Equitatu meo assimilauit te amica mea in curribus Pharaonis. Aptissima comparatio hæc est, per quam affabrē nobis immaculata virginis conceptio depingitur. Profecto si rectē populi Israel victoriam, de re

Canti. 4

Simile.

Luc. 1

Canti. 1

Nota.

summi Dei, & virtute alma virgo hodie generata,

C

nerata,

Declamatio prima

Gen. 20
Figura.

Iudi. 15

nerata, diabolo profligato, ac vnda sanguinis Christi submerso, illæsa euasit. Enim vero Sara benedicta hæc est, quam non tetigit cruentus Abimelech. Huic pertinet laus illa magna, quam sacerdos & vniuersa Bethulia, Iudihæ victricis dabant, dicentes. Tu gloria Ierusalem, tu læticia Israel, tu honorificentia populi nostri, en quantum gloria Maria virgo. angelicis spiritibus hodie, abique peccato concepta dedit, quantumque lætitiæ, vbi que terrarum orthodoxis largita est. Imò trinitati plurimum præbuit honoris, vbi sese tota infudit plenitudo gratiæ illi. Quid pluribus immoror, aut quorsum tendunt tot diuina oracula, sole ipso lucidius innocentia virginis suffragantia? Laudent eam in portis & plateis, omnia opera, & magnalia eius. Pietas mirabilis, fides spectabilis charitas flammigera, spes ineximabilis, aliæque heroicæ virtutes eius, & stupenda opera, linguæ sint narrantes illius encomia, & tonantes eius laudes admirabiles.

Canti. 3

¶ Caterum, quoniam lætulus Salomonis pacifici est, quem sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, qui omnes tenent gladium super femur suum, propter timores nocturnos, fas erit nunc doctores ecclesiæ sanctæ audire, quid de puritate alinæ virginis lo-

in conceptione virginis Maria.

18

nis loquantur. Fortissimus Athleta & regalis lætuli huius, strenuus defensor sanctus Augustinus sic ait. Propter honorem matris, cum de peccatis agitur, nolo de Maria habere questionem. lib. de natura, & gratia. Ecce immaculatam matrem Dei vocitat hæc verbis. Et iterum. Caritas fecisti, vt Maria, non solum non peccaret, sed neque peccatum cogitare posset. Et super cunctos reseruasti ab omni labe peccati. Videtis fratres quam faustissimè contigit genitrici Dei, quæ gratia eius sulata, ab omni labe peccati est reseruata. Nec officit quicquam sententiæ huius doctoris sancti, quod omnes in Adâ peccauerunt. Sanè nihil minus quam de Maria cogitauit sanctus Paulus. At sacra scriptura non debet dialecticæ regulas, præcepta ve sequi. Alioquin falsam redderemus scripturam. Ieremias clamat. Oes auaritiæ studet. Nihilominus tunc tēporis, sicut in hac nra tēpestare, multi res suas Dei amore succēsi abiecerūt, tantū abest vt auaritiæ studuerint. Huc pertinet quod Apostolus dixit. Omnes quarunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Rursus diuus Ioannes inquit. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundū. Quod iuxta August. sententiā, intelligi

S. Aug.

Nota.

Iere. 6

Ioan. 1

Declamatio prima

nō potest de indispositis ad gratiā. Itē salu-
tor noster de morte sua loquens sic ait. Ego
si exaltatus fuero a terra, omnia trāham ad
me ipsum. Num Iudā traxit ad se, Caiphā
aut Herodem sceleratissimos? Operepre-
tium erit ergo diuinas literas interpre-
tari, & distributionem illam non indisci-
minatim, sed commode ad aptare. Ne ex
bonis viris, reddamus diuinā legis trāsgres-
sores, & ex innocente virgine peccatricem.
Non igitur rudi (vt aiunt) Minerua, sacram
scripturam, explicemus, neque corticē sed
nucleum ex ea hauriamus. Beatus Hiero-
nymus, miles fortissimus qui ambit hunc
lectulum Salomonis veri, iā loquatur. De-
cuius virginem ea puritate nitēre, qua ma-
ior sub Deo nequit intelligi. Ecce puritas
Mariæ, quam sit excellentior angelorum
candore. Angelos vincit, nō natura sed gra-
tia. Ideo angelorū domina ab ecclesia, quæ
errare non potest, iure appellatur. Iterum
stupefactus isdem doctor ait. Quicquid in
Maria gestum est, totum totum puritas, to-
tum veritas, totum que gratia fuit. Nec ab
hac sentētia abhorret sanctus Ambrosius.
hæc est virga, in qua nec nodus originalis,
nec cortex venialis culpæ fuit. Rectē nodū,
originalē noxā nominauit, quippe qui sua-
pte natura

vide S.
Hier. ad
Dama-
sum.

S. Hier.

S. Amb.

in conceptione virginis Mariæ.

pte natura intra virgā generatur. Vnde A-
postolus, eramus naturā filij iræ. Cortex ve-
rō veniale peccatum vocauit, quia volunta-
rium est. Basilius rursus inquit. O Maria
tu candoris & decoris forma, cuius concep-
tio singularis. Vnde obsecro singularis, ni-
si quia immunis à peccato fuit? Beatus An-
selmus aliorū dicta de Mariæ puritate ob-
firmat. lib. de exor. mundanæ salutis. Deus
castanæ molli confert, vt inter spinas, & à
spinis alatur & formeretur remota. Nonne
hoc potuit facere matri suæ? Planè potuit:
quòd si potuit, & voluit: quòd si voluit, & fe-
cit. Alludit ad illud canticorum. Sicut liliū
inter spinas, sic amica mea iter filias. Quod
ad virginis innocentiam vel maximè spe-
ctat. Planè quicquid contradictionem non
implicat Deus facere potest, vt theologi as-
serunt, Mariam fore sine peccato concep-
tam, nullam implicat contradictionem,
ergo Deus hoc potuit. Vnde sequitur, & vo-
luit: nam teste Paulo. Voluntas Dei sancti-
tas & sanctificatio nostra est. Mira res quā
Deus odiat peccatum, vt crucem ascendēs
obiret, quòd regnū peccati prostraret. Quod
si voluit, & fecit matrem suam sanctam &
immaculatam. Ad hæc virga vocatur, de
qua scriptum est: virga confurget ex Israel

S. Basili.

S. Ansel-
mus.

Canti. 2

Nu. 24

Declamatio prima

& percutiet reges Moab. Sola virgo cunctas hæreses interemit. Versutum Arrium, Manichæum improbum, Heluidium scele-
ratissimum, aliosque hostes Ecclesiæ Romanæ, virga hæc sancta percussit, & penitus prostravit. Virga illa est de qua Prophe-
ta vaticinatur. Virgā vigilantem ego video. Sed nunc deuorus Mariæ & eius zelator, & ab ea veste cælesti ditatus, sanctus Illefon-
sus Toletanus dicat. Constat virginem ab omni peccato originali fuisse immunem, per quam, nõ solum Euæ maledictio est solura, verum etiam omnibus benedictio cõ-
donata: nullis ergo delictis quãdo nata est, subiacuit, nec originale peccatum in vtero sanctificata contraxit. Quid fratres mei lucidius, aut perspicacius, de innocentia virginis illibata dici potest?

Ieremi. r

S. Ille-
fonfus.

¶ Extollat vocẽ suam de turba mulier sancta, & pro sua virili clamret. Beatus vëter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Nõ vacat lectionem hanc hodiernam explanare, eo quod nonnihil declamationem protra-
ximus, sum mopere cupientes, immaculatã virginis almæ conceptionem probare. In tertia declamatione latius hoc euangeliũ explicabimus. Vos fratres virginem Mariã toto affectu laudãtes, modis omnibus illã diligite

virginis Mariæ.

diligite. Accrescat indies deuotio vestra, scientes eam electam & præelectam esse à Deo, vt genitrix illius sit. Quamobrem ab omni noxa delicti eam præseruauit, suaq; gratiã mentem eius impleuit: quod tam sublimem aduocatam vbique habeamus, Christo Iesu filio suo coadiuuante: cui sit honor & gloria per secula. Amen.

¶ QVÆ DAM ANNOTA
TV DIGNA DE IMMACV
lara conceptione virginis
Mariæ.



VNT adhuc plaraque Lector candide, quæ ad puritatem almæ Dei genitricis concernunt, obsecro ea legito.

¶ Indicat candidissimam conceptionẽ vir Gene. 2
ginis, illud Geneleos. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Enim verò nisi gratia esset præuenta Maria in sua conceptione, valde esset dissimilis filio suo. Quippe qui candor est lucis æternæ, speculum sine macula, & imago bonitatis patris cælestis. Quæ omnia pro suo modulo, virginũ cõueniunt, tametsi ad literã de sapientia æterna dicta sint. Huius opinionis fuit. S. Thom. r. dist. r7. ar. 4.

De immaculata conceptione

Iudi. 14 ¶ Secundo illud quod Ethnici dicebant in gemiscentes in acie Holophernis cruenti, maximè virgini immaculatæ peculiare est. Vna mulier Hebræa; fecit confusionem in domo Nabuchodonosor. Holopher ne occiso per manū mulieris sanctæ Iudith, hoc lugubre carmen dicebant barbari. At hodie dæmones versuti vlulantes clamāt, virginis intactæ aspicientes triumphum. Hæc Hebræa sanctissima absque noxa concepta, confusionem intulit Nabuchodonosor regi improbo, victoriam mirabilem de illo adipiscens.

¶ Tertio, quod Spiritus sanctus ore sapientis protulit potissime fauet Mariæ paritati. Edificatio ciuitatis confirmauit nomen: & super hanc mulier immaculata computabitur. Ciuitas posita in quadro quatuor Euangelistis roborata, ecclesia sancta est: hæc nomen Christi confirmat contra hereticos pugnans, & super hanc ciuitatē, mulier nō polluta, sed immaculata constituitur, vbi virgo fuit concepta. Non ergo Christus Iesus ancilla filius est, sed liberæ à quouis peccato: qua libertate, ipse matrem suam magnificè liberauit. Hanc sententiam tenet sanctus Tho. i. d. 4 4. ar. 3. & super missus est, exponens illud. Aue gratia plena.

¶ Quarto

virginis Mariæ.

21

¶ Quarto columba illa Noë carthechismo inundante pedes non fixit super cadauera fœtentia, quæ procellis tumentibus, hac & illac iactabantur. Neque luto eos fordidarunt vnquam, quin potius ad arcam rediens ramum oliuæ, sine latione detulit. Quid apertius dici potuit de virgine alma, & de eius mirabili conceptione: verum hoc schemate, aut tropo, semper innocens declaratur.

¶ Quinto insolitum nemini videatur, quod Deus optimus hoc mysterium aliquando celauerit, quia scriptum est. Multa habeo vobis dicere quæ non potestis portare modo. Ioan. 6. Ecclesia semper proficit in apertione mysteriorum & signorum, quæ in singulis sigillis Ioannis, non simul aperiendū monstratur. Hinc Dauid canit. Super senes intellexi. Et illud nomen meum Adonai, nō reuelauit eis. Itaque quotidie sacra ecclesia à sponso suo Christo nouas accipit illustrationes, & tanquam sol refulget in clypeos aureos. Denique stupenda sententia sancti Augustini, pondus habet maximū. Si Christus infantilis ætatis peccatum habuisset, postea adultus actuali peccato non caruisset. in Iulianum lib. 5. cap. 9. Qui ergo veniale peccatum à virgine explodunt, ab originali

4.

Ioan. 6.

Apoc. 5.

Exod. 6

Sanctus

Augusti

nus.

C 5 ginali

DECLAMATIO SE-
CVNDA IN IVCVN-
dissima natiuitate virginis
Mariæ.

THEMA.

¶ De qua natus est Iesus, qui vocatur
Christus. Matthe. I.



Diferæ virginis natiuitatem iu-
cundissimã, hodie fratres ma-
gno cum iubilo sacra celebrat
ecclesia. Nec abs re, quum vni-
uersa cælestis curia, omnesque angelorum
cunei, mirum in modum gratulentur in or-
tu tãdiu desiderato huius sacra puellæ, quã
Deus optimus elegit & prælegit, vt sit pa-
tris æterni filia, spiritus sancti sacrariũ, ma-
terque filij Dei. Hinc merito verbis sancti S. Aug.
Augustini vtar, de hac alma virgine dicẽ- ser. 2. an-
tis. Adest nobis dilectissimi optatus dies, nuntia.
beatæ ac venerabilis, semper virginis Ma-
riæ: ideo cum summa exultatione gaudeat
terra nostra, tantæ virginis illustrata die so-
lenni. Hæc est flos campi, de qua ortum est,
pretiosum lilium cõuallium. Non utcunq;
nos gaudere admonet doctor hic sacer, sed
signanter,

De immaculata cõceptiõe virg. Mariæ.
ginali etiam explodant oportet. Dicete Da-
uide. Abissus abissum vocat, & alterũ pec-
catum alteri nescitur. O infelicem collu-
uiem, miserandamque societatem. Plane
delicta milui illi sunt, qui teste Esaia, cla-
mant alter ad alterum.

Esaï. 34.

¶ Sextò, sponsus innocentiam almæ virgi-
nis & immaculatam eius conceptionem
ostendit dicens. Collum tuum sicut moni-
lia. Virgo sancta in ecclesia primas tenet,
ita vt capiti Christo Iesu adhæreat, & al-
tiores locum vendicet sibi, ideo collum
optime dicitur. Quod quidem scitè moni-
li comparatur: nam monile suapte natura,
pulchritudinem præfert. Sic virgo Ma-
ria nunquam fuit sine decore gratiæ.

Cãtic. 1.

Quippe quæ, eam ab omni cul-
pa originali præseruauit. Ve-
rum si dñs pedes scõrũ
suorũ seruat ne labã-
tur, quãto magis
matris suæ
gressus
serua-
uit.

1. Reg. 2.

DE

Declamatio secunda

signanter, hortatur nos orthodoxos, cum summa exultatione lætari. Verum hodie nata est virgo Maria, quæ flos iure appellatur, de qua liliū pulcherrimum Christus Iesus, instar floris cælestis nascetur. Flos mirabilis omni niue candidior, virgo sacra ex utero matris suæ Annæ prodiit, quo suo ortu vniuersum orbem lætificet, spemque magnam, cunctis mortalibus deferat, saluatoris natiuitatem saluberrimam, miseris filijs Adæ conferat. O florē mirabilem, florem odoriferum, florem denique frugiferum, cuius fragrantia cælos penetrat, cuius fructus benedictus mentes omnium nostrum satiat, & sua mellita dulcedine, corda hominum inebriat. Ita vt mundi alia quæque respuentes, quæ æterna sunt duntaxat appetant, eis & toto cordis affectu adhæreant. Vt ergo neminem lateat quantum habeat honoris, & pulchritudinis, flos hic cælestis, qui in hoc calamitoso mundo hodie apparuit, beatus Matthæus clamat dicens. De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

¶ Primò volo fratres, (quanuis succincto sermone) sanctum euangelium illucidare: vt deinde verba thematis pro modulo nostro exponamus: de natiuitate virginis nonnulla enarrantes.

¶ Sacra

in natiuitate virginis.

23

¶ Sacra lectio euangelij sic habet. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Tituli huius libri dignitas tanta est, vt omnis intellectus & si perspicax, hebescat. Moses in sua genesi, longe alium titulum posuit. Liber generationis Adam. Vel iuxta Hebræos, hic est liber generationum hominis. Eo quod ab illo omnes descendimus. Matthæus vero alteram genesin scribens, nunc se super athera eleuans ait. Liber generationis Iesu Christi. In quo noua Ecclesia, noua sponsa, noua lex creata est. Vnde in Apocalypsi, vox illa insonuit sedentis in throno. Ecce noua facio omnia. Huc attinet mirabile Esaiæ vaticinium. Ecce ego creo cælos nouos & terram nouam, & nō erunt in memoria priora. Quibus verbis, nemo non intelligit, mundum hunc nouum excellentiorem fore, mundo illo veteri. Illum tanē Deus in sapientiā suā fecit, dicente Dauid. Omnia in sapientia fecisti, & eum ex nihilo parauit, præbens illi nouum esse. In hac generatione mirabili, Deus ipse homini dedit suum proprium esse, nam verbum caro factum est & habitauit in nobis. Eleganter dictum est quod per filium Dei, vniuersum hoc euectum & exaltatum est, ac mirum in modum renouatum

Euangelium.

Gen. 5.

Esai. 64

uatam

Declamatio secunda

uatam. Verum omnia in Christo sunt in-
 staurata, vt pulchrè Apostolus testatur: iu-
 re optimo ergo dictum est, liber generatio-
 nis Iesu Christi. Filij Dauid filij Abrahã.
 Text. Horum duorum meminit, vt bene tangit
 Gen. 16 sanctus Hieronymus, quoniam ijs facta est
 repromissio de Messia. Dicente domino
 Abrahæ: in semine tuo benedicentur om-
 nes gentes. Idque exponens Apostolus ait.
 Non in feminibus quasi ex multis sed in se-
 mine tuo, quod est Christus. Ad Dauid
 quidem dixit. De fructu ventris tui ponam
 super sedem tuam. Atqui, quãuis Abrahã
 antiquior, orsus est sermonem suum Mat-
 theus à Dauide, vt adnotat diuus Chryso-
 stomus, quia regalis dignitas, patriarchali
 statu excellentior est. Ne tantum ijs duo-
 bus factam de Messia promissionem exis-
 timemus, sacra virgo Maria in cãtico suo
 longè aliud subindicat. Sicut locutus est ad
 patres nostros (inquit) Abraham & semini
 eius in secula. Nomen illud semen quam
 plures sanctos ex genere Abrahæ ortos ostē-
 dit. Voluit autem Mathæus Hebræis, qui-
 bus ipse scripsit, Abraham & Dauid recen-
 sere, quo facilius eorum animos allecraret.
 Nota. Abraham sanè vt patrem venerabantur
 vehementer, adeo vt sese iactantes dice-
 rent.

in natiuitate virginis.

24

rent. Nos semen Abrahæ sumus, & nemi-
 ni vnquam seruiuimus. Dauid verò sancti-
 tate candidatum, & dono prophetiæ præ-
 ditum profitebantur. Sanctus Lucas qui gē-
 tibus gręcè suum euangelium scripsit, non
 ab Abrahã & Dauid orsus est, sed à Chri-
 sto, vsque ad Adam, qui fuit Dei. Quod
 quidem annotatione dignum est.

¶ Quam ob rem sæpe numero in euangeli-
 ca historia Christus filius Dauid sit voca-
 tus, mysterio minimè vacat. Cęci acclamã-
 res dicebant. Iesu fili Dauid miserere no-
 bis. Chananæa, itidem. Pueri in cãtico suo,
 Osanna filium Dauid & regem eum di-
 cebant. Quin & angelus ad virginem di-
 xit. Dabit illi dominus Deus sedem Da-
 uid patris eius. Equidem, Abrahæ promif-
 sio facta est de Messia tantum, Dauid de
 Messia & de eius regno æterno. Semel iu-
 rari in sancto meo, si Dauid mētiar semen
 eius in æternum manebit. Nempe Saulis
 regnum cessauit: in Persis, & Medis, Alexã-
 der magnus pueris suis qui cum eo nutriti
 erant diuisit regnum. Dauid regnum in
 Christo æternum est. Sed de hoc in secun-
 da parte huius declamationis, vberius. Ad
 hæc Christus persimilis fuit Dauid. Chri-
 stus Iesus pastor bonus eruit agnos & oues

Matt. 22

Luca. 1.

Psal. 88

de

Declamatio secunda

2.Re.17. de ore leonis, percussit diabolus gigantem monstratum. Imò ei maximè similis fuit, quia pressuris multis, sibi regnum comparauit. Quid quod Dauid vir secundum cor Dei appellatus est: actu. 13. Hoc tamen tam illustre insigneque nomen, Christo peculiare fuit. Ipso dicente quæ placita sunt patri meo facio semper: quod de Dauid, in multa peccata prolapsus, locum non habet. Denique non vulgare solatium nobis affert, quod Christus filius Dauid vocetur, & nõ Abraham. Verum de Abraham nullum peccatum legimus, postquam Deus optimus de Hur Chaldæorum illum vocauit. At contra Dauid adulterium & homicidium, superbiam quam sibi de populo enumerato vendicauit quotidie legimus: & nemo adeo rudis qui hæc nesciat. vt ergo quis, etsi ingens peccator ne despondeat animum, filius Dauid peccatoris Christus Iesus appellatur. Quique ait. Non veni vocare iustos sed peccatores. Et rursus. Gaudium est angelis super vno peccatore poenitentiam agente. Et fortasse ob hæc causam, sanctus Matthæus primo eum filium Dauid, quam Abraham nominauit. Fuit utique Matthæus peccator & publicanus, quod proprio ore ipse fateri non erubuit, ideo primò filium Dauid

in natiuitate virginis.

25

Dauid eum dixit.

¶ Caterum quòd euangelista per tres these redecades quæ efficiunt. 42. Christi Iesu genealogiam cõnumerauit teste beato Hieronymo, hoc presagiebat, quod quemadmodum filij Israel post tot mansiones expletas terram promissam à Deo perlustrauerunt. Ita & nos orthodoxi post quadraginta duas generationes Christo nato terram viuientium, hoc est, caelestem gloriam possi debimus. Magnoperè aduertendum est, quod in tertia theseredecade, non nisi duo decim non quatuordecim inuenimus. Et ideo non. 42. sed. 40. efficiuntur. Ratio, quia post tot dies legem Moses in monte Sina accepit, & nos legislatorem Christum Iesum ex illibata virgine natum, post quadraginta generationes credimus, reueremur toto pectore & amamus. Insuper quia quadraginta diebus transactis corpus nostrum viuificatur vt medici aiunt, eam ob rem expletis tot generationibus, viuificatum est genus humanum, ita vt & spiritum sanctum viuificantem accipiat per Christum. Quippe qui vita & resurrectio nostra, iure optimo appellatur. Et illud Pauli eodè pertinet. Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur.

Exo.20.

D Quod

Declamatio secunda

Quod non modo de vita immortali, qua Iusti fruuntur in extremo die, sed etiam de spiritali vita animæ intelligere possumus.

Nota.

¶ Neque excādescat quis, quod Matthæus ab Abraham descendendo Christi generationem describat: Lucas verò à Christo vsque ad Deum, eandem progeniem deducat. Nam Matthæus probat, quam sit erga nos magnus summi Dei amor, quo affectus descendit vsque ad nos, factus homo. Lucas autem indicat, qualiter nos fragiles homuncij per Christum Iesum ascendimus vsque ad Deum: ita vt filij Dei facti, hæredes simus vitæ æternæ. O inenarrabilem Dei erga nos charitatē: filius Dei unicè nos diligens, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens: nos verò illius dono & gratia infirmitatem nostram transcendentes, attingimus diuinam claritatē. Huc

2. Petri. 2

spectat illud beati Petri. Per Christum efficitur consortes diuinæ naturæ: cui sententiæ concinit Apostolus. Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Videtis fratres quam magnum latet arcanum in hoc inuolucro, & ordine inuerso, quo saluatoris nostri progeniem, vno

ore,

in natiuitate virginis.

26

ore, vno que spiritus sancti afflatu, euangelistæ scripserunt. Nec alio planè eorum varietas tendebat.

¶ Mira res fratres, satisque miranda: in genealogia Christi Iesu nulla sanctarum mulierum assumitur, vt quam bene sanctus Hieronymus notat. Non Sara non Rebecca, non Iudith aut Hester humilis, describuntur: sed eas tantum euangelista posuit, quæ vel alienigenæ sunt, vel aliquo peccato insignes. Nempe Raab in Ierico meretrix erat, Ruth autem ex Moabitide facta est vxor Booz. Thamar dolo concepit ex socio suo Iuda. Bersabe, viuentē adhuc marito Vria, adulterio fuit polluta. Nempe hoc habet mysterij, quod qui saluare peccatores venerat ex peccatrici bus nasci dignatus est. At gentes non horruit subleuare ac redimere, qui acceptor personarum nullatenus est. Nunquid Iudæorum tantum Deus, & nongentium? Clamat Paulus: nihilominus Iudæos obnoxios peccatis non respuit, quin & illos saluauit, modo in eum credidissent. Utrosque tamen sola sua misericordia liberauit. Ecce, quid peccatrices, fœminæ, in hac sacra progenie Christi obumbrabant, fœminarum sanctarū memoria haud facta,

Iosue. 2.

Ruth. 1.

2. Reg. 11.

Rom. 11

D 2

donec

Declamatio secunda

donec ad felicissimam virginem Mariam ventum est.

Quæsti. ¶ Denique, quid causæ subest, quod Matthæus tam anxie, tamque accuratè, progeniem Christi describat? Vel (vt melius lo-

Nota. quar) quorsum, bone Iesu, præcipis Matthæo, vt tuam prosapiam ab Abraham, scribat, qui fuit bis mille annis antea, & eo amplius? Num fauere vis eis, qui de carnis genere, in hoc perituro seculo maxime gloriantur, & inaniter vbique sese iactant? Absit charissimi à Christo Iesu humilitatis magistro, vt de prosapia nobili gloriam venari cupiat: ipse est genus & radix Da-

Apoc. 22 uid regis, sicuti in Apocalypsi Ioannis testatur. Ipse cunctis regib⁹, & ducibus Israel ingenuitatè præstitit. Itaq; nec Dauid, nec Salomō, nec alij reges essent, nisi Christus esset nasciturus. Eam ob rem illi saluatoris nostri imaginem præferebant, imò nihil minus saluator in hac vita quam de carnis prosapia cogitauit. Hinc sacra virgine

Ioan. 2. in nuptiis precante ac dicente. Fili vinum non habent, respondit. Quid mihi & tibi mulier? Haud dubiè vera mater eius erat, & nihilo secius mulierem illam vocauit. Rursum in templo ipsa deipara interrogan-

Luca. 2. te. Fili quid fecisti nobis sic? pater tuus & ego

in natiuitate virginis.

27

ego dolentes quærebat: nec verbo tenus matrem illam appellauit, sed dixit, nesciebatis, quod in ijs quæ patris mei sunt oportet me esse? Ecce altiore natiuitatem ex patre celesti indicat, carnis genealogiam nihili pendens. Quid multa? Dicente quodam, Christo Iesu prædicanti. Ecce mater tua & fratres tui foris expectant te, velut stomachatus ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror & mater est. Cernitis planè fratres, quæ abhorreat saluator gloriolam mundialem, quam homines frustra tantifaciunt de sua ingenuitate gloriantes: Itaque cum esset filius Dei genus & radix Dauid, tantum abest, vt ob gloriam adipiscendam euangelistæ præceperit genealogiam suam retexere. Iam quorsum tendat tam ordinata, tamque prolixa generationis Christi narratio intentissimo animo audite.

¶ Primò sic saluator exactè, voluit suam Rati. 1. prosapiam describi, vt quam sit verus in suis promissis cunctis mortalibus clarescat. De quo regalis propheta sic inquit. Fidelis Deus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operib⁹ suis. Fidelis sanè est De⁹ pfa. 144 in promittendo sua dona, & sanctus in ad-

D 3 implendo

Declamatio secunda

implendo promissa: imò, omnia opera eius in fide, clamat in alio psalmo David. Vbi sanctus Basilius ait, id est in fidelitate: quæ fidelitas in hoc sita est, vt eo modo quo promissio facta est, opere compleatur. Fidelis ergo Deus est in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Quam ob rem fidelitatem & sanctitatem, à nobis ipse deposcit, vt fideles ei simus & sanctè eius mandata impleamus. Ob oculos ponite quid in baptismo promissistis charissimi, & illud operemini oportet, si vitam æternam habere affectatis. Alioqui fideles in promissione esse non potestis. Nõne saluatoris nostri verba sunt illa? Si vis ad vitã ingredi serua madata? Rectè quidem sanctus Ioannes admonet. Nõ diligamus verbo neq; lingua sed opere & veritate. Perinde ac si dicat. Parui refert verba tantum habere, ni operibus sanctis Deum optimum diligamus. Opus veritatem habeat, non fictionem, quam fallaces hypocritæ, præ se ferunt, fucantes cuncta quæ operantur, nõ Dei honorem, sed propriam gloriam aucupari cupientes. At fideles opere & veritate diligunt Deum, vota sua pro virili Deo reddentes. Vbi tamen illis qui vestigia populi Israel sectantes dicunt. Omnia quæcunque præ

in natiuitate virginis.

28

præcepit nobis Deus faciemus: & subinde, vitulum aureum erigentes, eum adorant cantantes. Ij sunt dij tui, qui eduxerunt te de terra Ægypti. Videre est quã multos, fleus dico, qui promissionis in baptismo olim factæ oblit, ita se superbia, auaritia, & carnis lenocinijs dedunt, quasi nihil Deo promiserint. Vultis ergo fratres Deum fidelem in promissis suis inuenire, date operam & quã primũ opere & veritate eum diligite. Nã ipse fidelis in omnibus verbis suis est. Ideo si Abraham in lege naturæ promissit Deus filium suum ex semine eius nasciturum, ecce promissio isthęc adimpleta cõprobatur. Si David in lege scripta, hoc ipsum Deus iubens repromissit, ita gestum est, velut hic liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham ostendit. O quãtam sedulitatẽ cruentus serpens adhibuit, ne Deus optimus promissionem suã impleret, carnem nostram assumens. Verum tanta inardescerat inuidia, potissimè postquam audiuit, inimicitias ponam inter te & mulierem, inter semen tuum & semen illius, & ipsa conteret caput tuum. Vbi Hebraica veritas quam sequitur Leo papa, sic habet. Ipsum cõteret caput tuum. Ita vt nullum non moueret lapidem, quo Deus iratus contra homines nullatenus

Exo. 32.

Gene. 23

Nota.

S. Leo.

Declamatio secunda

homo fieret. Hinc David peccare suasit: Salomonē in scelus idolatriæ deiecit. Thamar incesto violauit: & non alio cuncta peccata patrum antiquorum tendebant, nisi vt Deus, ad eodē foedatam & coinquinatam videns nostram humanitatem, exosam penitus haberet, & omnino illam respueret. At pijsissimus, atque beneficus omnipotens Deus, promissionis suæ memor, tot delictorum immemor, nulla peccata quālibet maxima ob stare potuerunt, quominus, quod promisit quondam, tempore destinato adimpleret. Hinc vos fratres discite, vota vestra Deo persoluere, quāuis diabolus vt leorugiat: mūdus fallax læuiat: caro subdola clamitet, & furibunda contra spiritum (vt affolet) insurgat. Vox illa semper & vbique vestris auribus tonet. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Apoc. 2.

2. Ratio.

¶ Secundo Christus adamusim genealogiam suam voluit à Matthæo sic recenseri, vt hæreticorum figmenta dissiperet, & illorum technas penitus euerteret. Vidit saluator noster & manifestè vidit, dementiam Manichæorum, Felicianorum, Apollinariistarum, & aliorū improborū, qui ore reprobo, ausi sunt asseuerare, Christū Iesum verū hominem ex Maria natū non fuisse. Quos omnes

in natiuitate Virginis.

29

omnes euellit & confundit, rā Mattheus in hac lectione sacra, quā Lucas qui de Christi humanitate vt iam paulō ante diximus tractauit. Vnde sanctus Augustinus, lib. 83. q. blasphemiam Manichæi explodens ait. Si phantasma corpus Christi fuit, fefellit Christus: & si fallit, veritas non est: est autē Christus veritas & vita: ergo non phantasma fuit corpus eius sanctum. Et idem contra Faustum hæreticum: artende quod nō Mattheus dixit liber euangelij Iesu Christi, filij David, sed sic ait. Liber generationis Iesu Christi filij David. O mirabilem Christi Iesu erga nos beneuolentiā, vt errores hæreticorum destrueret, tristatus est sapius, lachrymatus, miratus, iratus, esuriit, sitiuit, in cruce confixus oppetiuit mortem. Quæ omnia testantur hominem verū esse, quod illi diaboli versutia decepti negabant. Oportebat quidem ad abolendam lethalem illam pestem, quæ tot animas depopulauit in Ecclesia, vt progenies Christi eo ordine & serie esset conscripta, quo euangelista scripsere. Hinc fides nostra sancta stabilita est, & hæreticorum dementia profligata, radicitusque euulsa.

¶ Tertio tandem, ob id Christi prosapia nō Tertius bis est conscripta, vt nobilitas & matris Dei ratio.

D 5 inge-

S. Aug.

Nota.

Declamatio secunda

ingenuitas nō lateat. Fuit sanè ex regali pro-
genie orta , & Dauid magni regis filia.

Quippe quæ ideo Ioseph sponsa , quia ex
eadem tribu Iuda & familia Dauid , lex
Dei ita fieri cogebat. Probat hoc perpul-
chrè beatus Hieronymus dicens. Oporte-

S. Hiero-
nymus.

bat eos in Bethleem censum imperialē pro-
fiteri, quoniam Ioseph & Maria ex eadem
tribu erāt. Vos iam cernite fratres , & con-
templātes virginis almæ humilitatem ob-
stupefcite, ex regali profapia nata est, & ni-
hilominus nupsit architecto : Ioseph vir
sanctus Faber lignarius erat. Vnde miran-
tes quidam dicebant. Nonne hic est filius
Fabri, & Mariæ? O miram satisque mi-
randam deiparæ humilitatem: altior erat
cælis, sanctior angelis, insignior genere, ta-
men præclaram suam originem spernens,
vltrò Ioseph viro sanctissimo nupsit. Quā

bene est dictum. Quanto maior es humi-
lia te in omnibus, & inuenies gratiam co-
ram Deo. Ecce via, ambulate in ea cha-
rissimi, vt inuenire valeatis gratiā coram

Eccle. 3.

Deo, cum omnibus humiles sitis. Deus o-
ptimus altus est, & humilia respiciit, vt exal-
tet, alta à longe cognoscit vt ea deprimat,

S. Aug.

velut sanctus Augustinus explicat. Nō hoc
dixerim, de intemeratæ virginis præclara
profapia

in natiuitate virginis.

30

profapia, vt nobilitas in sanguine posita sit
tantū. Sapiens ille absque Christo Aristo-

teles. li. i. poli. nobilitatē depingens ait. Vir-

Nota.

tus & malitia determinant liberum & ser-
uum, nobilem & ignobilem. En vbi nobi-

litas posita sit, in virtute inquit, ignobilitas
verò, in malitia seu vitio. A qua sententia

non abhorret illud sancti Hieronymi ad
Celantiā. Vera nobilitas est, clarū esse vir-

S. Hier.

tutibus. Quid ergo superbis homo, terra &
cinis, de sanguinis tui nobilitate? Omnis ca-

ro fœnū est, & omnis gloria eius quasi flos
fœni. Quemadmodū Esaias propheta cla-

Esa. 40

mat. Sanè anima nihil accipit nobilitatis à
parētibus, nam teste Aristotele, non educi-

tur de potentia materiæ. Quam sententiā
theologi multis rationibus fulcire nitūtur.

2. sententiarum. d. 18. Si ergo anima nō est
& .s. tho.

ex traduce, quid prodest antiqua & gene-
rosa progenies? Iure quidem optimo, Sene-

1. p. q.

90. arti.

ca ait. Quod ante nos est, nostrum non est. 3.

Pereat iam hominum inanis iactantia, vbi
nobilitas non in sanguine, sed in virtute a-

nimæ locata est. Ceterū si carnis nobilitas
alicuius momēti est, virgo Maria nobilissi-

ma fuit, quoniā de semine summi sacerdo-
tis Aarō descēdit, de cuius stirpe fuit beata
Anna mater virginis Mariæ. Hoc asseruit
sanctus

Declamatio secunda

S. Grc. sanctus Damascenus. lib. 4. & sanctus Gre-
gorius lib. moralium. 22. Itaque, vtramque
dignitatem, sacerdotalem & regalem vir-
go alma amplectitur. At nos charissimi il-
lud ob oculos semper habeamus oportet,
1. Reg. 2 quod Deus optimus omnibus nobis loqui-
tur. Honorantes me honorificabo: qui con-
temnunt me, erunt ignobiles. Videte mise-
ram profapiam, eorum qui suum creatoré
spernunt. Ij planè mancipia sunt diaboli,
& infelici seruitute laborant, dicente Sal-
uatore nostro. Qui facit peccatū, seruus est
Ioan. 8 peccati. Et de nobilitate virginis hactenus:
& verba thematis nunc tractemus.

Secūda De qua natus est Iesus, qui vocatur Chri-
pars. stus. Vidistis fratres (ni fallor) iam, Salomo-
nis oraculum adimpletum, qui tot retro se-
culis velut demiratus dixit. En ipse venit sa-
liens in montibus, trasiliens colles. Verum
Cant. 3 ouans & saliens Christus Iesus venit, velut
è monte in montem percurrens, vbi Abra-
ham genuit Isaac, Isaac autem genuit Ia-
cob, &c. Montes excelsi virtutibus magnis
exaltari, tū Patriarchæ, tum duces Israel,
tum denique reges fuere, ex quibus salua-
tor descendit: montes præexcelsi (inquam)
extiterunt sancti patres, de quorum stirpe
filius Dei carnem induere sua gratuita di-
gnatione

in natiuitate Virginis

31

gnatione instituit. Cuius aduentus promif-
sione facta tempore Adæ, quodammodo Gene. 3
cœpit. Nempe vbi de muliere futura conte-
rente caput draconis, & de semine eius
Deus optimus sermonem fecit, virginis in-
temerata, & Saluatoris mundi imago de-
picta est. Veruntamen post tot montes e-
numeratos, Euangelista excellentioré mô-
tem nobis delineauit, quâdo hæc verba de
promptit. De qua natus est Iesus qui voca-
tur Christus. Nonne charissimi regalis ci-
tharædus, hoc dedit nomen virgini imma-
culatæ? Mons Dei mons coagulatus, mons Psal. 67
pinguis, môs in quo beneplacitum est Deo
habitare in eo. Etenim habitabit in finem.
Siquidem singula non vulgaré emphasim
habent: vos penitus ea considerare, vt vir-
ginis encomia, pro vestra virili indagare
possitis. Mons Dei virgo sancta est, valde
pinguis vbértate virtutum omnium: quam
ob rem filius Dei habitauit in ea, ne dum
in monte duntaxat, sed in eius aluo homo
factus habitabitque in finem, sine fine ma-
trem suam glorificās in ætheris aulis. Mi-
ra res ex hoc mirabili monte lapillus absq;
manibus excissus, qui creuit in montē ma-
gnū, replens omnem terram, Christus Ie-
sus natus est: veluti Danielis stupenda vi-
sio no

Declamatio secunda

fio nobis patrefacit. Nec abs re Matthæus, ubi deuentum est ad Mariam virginem, solummodo Christi matrem eam profitetur,

Virginitas Ma-
riæ. nil de patre referens, vt ante hac fecerat: quin silentio præteriens, hoc statim protulit: de qua natus est Iesus qui vocatur Christus.

Cernitisne artificium spiritus sancti, quo fides nostra roboretur & stabiliatur, audeatque in fracto animo fateri, Christum Iesum filium Dei fore, & filium Mariæ?

Quique tanquam lapis paruus absque manibus abscissus, in diuersorio Berhleemico ex virgine ortus, mirum in modum accrescens, orbem totum iam replet: dicente

Phili. 2. Apostolo. In nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Ecce non tantum terræ climata, longe lateque nomen Christi Iesu replet, ac fulguris instar perlustrat, sed cælos ipsos gloriose occupat. Idque saluator ipso ore suo

Matt. 28 benedicto in sicans ait. Dara est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Quin etiam subterranea visitans, portas areas inferni & vectes ferreos eius confringens, patres prius, e limbo potenter eripiens, Zabulum & angelos illius profligauit.

¶ Cæterum, quânis qui tam hoc salutiferum nomen, Iesus à nomine Dei tetragramatō, hoc

in natiuitate virginis.

32

hoc est, Iehoua, nitantur deducere, non ita est, sed à verbo Iafah, quod saluum esse significat, oritur: vnde, Iesuah, siue Iesus, significat Salutem, aut saluatorem. Quam ob rem virgo Maria in suo cantico diuino afflata spiritu cecinit. Exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo. Quod quidem olim Abacuc iam vaticinatus fuerat dicēs: Abac. exultabo in Deo Iesu meo: id est salutari vlti meo. Nec aliō pertinet illud Gabrielis ad Ioseph: vocabis nomen eius Iesum: ipse saluum faciet populum suū à peccatis eorū. Matt. 2.

Ergo nomen ab angelo dictum significabat salutem, quam Iehoua, non signat, peculiaris significatio illius est esse. Qui fufius hæc videre cupit, sanctum Augustinum le Nota. gar. lib. 17. de ciuitate Dei. c. 18. & sermone 8. de verbis domini. Ecce Iesus qui totius mundi salus est ex hac præclara puella nasci voluit. Salus inquam est infirmitatis generis humani: verum peccatū languor pestilentissimus est, occidens animas. O nomen mirabile, illustre & cuncta nomina Romanorum, quâlibet candida, excellens. Illi nomen Africani, Gothici, Asiatici, accipiebāt, à destructis gētib⁹ nomina vendicātes, at Christus rex n̄r, à reparatis gētib⁹ bene dictū nomen sumpsit. Quid multis moror? hoc nomen

Declamatio secunda

nomen Saluatoris praestantius est nomine creatoris: ratio in propatulo est, verbo suo duntaxat cuncta creauit, nihil laboris sentiens: sed dum peccatores liberat, vulneratus est, attritus, crucis patibulo affixus, & inter iniquos reputatus. Quid quod in creatione mundi, dedit esse rebus quod est naturale, in reparatione hominum largitur nobis suam gratiam, donum diuinum, & super naturale. Videtis fratres quam multo maius sit, saluare quam creare. Mirabile dictu, tam non satis est vt ante hac, Deum inuocare tantum, necessum est vt Iesum inuocetis, dicente scriptura. Non est aliud nobis datum sub caelo, in quo oporteat nos saluos fieri. Bone Iesu, mirum in modum hoc sacrum nomen tuum cor nostrum allicit, & pectora amore tuo flammigero liquefacit: eatenus nihil dicere valemus, nisi cum sponsa totis medullis cordis nostri clamare. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolefcentule dilexerunt te. Hoc limpidiſſimo oleo, mentes hominum fugatis errorum tenebris illuminantur: hoc benedicto balsamo, omnia vulnera nostra quantumlibet inueterata sanitatem acquirunt. Et hoc de nomine Iesu, quod mel est in ore, melos in aure, iubilus in corde. Vti diuus Bernardus

Esa. 53

Actu. 4

Canti. 1

S. Ber.

dus

in natiuitate Virginis,

33

dus testatur.

Qui vocatur Christus. Videre nunc vinctum & lenem, illum omnipotentem qui olim vt leo saeuiebat. Leo rugit quis non timebit, clamat Propheta. Horrisonum rugitum audite, vbi aquarum procellis Deus iratus orbem ferè omnem destruxit. Vt leo rugiebat, quando Penthapolin sulphureo igne combusit. Leonis instar nonne clamabat, vbi terra ipsa Datan & Abiron, ac familias eorum deglutiuit? Leo rugit, quis ad deum stupidus aut amens, qui non exhorreat, & non toto corde contremiscat? Virgine sancta aduentate, leo ille agnus efficitur, & homo factus mansuescit, dicente Baptista. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, non peccatorum vitas tollit, vt solebat, sed illorum peccata solum, nollens mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Ego veni ait Dominus, vt vitam habeant & abundantius habeant. Ecce Christum vinctum, lenem ac mansuetum, quem nobis alma virgo peperit, quod omnium nostrum delicta abluat. Sed quo oleo vngitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, qui se ipsum patri obtulit hostiam sanctam in odorem suauitatis? Quo inquam oleo perungitur rex omnipotens noster, imò

Amos. 3

Gen. 19

Ioan. 18

E rex

Declamatio secunda

Apo. 10 rex regum & dñs dominantium? Vates sanctus David nobis respondeat. Propterea
 Psal. 44 vixit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præcõfortibus tuis. Pulchrè dicitur, diuina gratia oleum lætitiæ: lætificat vtique corda, & animas vehementer calico gaudio afficit. Hoc mirifico oleo Deus vixit Christum, cui spiritus sanctus non modo gratiam particularis personæ præbuit, sed gratiaru capitis impertiuit, de qua Psalmista. Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion. Pulcherrima comparatio, nec vacat cuncta modo indagare: fat sit, quod Christi gratia non tantum descendit in barbam, hoc est in sanctos, qui vt barba à capite pendent, sed ad vltimas oras vsq; vestimenti decurrit: vt nemo mortalium sit, in quem oleum Christi non veniat, modo ipse lenitatem eius sentire velit. Eodem attinet, illud Ioannis: de cuius plenitudine, omnes accepimus gratiam pro gratia. O quantũ laudis dare debemus Mariæ fratres mei: nempe qui olim regebat in virga ferrea gentes, quiq; Deus vltionum, Deus vltionum appellatus est, nũc Christus vocatur, agnus mansuetus, & pius

O stupen-

in natiuitate Virginis.

O stupendam summi Dei erga nos charitatem, qui respicit terram & facit eam tremere, qui tangit montes & statim fumigant: is ipse apprehenditur, flagellatur, & sentibus coronatur acutissimis, clavis confossus, in ligno suspensus moritur, vt mortem nostram mori edoperimat. Iactet Iudæi suũ Mosem mitissimũ, vt eis libuerit: nos Christũ habemus longe mitem & lenem, cuius mansuetudo tã est magna, vt verbis nemo eam explicare queat. Ex hac mirabili lenitate & vntiõe, velut è paradiso illa amoenissima, fluius ascẽdebat, qui diuidebatur in quatuor flumina: ita lex nostra scaturit, non lex terroris, vt illa vetus, sed lex gratiæ, & solatij. Ita vt iugũ Chri suaue efficiat, & onus eius satis leue. Quin & homines sanctos facit mites & mansuetos. Dicete Paulo. Maledicimur, & nos bñedicimus: persecutionẽ patimur, & sustinemus. Quid multa: inimicos suos diligunt corde, & benefaciunt odiõibus se, orates pro psequẽtib⁹. O insignis vntiõ, quæ vel adamantinũ pectus emollire valet. Quid ni fratres charissimi corda nostra lapidea iam liquecant, cum ea quæ durissima erant suapte natura, vt clauis, crux, mors, quæ Christum tetigerunt aded lenia facta sunt, vt sacra canat Ecclesia, dulce

Nota.

E 2 lignum

Declamatio secunda

lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera. Verū filenis & vnctus quis non est, Christum non terigit hactenus. Cuius lenitas tā est mirabilis, vt ferreos clauos reddat omni suauitate dulciores. Cernitis iā sanè charissimi, quonā modo ex hoc fōte pellucido (virginem Mariam dico) duo flumina nobis profluūt, aliud salutis, pro animabus nostris medendis, sine qua mors sempiterna: aliud verò flumen vnctionis & lenitatis dimanat, qua etiam homines & siferoces mansuescunt, vt videre est, in Saulo minarum spirante in discipulos Domini: quē ex lupo Christus fecit agnum mansuetum, vt optime sanctus Augustin⁹ asserit in sermone conuersionis Pauli. Mirabile opus, vt à principio mundi, ex Adā costa facta sit mulier: at mirabilius quoddā comprobatur, ex muliere fragili nasci illum, qui fortis est & potens in praelio, filius Dei. Mulier circū dabit virum (ait Ieremias) nouum facinus ob oculos nostros ponens super terrā. Quid obsecro dare potuit puella tenera nisi fragilitatem, imbecillitatem, quam ipsa habebat? Sed quod infirmum est Deo, fortius est hominibus, ait Apostolus. In mūdi origine, Adā è terra producitur virgine: fas ergo erat vt Christus ex candida & intemera

ta ma-

in natiuitate Virginis.

35.

ata matre nasceretur. Nonne amplioris gloriae Adā celestis quam Adā terrenus? Sed nunc ratio ipsa deposcit vt nonnihil de natiuitate matris Dei dicamus. Verum Isaac natiuitas tam diu desiderata non paruum attulit alacritatem Abraham & Saræ, omnique eorum familiae. Samuelis prophetae egregij ortus malum gaudiū Annæ matris suæ peperit: denique Ioannis natale tantum alacritatis dedit, vt Gabriel angelus patri eius promiserit, nunciaretque, pene omnes in illius ortu hilares fore. Et multi in natiuitate eius gaudebunt: quod non modo inter christicolos palā est, sed inter Sarracenos Ethnicos gestum videmus. Sed factæ virginis Mariæ hodierna solēuitas, quā tō iucundior, quantoque latior sit oportet? Tolle Christi Iesu ineffabilem ortum, nulla sanctorum natiuitas assimilari potest Mariæ natiuitati. Quin isthæc cunctis alijs vtilior, iucundior, ac præcellentior comprobatur, Christi natiuitate dempta. Enim verò de Hester regina hebræa sacra scriptura ait. Noua lux oriri visa est, honor, gaudium, & tripudium. Nonne est lux noua hodie oriri visa, vbi virgo sine labe peccati concepta, nascitur? Noua planè lux ruralat in orbe, quippe quæ tenebram origina-

Gen. 20

1. Reg. 2

Luca. 1

Hest. 8

Iere. 31

Declamatio secunda

Iob. 3. lis culpæ nesciuit. Iuxta illud Iob. Expectet lucem & nō videat, nec ortum surgentis auroræ. Ad litteram de Behemoht pelsimo loquitur, qui suo tetro afflatu omnes filios Adæ obnubilat. Eam ob rē Paulū ante præmiserat: obscurentur stellæ caligine eius. Hoc est, sancti omnes & si vt stellæ fulgentes videantur, caligine peccati originalis obscurētur, eo quod omnes in Adā peccauerūt.

Ioan. 1. At lux illa vera quæ illuminat omne hominem venientē in hunc mundum, filius Dei homo factus liber sit ab omni culpa: suo opte iure. Aurora quoque illa genitrix eius priuilegio quodam miro gaudens euadat immunitis. Itaq; neque lucem illam, neque auroram suo imperio diabolus subiugare queat. Nec moueat quenquam quod Propheeta de ortu Mariæ loquatur, nam in sacra scriptura conceptio appellatur natiuitas. Vnde illud angeliad Ioseph. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Non inquit ex ea sed in ea, quatenus conceptionem Christi Iesu mirabilē insinuet. O nouam lucem, ô gaudium toti mundo, etiam patribus in limbo morantibus: tu tripudiū hodie angelicis militibus tribuisti. Quam optime de nostra regina Hester iubilantes,

Math. 2. affe

in natiuitate virginis.

36

afferere possumus, quod de illa sancta canit pagina: fons paruus creuit in fluuium Hest. 8 magnum. Parua puella virgo hodie nascitur, vt crescat in fluuium magnum: vt quatuordecim annos nata, magnam dignitatem obtineat, genitrix Dei facta. Creuit in fluminum magnum Maria, pergens imō volitans de virtute in virtutem, donec videret Deum deorum in Sion illa cælica.

¶ Vos nunc fratres, recolite historiam illam de lucta Iacob cum angelo, & facile intelligere potestis, quantum commodi ac frugis nobis natiuitas Mariæ cōferat. Ecce vir Gene. 32 luctabatur cū eo vsq; mane: dixitq; ad eū angelus dimitte me, iam enim ascendit aurora. Mira res charissimi: adueniente luce, & aurora, oriente, non in nocte angelus clamat dimitte me. Noctē fortis homo pugnans cum inimico pauet, eo quod ensē contra se venientem videre nequit: vnde lux Dei maximē roborare consuevit præliantes. Nempe in nocte, hoc est in lege naturæ, tenebra ignorantiæ & cecitatis pene orbē repleuerat. Vnde tot idola & peccata, nisi quia nox cæca hoīes inuolebat? Luctabatur De⁹ cū homine peccatore, vt iā terigimus, multi modis cruciatibus eū corripies,

Declamatio secunda

vulnerans & occidens delinquentem. At
vbi aurora apparuit, vbi in lege scripta ma-
ter Dei nata est, Deus misertus nobis, non
æquè nos castigat, vt olim. Dimitte me ait:
superbe, rete dimitte post hac, humilitatem
induès: dimitte me auare, nil de fallacibus
diuitijs confidens: dimitte me rogo lenoci-
nijs carnis dedite, non est voluntas mea
mors impij, nolim in gehennam mittere te,
non sit bellum inter nos amplius: lueta no-
stra iam deficiat: ecce iam aurora ascen-
dit: mater meà in mundo apparuit: aduoca-
tam nunc habetis: adiutricem hanc inuoca-
te: humilis est valde, pauper spiritu, virgo
præclara, angelis ipsis cædidior. Hæc sua o-
ratiõ ferruētī furorē meū in vos accēsum,
lõge melius quã Moses placauit. C esset vt
par est cõsuetudo v̄ra peccãdi, & ego desi-
nam vos flagellare & punire. Vident angeli
hãc pulcherrimã puellã hodie nasci, & stu-
pētes alter alterū interrogãs ait. *Quæ est ista*
quæ p̄greditur quasi aurora, consurgēs pul-
chra vt luna, electa vt sol. Sanè aurora præ-
uia est solis a propinquãtis: sic natiuitas Ma-
riæ Christi Iesu, solis iustitiæ, aduentum
præsignificat. Aurora infirmos subleuat, fe-
ras & lupos rapaces fugat. Ortus est sol,
& in cubilibus suis collocabuntur (ait Da-
uid)

Nota.

Canti. 6

in natiuitate virginis.

37

uid) auiculas lætificat. Quæ omnia vel ma-
ximè natiuitati Mariæ conuenire, nemo
est qui ambigat. Natale virginis omnes
nos infirmos solatur, dæmones & omnes
hæreses effugauit: volatilia cæli, quæ sunt
virgines puritatem illius sectantes, & spon-
sum vnicum Christum adamantes, concin-
nunt carmina, Deū laudantes diu noctuq;.
O præcellentem auroram, totum orbem,
nec non & ipsū cælum lætificantem, læti-
fica nos fideles filios tuos in te confidentes.
¶ Denique vaticinium sacerrimi prophe-
tæ Esaiæ audire vos non tædeat, est quidē
quauis annotatione dignum. Egredietur
virga de radice Iesse, & flos de radice eius
ascendet. Iesse pater fuit Dauidis regis, cu-
ius filia fuit Maria, & Christus quia ex il-
li^o profapia. Ex hac radice egreditur hodie
virgo sancta, quæ non abs re virga nuncu-
pata est. Nam licet Maria nata sit ex radi-
ce Iudæorum, tamè supergressa est naturã
radicis. Radix quidem experimēto perspi-
cuum est ad ima, virga autem ad alta ten-
dit: radix in terra, virga in aere eleuatur: ra-
dix in terra humore quodam nutritur, vir-
ga tandem cæli rore, & solis radio crescit.
Ad eandem imaginem, Iudæi ima pete-
bant, bona terræ cupientes: virgo Maria

psal. 103

Esai. 11.

Nota.

E s alta

Declamatio secunda

alta virtutum affectabat. Illi hærebant terræ, per cupiditatem honoris: illa nunquam deiecit se ad transitoria & peritura huius seculi. Tandem illi amore carnali pascebatur, hæc amore cælesti nutriebatur, & calore charitatis fouebatur, longe præclarius quam Apostolus dicēs: cōuersatio nostra in calis est. Sed de hoc in præsentatione eius fufius dicemus, summo adiuuante numine: ex hac mirabili virga flos ille, sole ipso venustior, Christus Iesus ortus est. Flos de radice eius ascendet: dixit nunc Esaias, eo quod ex Iudæis salus mūdi nasci dignata est. Flos mater Dei decorus, flos Iesus pulcherrimus, cuius odore etiā mortui reuiuiscūt: languidi salutē, tum animæ, tū corporis adipiscuntur. Assumpsi mihi duas virgas (ait Zacharias, venustatē virginis nobis depingens) & vnam vocavi decorē, aliā funiculum. Ecce duas Euas, illa peccatrix funicul⁹ vocatur, & bene: ea est quæ nos filios suos funiculis, imò vinculis æreis peccati irretiuit: dicente Salomone, impius funibus peccatorū suorum cōstringitur: & psalmographus: dirupisti domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiā laudis. Virga autē decora Maria est, floribus abūdans. Vnde ipsa ait, flores mei fructus honoris & honestatis. Quid de fo

lijis

in natiuitate virginis.

38

lijis virentibus dicam, quando eius verba septem, quæ in euāgelijis extant, tam fuerint frugifera, vt asserere possim⁹ illud Ezechie Eze. 47
lis: folia eius ad sanitatē gētiū: fructus illius opera fuere. De quibus Salomō ait: laudēt eam in portis omnia opera eius: ecce differ-
tæ linguæ virginem magnificātes. Itaq; vir Prou. 3.
go Maria florigeras habuit cogitatiōes, micantibus gēmis candidiores, verba satis vtilia, & opera mirifica: quatenus tale speculum ante oculos nostros habentes pro nostra virili, eius vestigia sectemur. Nihil ergo futile cogitemus, nihil prauū & inane loquamur, nihil deniq; nisi quod vtile est operemur. O virgā pulcherrimā, virgā vigilantē, quā vidit Ieremias, eo q̄ indefesè vigilat sup nos oues pascuē ei⁹. O virgā Aarō abiq; humore terræ germinatē Christū Iesum filiū Dei: o virgā decorā valde, imò aureā, q̄ Assuerus rex inclinat in symbolū clemētię, quoties deuotione virginis, cor nostrū tāgit, vt sinū amplissimū suę misericordiæ nobis pandat. Sanè charissimī, virgo scētā virga illa est qua Ionathas, orthodoxus quisq;, mel r. Re. 14 gratiā degustat, in quauis calamitate, tantam talemq; aduocatam inuocās. Quo nimirum melle consolationis gustato, oculi nostri cælico lumine gaudēt, vt de Ionatha gestum

Declamatio secunda

gestum legimus: aperti fuerunt oculi illius
statim gustato melle.

¶ De hac natus est Iesus qui vocatur Chri-
stus. Attendite obsecro charissimi, & vide-
te hodie velut alterum mundum fabre fa-
ctum. Ait Moses in sua Genesi. Spiritus do-
mini ferebatur super aquas, terra autem e-
rat inanis & vacua. Enim vero super vndas
lachrymarum parētum Mariæ spiritus san-
ctus volitabat, & instar auiculæ oua sua fo-
uentis alsisitebat. Orbati erant benedictio-
nis fructu, quod ægè ferebant, scientes in
Deut. 7. lege sancitum esse. Maledictus qui non re-
liquerit semen in Israel. Eam ob rem affa-
tim eleemosynas erogabant, tum templo,
tum egenis & pauperibus. Ieiunabāt, ora-
bant, & orantes suspiria magna iactabant,
lachrymis habenas dantes: quò Deus pien-
tissimus hoc opprobriū auferre ab illis di-
gnaretur. Spiritus sanctus qui vt columba
respicit gratanter super holce riuulos aqua-
rum, tempore præstituto quanuis Anna es-
set sterilis, fructum hunc benedictum præ-
stitit illis. Mater vt terra vacua erat, verum
tamen dixit dominus, fiat lux & facta est
lux. Maria concipiatur vt lux splendida, &
vndiquaque perlustrans, absque originali
tenebra. Mira res, ex illa priori luce quam

Deus

in natiuitate virginis.

39

Deus creauit die primo, communis theolo-
gorum schola asserit solem esse generatum
2. d. 13. Itaque sicut solis creationem, præce-
dit lucis primæ ortus, sic Christi Iesu solis
veri conceptionem & ortum, Mariæ virgi-
nis natiuitas præcessit. Ex qua prodijt ille
qui ore suo benedicto dixit. Ego sum lux
mundi, qui sequitur me non ambulat in te-
nebris. Dicat ergo mater Dei, & gratula-
bunda dicat. Ego feci in cælis vt oriretur
lumen indeficiens. O mitissime Christe Ie-
su, quāuis impares, diu noctuque tibi gra-
tias ago, quod talem virgam talem quelu-
cem nobis dedisti. Cum Dauid semper
acclamabo: domine virga tua & baculus
tuus, ipsa me consolata sunt. Equidem ma-
ter tua benedicta, fidelibus cūctis virga de-
cora est, cuius interuentu roboratur. Et ba-
culus firmus est, cuius prece transeamus
Iordanem procellosum: hunc mundum di-
co, cuius vndis sequentibus rapitur, & in pō-
tum inferni mittitur, qui hanc virginem nō
veneratur, & pro suo capru iugi honore nō
prosequitur. Qui me inuenerit inueniet vi-
tam, & hauriet salutem à domino, clamat
beata virgo. Multa adduximus de hac ce-
lebri solennitate fratres, etsi plurima silen-
tio prætermisimus, ne forte fusior quam o-
porter

S. Tho. 1

p. q. 70.

art. 1.

Ioan. 8.

Eccl. 24

Psal. 22.

Prou. 8.

Declamatio secunda

oportet esse nostra declamatio.

Sūma.

¶ Sat fuerit sacro sancti euangelij quæ potissima erant adnotare vbi rationes audistis, quare tam exactè saluator voluit suam progeniem scribi. Tandem virgo sacra ea est, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Vt virginem habeamus vti matrem & adiutricem, quippe quæ Deum qui quondam vt leorugiebat, imò vindictam sumebat de iniquis hominibus, nobis agnum m̄a fuetum fecit, qui mortē obire dignaretur, mortem ipsam cuiucens moriendo. Dedit (inquam) nobis Iesum Christum, salutem nobis largiens, & regem calorū pariens, qui fecit nos Deo regnū, & reges vt in Apocalypsi legimus. Virga florida est de radice Iesse prodiēs, ex qua flos ille mirabilis Christus natus est, qui sese in canticis florē campi nominauit. Virga aurea regis Assueri, est, quam in signum misericordiæ quotidie ad nos inclinat, quāuis immeritos. Imò virgæ huius summitate mellissuas è cælo accipimus consolationes, virginem intemera tam candido corde inuocantes. Gaudeamus & exultem⁹ charissimi, ecce noua lux oriri visa est, honor, gaudium, & tripudiū. Quin & lux orta est iusto, Christo filio dei, & rectis lætitia. Lugeant, ingemiscant dæmones

in natiuitate virginis.

40

mones, & dicant cum philistin. Arca domini venit in castra, fugiam⁹. Veh nobis quia i. Reg. 4 non fuit tanta exultatio populo Dei, heri & nudius tertius. Non tempore legis naturæ aut scripturæ, sic gliscebant fideles, donec arca domini venit in mundum, & Maria nata est. Hanc toto laudemus affectu: hanc vt exemplar in signe virtutum omnium habeamus: quo eius interuētū gratiam & gloriam assequamur. Præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto regnat in secula, Amen.

DECLAMATIO TERTIA INFESTO PRÆSENTATIONIS DEIFERÆ MARIÆ.

THEMA.

¶ Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Lucæ.



Va nuiſ impares ſumus fratres chariſſimi, ad encomia ſacræ virginis Mariæ proferenda, quippe quæ, nec philoſophorum ſagacitas, neque rhetorum eloquētia poterit narrare

Declamatio secunda

1. Augu. rare vnquam, nullatenus à laudibus eius ta-
 ser. 1. af - cendum est, vt pulchrè admonet, disertissi-
 fump. mus doctor sanctus Augustinus, in quodà
 fermone. Potissimè in hac læta bunda cele-
 britate præsentationis immaculatæ virgi-
 nis, decet fideles omnes eam mirificis lau-
 dibus efferre. Angelorum satellitio magno
 hodie Maria comitata in templum Salo-
 monis hilari fronte perrexit. Quid ni ho-
 mines omnes, toto pectore laudent, quam
 calorù ciues vna collaudare non desinunt?
 Hac nimirum fortis illa mulier est tanto-

Prou. 31. pere à Salomone decantata, cuius filij sur-
 rexerunt & beatissimam prædicauerunt,
 vir eius & laudabit eam. Nos orthodoxi fe-
 lices filij tantæ, tâque felicis matris Dei su-
 mus: ius erit, vt quauis socordia, & somno-
 lentia reiecta, Mariam beatissimam præ-
 dicemus: prædicâtes, & inseruiamus. Quin
 & vir eius laudauit illam. Christus fili⁹ Dei
 sponsus virginis, quique ex illa spõsi in mo-
 dum processit, thalamum illæsum relin-
 quens, vt de sole Dauid asseruit: is inquam
 magnificè matrem suam laudauit. Nonne
 spiritu Christi Iesu tacta, & penitus excita-
 ta, mulier illa de turba vocem suam in lau-
 dem virginis extulit? Nonne ore suo sacro
 saluator, respõdens huic mulieri, altius ma-
 trem

in præsentatione virginis.

41

trem suam collaudauit? Præconia isthæc in
 sacra euangelij lectione descripta, nunc vi-
 deamus fratres, vt subinde in secundâ par-
 te declamationis nostræ, nonnulla de ho-
 dierno die tractem⁹, Christi Iesu auspicio,
 necnon & matris eius precibus adiuti.

¶ Euangelij breuis lectio sic habet. Factum Euange-
 est dum hæc diceret Iesus, extollēs vocem lium.
 quædam mulier de turba dixit. Beatus ven-
 ter qui te portauit & ybera quæ suxisti. At
 ille dixit, quinimo beati qui audiunt verbû
 Dei, & custodiunt illud. Luca. 11.

¶ Quando hæc mulier, hæc sancta verba
 protulerit, Lucas ipse insinuat. Laboraue-
 rat plurimum saluator ratione multiplici,
 suam innocentiam asserere, eamque con-
 spicuum omnibus facere, etiam ipsis inimi-
 cis reluctâtibus, quippe qui ore improbo in
 eum blasphemare non erubescabant dicē-
 tes. In Beelzebub principe demoniorum,
 eiecit dæmonia. O scelestissimos homines,
 dæmonis est, salutem languido dare, surdo
 auditum, & cæco visum præbere? Verus
 saluatoris proprium est salutem largiri ægro-
 tis, lumen cæcis præbere, & illi soli peculia-
 re semper fuit mirabilia operari, dicente

1. Petr. 5

Declamatio tertia

propheta. Tu es Deus solus qui facis mirabilia. Itaque filius Dei Iesus qui coram vobis astat in digito hoc in spiritu sancto. Stupenda, mirabiliaque opera in hoc misero homine caeco & muto, patrauit. Abscedat inuidia liuor, quo accensi probra in Iesum iactatis, mulierem sanctam audite, & vt magistram; auscultate: alioqui in peccato vestro, & caecitate moriemini. Nec vos tædeat discipulos eius fieri, certò certius scientes spiritu Dei fore afflatà, non suoapte ingenio hæc dixisse. Factum est Christo Iesu disputante, & suos aduersarios arguente, vt mulier quædam de turba voce grandi, blasphemantes versutos profigaret, & Christi præconia ac matris eius depromeret. Attendite obsecro charissimi, & tota intellectus vestri indagine considerate, quam sit potens Deus, qui vocat ea quæ non sunt, tãquàm ea quæ sunt. **Quin mundi infirma** elegit Deus, vt confundat fortia, quemadmodum pulchrè contestatur Apostolus. Mirabile dictu, qui quondam superbum Pharaonem regem Ægypti, ranis, & muscis debellauit, qui maris rubri vndis exercitum eius submersit, is sanè mulieris, non satis nobilis sed de turba, voce vna sapientes & literis candidatos scribas, pharisæos & sacer

1. Cor. 1.

in præsentatione Virginis.

42

& sacerdotes gloriôsè prostrauit. En quanta sit verbi Dei energia, quam mirabilis latitans in eo vis. Nempe viuus est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti, diuidès vsque ad animam. Hoc quidem potenti gladio mulier suoapte natura fragilis, triumphauit Christi Iesu inimicos, obturauit illorum ora, & blasphemantes eorum linguas præscidit. Extollens vocem mulier. O quot homines aderant, quibus Iesus noster, oculos aperuit, omnifariam salutem magnifice dedit, vitam lubenter exhibuit, à daemonijs obsessos liberauit. Nihilominus timore perculsi obmutuerunt. At mulier hæc fortis cuius pretium de vltimis finibus venit, non submissa voce, sed toto pectoris robore exclamauit, quò ab omnibus verba eius audirentur. Sunt sanè virtutes virginis sacrosanctæ adeo mirabiles, vt voce grandi prædicari eas oporteat. Vnde Elisabeta laudare fidem præclaràm virginis cupiens, impleta est spiritu sancto, & exclamans ait. Beata quæ credidisti, quoniam persciantur in te, quæ dicta sunt tibi à domino. Animaduertite vtranque mulierem exclamantem, & præconia virginis sanctæ alta voce resonantem. Fecit quidem matri suæ magna

Nota.

Lucæ. 1.

Declamatio tertia

qui potens est: eam ob rem magna voce & toto pectore nos deiferam virginem laudare condecet, has fœminas imitâtes, quæ iure Mariæ virginis virtutes apprime laudarunt.

Text. **¶** Cæterû, quid mulier illa loquatur audiamus. Beatus venter qui te portauit inquit. Vidistis quomodo exaltauit vocem suam, nullo timore correpta, eo quod tales vult dominus suos præcones. Iuxta illud Esaia. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euâgelizas sion, exalta noli timere. Verum charitas perfecta foras mittit timorem. Audistis insuper quam sit verû illud psalms. Pau-
 Esa. 40. per & inops laudabunt nomen tuû. Vbi mulier infima & de turba, confutare ausa est phariseos, alioqui doctos, ac superciliosos. Nunc audite quantum laudis præbeat virginis ventri Mariæ, quod perinde est ac si dicat: beata mulier quæ talem atque tam sanctum filium in utero portauit. Rursus vbera illa beata sunt, quæ tu puerulus suxisti. Aptissimè mulier ventrem, & vbera laudat, quæ tam eximium filium aluerit, & à fructu excellentis vteris, laudandâ matrè subindicat. Huc pertinet illud. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Mira res vno quidem verbo, præsentium

in præsentatione virginis.

43

rium calumniam & futurorum hæreticorum blasphemiam peremit. Pudeat Manicheos non veram matrem Christi Iesu Mariam confiteri, nam beatus venter eius rectè prædicatur. Verba Christi ea sunt. In utero matris meæ figuratus sum caro, decem mensium tempore. Verû homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus, vt vaticinium dauid asserit. Beata est Mariæ virginis alio, vt scētus Bernardus testis est, ob tria magna priuilegia. Fuit virgo sancta sine corruptione fœcunda, sine grauedine grauida, & sine dolore puerpera. Exclamare iam cum Esaia lubet, quis audiuit vnquam tale? Aut quis vidit simile vnquã? antequam parturiret perperit. Equidem tria miracula in hoc ventre purissimo simul patrata sunt. Deus factus est homo, verbum caro, immensus paruus, æternus temporalis. Quid nunc dicam fratres? Gloriosa dicta sunt de hac ciuitate Dei. Secundum miraculû fuit, quod qui fecit ventrem factus est homo in ventre. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, ait virgo sancta. Tertium, ille qui continet omnia, continetur in aluo matris. rectè sancta canit ecclesia. Quem cali capere non poterant, tuo gremio contulisti. Bone Iesu, verè tu es Deus absconditus, Esa. 54.

Sap. 7.

Psal. 86

S. Bern.

Esa. 66

Declamatio tertia

rex noster saluator, beatus vterc qui te portavit, & beata vbera quæ suo virgineo lacte te lactauerunt. Ecce virgo sancta Iesum suo lacte aluit. Huius mysterij imaginem gessit Moses, qui quondam nutritus est à matre sua, iubente filia Pharaonis ac dicente. **Exod. 2.** Quærite mulierem hebræam. Idque magnopere sponsa videre cupiebat, ideo clamare diu noctuque non cessabat. Quis mihi det te fratrem meum suggestentem vbera matris meæ, deosculerte, & nemo me iam despiciet. **Câti. 8.** Non ergo arthereum, non acreum filius Dei corpus induit, sed veram matrem habuit, quæ illum genuit, educavit, & suo lacte nutriuit, vt hæc mulier audacter clamat.

¶ Beatus venter Mariæ quæ Christum portavit, quia integer semper mansit. Hinc in canticis dictum est. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Quinimo Christus Iesus granum frumenti se appellauit: qui vt aceruus tritici in vtero matris fuit, imò panis viuus ipse est qui de cælo descendit, quiq; mentes nostras satiat quotidie in sacro altari. Ita vt qui dignè manducat, viuat in æternum. Vallatur lilijs venter sacerrimus virginis. O lilia candentia, longè lateque fragrantia, ô cogitationes omni lilio cædiores,

in presentatione Virginis.

44

res, quas alma virgo semper habuit. Inter hæc lilia dilectus pascebatur, gaudebat & delectabatur. Ad hæc liliū vernans erat eius humilitas, patientia, benignitas, fides, spes, charitas flammigera. Deliciarum paradisum te appellem ô virgo benedicta, hortum regium floribus cunctis refertum, bene meritate dicā: vbi non Adam terrenus primus parens, sed cælestis habitare voluit. Venter eburneus vocaris, quoniā ebur corruptionem nescit, & candidum est. Verum gloria Libani data est tibi, Carmeli & Assaron, vt Esaias vaticinatus est olim. Libanus candidatio interpretatur, eodē quoque tempore niuem habeat. Ecce puritas virginittatis quæ in te semper fuit. Carmelus & Assaron montes sunt frugeseti: quorum gloria data est tibi, quādo filium Dei spiritu sancto operante tuo in vtero concepisti, & peperisti. O portam domini omnibus clausam, & soli principi Christo prauiam, de qua dominus ait. Clausa erit in æternum, vt nemo post hac de tua integritate dubitet. O rubum ardentem & absque læsione flammam ferentem, hoc est Deum **Exod. 1.** optimum, qui ignis comburens appellatur portantem. Accedant cum Mose qui visionem magnā hanc contēplari cupiūt, modo.

Declamatio tertia

calciamenta prius soluant, veluti illic Deus præcepit. Nil mortiferum, nilque corruptio ni obnoxium excogitent: nam quicquid in Maria gestum est, totum puritas, totum gratia fuit. O bmutelcar Heluidius infelix, & eius pestifera commenta euanescant, beatus est venter Mariæ, & vallatus lilijs virginitatis ac puritatis. Quid plura commemorem fratres? Esaias ad regem Achab ait. Pete tibi signum à domino, illo autem perperam respondente, non petam & non tentabo dominum, dominus ore prophetico inquit. Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filiū, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Verum hoc tantum oraculo vel maxime, omnis hæreticorum superbia retunditur. Sanè signum nõ effiet à Deo datum, si Maria non virgo conceperit, & virgo post partum permanserit, vt optime beatus Hieronymus notat. Nam puellæ quotidie concipiunt & suos paruulos pariunt, integritate deperdita. Sed de hoc oraculo alias. Satis sit vel aliquid de virginitate Mariæ delibasse, quo palam sit quam fuerit beatus virginis almæ vterus, tot lilijs puritatis circumdatus. Sequitur in euangelio.

Esa. 7.

Text.

¶ At ille dixit. Quinimo, beati qui audiant verbum

in præsentatione Virginis.

45

verbū Dei & custodiū illud. Non abnegat, beatū vētrem & vbera matris suæ fore, imò idem asserens, annectit communem beatitudinis rationē formalem. Affirmat dictū, & ponitur altior beatitudinis ratio. Quandoquidem spiritalis maternitas perior est, corporali. Plus laudis dedit Mariæ quā mulier illa ei dederat. Sanctior fuit virgo concipiēs Christū mēte quā vētre, ait D. Augustin⁹. Hinc Chrysosto. non fuit hoc responsum repudiantis matrem, sed ostendentis, quod nihil ei partus profuisset, nisi valde bona & fidelis fuisset. Audiuit Maria verbū Dei, & mirum in modū custodiuit: auscultauit prudētissimè Gabrielis verba, & suo pectori figens, respondit. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et illud, Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Siquidem virgo sanctissima longè excellentius quā Dauid asserere potuit. Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Haud frustra dum mulier illa laudauit quæ sunt naturalia officia in Maria, Dominus laudauit statim, quæ sunt liberi arbitrij & Sanctus animæ peculiaria. Sanctus Cyprianus v. Cyprianus in stuporem mentis raptus, mundū Mariam in riam vocat, dicens. Lego & intelligo quod quodam

Luc. 2

Sanctus

Cypria-

F 5

Maria sermone

Declamatio tertia

Maria est quidam mundus intelligibilis & admirabilis. Cuius terra est humilitatis soliditas: cuius mare latitudo charitatis: cuius cælum conuersationis & contemplationis altitudo: cuius Sol splendor intelligentiæ: cuius luna decor munditiæ: cuius lucifer fulgor sanctitatis: cuius arcturus gratia septiformis: cuius sydera aliarum virtutum ornamenta. In hoc mûdo pulcherrimo mûdi creator intrauit, & trabem nostræ carnis assûpsit, vt nos à peccatis nostris liberaret.

Nota.

¶ Sed iam fratres mei ad nos sese vertat oratio, quos beatos dicit Saluator, si verba Dei vt par est audiamus & custodiamus. Beati qui audiunt verbû Dei, & custodiunt illud. Nô qui audierunt & custodierunt, & deinde tanquam inermes in tentatione succumbentes se ipsos præcipitarunt. Memen tote vxoris Loth, admonet Saluator noster. Quo verbo docet omnes, non satis esse de Sodoma exire, nisi infracto animo, in perseverantia, mundo semel relicto, quis perfit

2. Tim. 2

star. Dicente beato Paulo. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Videris fanè quam sit nobis opus perseverantia, in huius seculi agone, vt fertum floridum celestis gloriæ venari possimus. Perseuerantia quidem talaris illa tunica est, quam Iacob

vir

in præsentatione Virginis.

46

vir sanctus filio suo renere dilecto fecit. Ad talos vsque virtus, quæ vestis animæ est, tunc peruenit, quando legem Dei nostri, quo ad vixerimus seruamus. Qua quidè talari veste, tum Saul rex, tum Salomon, tum denique pessimus Iudas vel maximè indigètes, periire. Quique initium bonum habentes, finem verò non ita. Huc pertinet Saluatoris nostri mira sententia. Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Ecce salutem nostram, iure optimo sitam esse in perseverantia, quippe quæ, quam sit eximia virtus, & donum mirabile, à solo Deo nobis impensum, absque merito nostro, veluti de prima gratia, Theologi asserunt, & disertè sanctus Augustinus ostendit, in libro de bō S. Aug. no perseverantiæ. Et sanctus doctor ingeli de per nuè probat. 22. q. 137. ar. 4. Hæc dixerim vt seue. instanter oremus charissimè, vt qui cepit in S. Tho. nobis bonum opus, ipse perficiat sua gratui 22. q. 137. ta dignatione, sine cuius iuuamine nihil facere possumus, iuxta illud. Sine me nihil potestis facere. Palmites nos sumus, ipse verò vitis: eam ob rem bonum agere nequimus, nec in bono, dono illo sublato, villo pacto perseverare. Caueamus ergo oportet, fidamus nobis ipsis, imò audientes verba eius, ea custodiamus, ne labamur infelicitè, in

solò

Mat. 24

solo Deo fidentes. Sapienter loquutus est qui dixit. In corde meo abscondi eloquia tua
 Hebr. 9 vt non peccem tibi. A rario cordis verba
 Figura. Dei seruari debent, idè in vna aurea præcepit Deus manna calicum seruari. Simus puro corde fratres, vt mellissuum manna seruemus, opere custodientes, quod Christus præcepit, nam si mandata eius seruemus, ipsa vicissim seruabunt nos. Verum à scopo veritatis non aberrauit ethnicus ille,
 Ethico. 2 immobilis sit homo in opere virtutis, requiritur ad omnem virtutem: ethico. 2. Ergo perseverantia in Christo Iesu quodammodo omnis virtus dicitur. Vere beatus est qui verbum Dei procliui corde audit, & opere illud exequitur, quoniam qui sermonem Christi seruauerit mortem non videbit in æternum. Vos iam charissimi energiam & efficaciam verbi Dei inspicite, & quam sit vobis proficuum conciones frequenter audire considerate, vbi audistis ex ore Christi verba hæc quauis annotatione digna. Mortem non videbit in æternum, quisquis sermonem meum, intra viscera sua locauerit, ac toto corde dilexerit.
 ¶ Caterum si tropologiam consideremus, mulier illa vocem extollens, synagogæ typum gessit, quæ carnis profapiam laudabat tantum

in præsentatione Virginis. 47
 tantum, ad eo vt diceret. Nos filij Abraham sumus, & nemini vnquã seruiuimus. Christus autem euangelium significat, quod maximè spiritalem profem laudibus sapenumero euexit. Hinc nos fideles matrem vocauit alibi. Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, soror & mater est. Animaduertendum, quod signanter ait, qui fecerit voluntatem, non qui sciuerit tantum, nam sciens voluntatem Domini & non faciens, plagis vapulabit multis. Concipimus Christum fide, in eum credendo, parimus operando: unde qui credunt duntaxat & nõ operantur, non matres eius efficiuntur. O quot sunt tã fragiles inter nos, qui cum fidẽ habeant, operibus tamen indigent, de quibus Esaias inquit. Venerunt filij vsque ad partum, & non erat illis virtus pariendi. Perinde ac si dicat, aliena restituere decreuerunt, mulierculam à diabolo sibi datam abijcere, malã ante actam vitam dimittere instituerunt, veruntamen operis tempore adueniente, vota sua implere, tanquam fragiles noluerunt. Quandoquidẽ, fidẽ quẽ per dilectionem operatur, illi nõ habent, sed quẽ mortua est, & ad salutem capeffendam habetur inualida. Felix & nimium felix, qui spiritalis

Matt. 12

Esa. 57

Declamatio tertia

ritalis mater Saluatoris efficitur, tum fide credendo, tum charitate diligendo, & mandata eius seruando. At contra miserum illum dixerim, qui etsi fidem veram habeat adimplere mandata illius renuit. Dicente Paulo. Fatentur se nosse Deum ij, factis autem negat. Et de euangelica lectioe hactenus.

a. Pars

¶ Extollens quaedam mulier de turba vocē dixit. Beatus venter qui te portauit & vbera quae suxisti. Nos fratres pro captu nostro mulierem hanc sanctam imitemur: & omni timore deposito, vocem eleuantes virginem Dei matrem collaudemus. Puella, ac tenera, annos tres pene nata, parentum lares reliquit gaudens, & templum Dei omnipotentis lubens adiit. Mira res gratia Dei plena, patris delicias abhorret, & matris suae Annae blanditias contemnit. Longe dulciores & amabiliore spirituales suauitates nobis esse ostendens, quam corporis in momentanea oblectamenta. Equidē quanto anima quae imagine Dei insignita extat, melior est corpore hoc luteo, tanto maior ac excellentior est resectio mentis quam carnis. Nonne dulcedine spiritali allectus precursus Domini puerulus, patrum suorum domum dereliquit, & ad cremum squalentē conuolauit, locustis & melle victitās, & cō-

Nota.

templa

in praesentatione Virginis.

48

templationi, in illa vasta solitudine diu. notuq; vacas? Spiritus enim meus super mel dulcis, ait Dominus, & haereditas mea super mel & fatum. Nempe vbera Dei tantopere à sponsa comendata meliora sunt viuo quamlibet praecellenti. Vtrumque testamentū, lex scilicet vetus & noua, quasi vbera Dei sunt, quae nos quotidie lactus sui puritate ac dulcedine alunt, & nos, velut modo geniti infantes concupiscimus, vt in eo crescamus in aetatem perfectam. Duo inquam vbera spōsi, Dei & proximi dilectiones sunt, longe meliora atque dulciora optimo vino. Paruula virgo adhuc in aetate tenera, lac niue candidius, & melle ipso suauius (spiritalē dulcedinem dico) affatim degustās, vbera matris suae oblita in domū Dei perrexit quanter. O vos infelices peccatores, o miserē a diabolo delusos, vsquequo paruuli diligitis infantiam, clamat contra vos sapiens? Vsquequo graui corde, diligitis mendacium & vanitatem sectamini? Vsquequo paruuli, quae parua sunt tantopere amantes, aeterna bona spernitis? Vsquequo mundi honores fallaces, diuitias perituras & inanes, carnis lenocinia, limo foetido viliora amplexamini? Ad domum Dei confugite poenitentiam quantotius agite,

Eccl. 24

Prou. 1

Nota.

cum

Declamatio tertia

Pfal. 14 cū Dauide dicentes. Domine ad te cōfugi,
 doce me facere voluntatem tuam, quoniā
 Deus meus es tu. Verba sunt veri pœnitentis,
 & veram pœnitentiā amplexantis. Vos
 fratres, corde & ore, ac opere, illa dicite. Cō-
 fugit Maria virgo hodie ad Dominum, ei
 sese sponte præsens, nos orthodoxos ad-
 monens mundum relinquere, nec dum no-
 xia spernere, sed quæ licita sunt, ob Dei a-
 morem vltro fugere: Omnia mihi licent
 aiebat, electionis vas admirabile, sed non
 oīa expediūt. Multa fratres mei licita sūt
 nobis, quæ tñ proximū nullatenus ædificāt.
 Quæ quidem vos obsecro fugiatis: ne for-
 te (vt assolet) offendiculum, quod agitis, pa-
 fiat infirmis. Hoc dico, si tamē gustatis quā
 suauis Dominus est. Cuius mellita dulce-
 do tanta est, vt degustanti mihi peccatori
 liceat dicere cū Propheta. Quam magna
 est multitudo dulcedinis tuæ Domine, quā
 abscondisti timentibus te. Verum, quanta
 est Dei magnitudo (quæ sanè immensa est)
 tam est magna eius dulcedo & suauitas, ijs
 qui candido corde eum amant. Attendite
 fratres, magnam & multimodam dulcedi-
 nem Dei appellauit Dauid: quæ oceanum
 mare suauitatis plenum iure vocatur, quia
 4. Reg. 2 multiplici dulcedine exundat. Enim verò,
 si sale

in præsentatione Virginis.

49

si sale in vase nouo posito Helisæus aquas
 4. Re. 2 Marath dulcorauit, si ligno quodam mis-
 so, Moses Marath aquam salam, dulcem
 effecit, quanto magis spiritus Dei, omni fa-
 uo suauior, paupertatem, infirmitatem, con-
 tumelias, carceres, etiam ipsam atrocem
 mortem, quæ omnium terribilium terribi-
 lissima est, teste Aristotele, dulcorare pote-
 rit? Videre est virgines teneras ob Christi a-
 morem, & cillius dulcedine velut inebriatę,
 vincula, flāantes sartagine, gladios eua-
 ginatos fortiter superare, quemadmodum
 de beata Tecla, Maxentia, Catherina, Vr-
 sula, alijsque compluribus martyribus, me-
 moriæ literis prodirum est.

¶ Angeli hodie ouantes, Mariam templum
 Dei ad euntes contemplantur, & admira-
 tione rapti clamant. Quā pulchri sunt gres-
 sus tui filia principis, in calceamentis? Ho-
 norant reginam cælorum quia filia est Da-
 uid, & ingenua genere, sicut in natiuitate
 eius fufius tractauimus. Laudant eius gres-
 sus cælorū ciues, quia nihil est pulchrius in
 quā domū Dei ire, & in ea orationi, & cō-
 templationi vacare. Veh illis qui ambulāt
 vias difficiles, per abrupta montium gra-
 dientes, honores temporarios, diuitias fal-
 laces, nec non carnis oblectamenta quæri-
 G tantes

Cant. 7

Declamatio tertia

Sapi. 5 tantes. Viam autem amenissimam Domini ignorantes, quippe qui, ut sapiens recenset, merito sese stultos appellant, gehennali bus flammis cruciati. Ascendamus fratres cum Maria virgine in ecclesiam Domini orare, nam domus Dei domus orationis est. Ascendamus inquam, non ut Phariseus ille infelix luore superbiae turgens, qui orando alios perperam iudicabat, sed instar publicani, qui iustificatus descendit, erubescamus, humi prostrati, pectora nostra tundentes, corde & ore clamemus. Deus propitius esto nobis peccatoribus. Calciamenta exempla patrum priscorum sunt, quibus calciata mater Dei hodie iter egit. Nos autem necoluber tortuosus, qui super pectus suum graditur terra vescens, ore suo vipereo mordeat, ijs calceamentis utamur oportet. In cuius typo Apostoli sandalijs calciati incedebant, velut meminit beatus Marcus. O beata virgo quam sunt pulchri gressus tui in regiam aulam perges, parentum domo relicta. Vehementer formosi sunt, ubi angeli magnopere eos audet laudare. Calciaui te hyacintho, ait sponsus caelestis, vestiu te discoloribus. Aethereo colore ahyacintho fulget, & tu tali desiderio aestuabas, dilectione Dei & proximi affecta. Haec est vestis illa nuptialis

in praesentatione Virginis.

50

lis pretiosa, qua qui caruerit, merito ligatis manibus & pedibus, in tenebras exteriores mittetur, summi regis instituto.

¶ Verum fratres mei, si olim arca foederis tanto applausu, tam ingenti laetitia, in oraculum templi fuit euecta & ibidem posita, quanto maiori gaudio virgo Maria, quam illa praesignabatur parentibus erat vehenda? Nempe David rex spiritu Dei afflatus ex electis Israel congregavit triginta millia, ut educeret arcam Dei, super quam inuocatum est nomen Domini. Rex vero accinctus ephod lineo, & omnis domus Israel, ducebant eam in iubilo in clangore buccinae: introducetesque arcam, posuerunt eam in medio tabernaculi. Ad eundem modum Deus optimus angelis concinentibus, dulce resonantibus melos, sponsam suam Mariam hodie in Hierusalem adducit, quo in loco suo ponatur, ubique alatur, multis sociata virginibus. O arcam benedictam, quam verus Noe filius Dei fabricavit, ut in te saluetur omnis caro. Tu auctor vitae nobis peperisti miseris, sine quo cathedrisimo peccatorum nostrorum proculdubio submersi fuissetem. Mirabile dictum fratres, subinde ut Maria ad templum devenit, quindecim gradus ascendit sola, nullo sulca suffragio. Quam in re, tum parietes, tum sacerdotes stupuerunt, erat quidem corpo-

2. Reg. 6.

Nota.

Declamatio tertia

Gene. 2 re putula, virtute aut & spūs robor grād. xua.
 Sanè hæc vocabitur virago, melius quam
 Eva, qm̄ de viro sumpta est. Quid ni, vir-
 go sancta festino gradu in templum se con-
 ferat, cum summi Dei gratia freta, Zabuli
 caput cōtriuerit, in sua conceptione imma-
 culata? Talia sunt virginis sanctæ trophæa,
 taliaque illustria facinora. Contremiscant
 iā improbi dæmones, & fugietes ingemiscāt:
 angelorū castra lætetur: & nos filij Adæ ve-
 hemēter gaudeamus: vbi Dei genitrix tem-
 plū dñi intrat, se hostiā sanctā & viuam of-
 ferēs Deo, pro cūctis mortalibus deprecās.
 ¶ Caterum, multi in tabernaculo Dei & in
 templo, multa obtulerunt, nihilō secius, ab
 orbe condito vsque ad hāc diem, nemo tā
 sacratius, tamque gratius Deo sacrificium
 1. Reg. 2 dedit, sicut Ioachim & Anna dederunt. Anna
 3. Reg. 3 mulier sancta Samuelem vnicum filiū,
 Dei obsequio mancipauit. Salomon innum-
 4. re. 20 eras hostias propemodum in templo im-
 Iudih. 15 molauit. Rex Ezechias pro incolumitate si-
 bi impensā, Iudih. de victoria mirabili par-
 ta, holocausta Dño impendentes, gratias e-
 gerunt Deo optimo. At parētes virginis in-
 clytæ, spontām filio Dei offerentes hodie,
 plusquā omnes exhibuerunt. Quid plura?
 Virgo alma sese tota deuotione, totisq; me-
 dullis

in præsentatione Virginis.

51

illis cordis creatori suo sacrauit, perpetuis
 Dei obsequijs penitus dicauit. Alij namq;
 sua Dño offerebant, virgo Maria, ne dū sua
 sed se illi præbuit. Quod vel maximè Deo
 placet & à nobis frequentissimè deposcit.
 Verū si oratiōi quis instet, si inopes eleemo-
 synis creberrimis subleuet, si iuedia & quo-
 tidiano ieiunio carnē suam mortificet, deo
 minime placere poterit, nisi fide & charita-
 te se ipsum ei pro sua vitili exhibeat. Idque
 sanctus Apostolus testatus est dicēs. Si de-
 dero omnē substantiā meā pauperibus, si tra-
 didero corpus meū ita vt ardeā, & charita-
 tē nō habuero, nihil mihi prodest. Ratio in
 propatulo est, nā per charitatē & fidē, atq;
 spem nos ipsos Deo offerimus, qui pluris fa-
 cit nos quā nostra. Nec Apostolus sic loquu-
 tus est, vt opera bona etiā in scelere existen-
 tes facere cōtēnamus, frugifera quidē sunt
 saltem ad réporalia bona vëdicanda, nihil
 tñ profunt ad vitā æternā capeffendam. Et
 quia quę æterna bona vera sunt & magna,
 salus, vita: hæc calamitosa, diuitiæ, honores,
 & alia id genus multa momēranea sunt: eā
 ob rem, tanquam nihilum appellari & exi-
 stimari debent, & hoc docet nunc Paulus.
 ¶ Ad hæc, quibus splendoribus omnīū vir-
 tutum, hæc stella præfulgens, inter omnes

Nota.

1. Cor. 13

Declamatio tertia

virgines in tēplo commorantes irradiabat, nunc fratres indagare incipiamus. Nēpe facta sancta Romana Ecclesia hoc mirifico noīe Mariam quotidie laudat. Aue inquit, maris stella, Dei mater alma. Imò vt fan-

S. Hier. ctus Hieronymus contestatur, Maria hebraicè, maris stella interpretatur, syriaca lingua, dña vocatur. Quandoquidē vt nau-
tæ maris discrimina, & pericula effugiant, assiduè in celū aspectantes stellā contēplan-
tur, alioquin ex tēplo illidētes naues frangū-
tur: ad eandē imaginē, inter mundi huius,

i. Ioan. 2. vndas, qui in maligno positus est, naufragā-
tes, nequaquā, Mariā stellā fulgentissimam
intueri cessemus. Quis obsecro, mundi
procellosi scopulos, & præcipitia enarrare
valeat? Periculis fluminū, periculis latronū,
2. Cor. ii. inquit Apostolus, quo nūquā nos tutos fo-
re cogitemus, sed vbique & semper, mille
periculis circunvallatos esse agnoscamus.

Qui nauigant mare, narrant pericula eius
Eccl. 33. clamat sapiens. Superest, ne labamur Ma-
riam contemplari, eamque toto pectore, &
feruentissimis precationibus inuocare, quo
in portum salutis, & stationem tutam nos
ducat. Vnde quam optimè beatus Bernar-

Super
missus
est. ho. 4. dus ait: super missus est. Homilia. 4. Ista
est præclara stella, super hoc mare magnū
& ipa-

in præsentatione Virginis.

52

& spatiosū necessario subleuata, micās me-
ritis, & illustrās exēplis. O quis intelligis in-
ter has pcellas fluctuare, ne auertas oculos
tuos à fulgore huius syderis, si nō vis procel-
lis obrui. Si vēti insurgūt tētationū si scopu-
los videris tribulationū Mariā respice, Ma-
riā inuoca. Si superbię vndis iactaris, si car-
nis stimulos sentieris, si ambitioīs iaculo cru-
ciaris, si tād em cuiusuis criminis telo turba-
ris, in mentem Maria veniat, & eam voca.
Ecce S. Bernardi aurea verba, de Maria sy-
dere athereo: quippe quę vt stella quæ car-
do dicitur in celo, eo quòd immobilis perfi-
stat, virgo Maria nunquam ad occasum
tetendit, semper manens absque peccato.
Eam ob rem vt fulgentissimum sydus su-
per nos emicat, nos custodiens & suis pre-
cibus tutans. Super speculam Domini ego
sum, stans iugiter per diem & noctem, ait
cum Esai. Itaque vt optimi pastoris Chri-
sti Iesu sunt verba illa, ego cognosco oues
meas. Ita eius mater pijsissima, nos oues
pascuæ eius agnoscit, diligit, & custodit,
non dormitans neque dormiens, cu-
stos vigilantissima super Israel populum
Christianum. O nos beatos si radiantem
hanc stellam ob oculos vbique habea-
mus, si in omni calamitate indefesse eam

Esai. 21

Declamatio tertia

imploremus, nimirum absorbi non poterimus, scyllæ aut Charybdis voragine, hoc est voluptatum pestilenti consensu, haud peribimus, alma Dei matre adiutrice.

Nota.

¶ Hoc sydus præclarum, astrum que fulgentissimum domum Domini ingreditur, ut iubare ipso clarius templum Dei illustret: cuius vibrantes radij sunt, fides vera, spes firma, charitas flammigera, fortitudo, temperantia, prudentia, iustitia. Mira res fatisque miranda, omnium charismatum dona, omnesque virtutes, hæc beata puella heroicè habuit, sanctorum omnium, ne dicam, & angelorum examina superans. Nec mirum, cum omnes serui sunt, illa verò mater Dei, quam præparavit Deus filio suo. Quæ admodum Salomon ait, omnia flumina intrant mare & mare non redundat, ita virtutes omnium sanctorum & angelorū virgo Maria continet, quæ mare oceanū est, Deum ipsum mundissimo suo vterō continens, non tamen redundat, non superbia turget, aut ambitione aliqua inflatur. Alioquin se ancillam Domini non vocaret, coram Gabriele, nec iter agens per montana Iudææ Elisabeth obsequium præstaret. Quid quod in cantico suo Spiritu sancto afflata cecinit, quia respexit humilitatem ancillæ suæ,

Humilitas Mariae.

Lucæ. I

in præsentatione virginis.

53

suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes? En quam sit supplex & omni humilitate exundans, mare hoc benedictum. Sed ut non nihil de vna quaque virtute vel delibare possimus, vos fratres nunc auscultate parumper. Primò virgo sacra fidem habuit, quæ ut Apostolo placet, substantia est sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Obseruandum maxime hic est, quod fides qualitas quædam est, vel habitus adhærens animæ. Vocat eam substantiam sanctus Paulus, quoniam aliarum virtutum basis, & fundamentum est. Substantia quidem accidentia cuncta hærent, ut philosophorum schola asserit. Ideo ab officio, fides substantia rectè dicitur. Rursus argumentum appellatur rerum non apparentium, quia fides ipsa sufficiens argumentum est, respuens omnem humanam rationem. Nec fides habet meritum, ait sanctus Gregorius, ubi humana ratio exhibet experimentum. Verum fides nostra non rationibus sed primæ veritati innititur, quare ei non potest subesse falsum. Habet alia litera non argumentum, sed conuictio, non apparentium: & quidem rectè, nam per auctoritatem diuinam intellectus credentis conuincitur ad assentiendum

Hebr. II

S. Th. 22.

q. 4. ar. 1

G 5

15,

Declamatio tertia

ijis, quæ non videt. Nempe si testimonium hominum accipimus quanto magis testimonium Dei, quod maius est accipere debemus? Est quidem omnis homo mendax
Rom. 3. suapte natura, Deus autem verax, imò æterna veritas. Est autem definitio fidei, ex verbis Pauli desumpta in forma. Fides est habitus mentis, qua inchoatur vita æterna in nobis. Sed hæc in. 3. sententiarum. d. 25. theologi differant. Hanc virtutem qua intellectus illuminatur, & magnum affert meritum, excellenter Maria habuit, & præ omnibus sanctis, ob fidem suam beata appellatur. Dicente Elifabeth. Beata quæ credidisti quoniam perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à domino. Ecce quam mirabilis fuit fides Mariæ, qua credidit verbis Gabrielis alumni Dei omnipotentis. Incunctanter tenuit neque dubitavit, se Deum parituram, absque suæ virginitatis detrimento. Mira res, Abraham credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Quid est quod credidit? Nempe ex semine suo Deum nasciturum: iuxta illud, in semine tuo benedicentur omnes gentes. At virgo sancta longè mirabilius credidit, ubi paranymphus cælestis oraculo assensum dedit. Ideo reputatum est

in præsentatione virginis.

44

est ei ad iustitiam longè excellentius quam Abraham. Vos fratres gratia saluati estis per fidem, donum Dei est, ut bene admonet Apostolus, cauere fides vestra mortua sit, quæ neminem saluare potest. Quin ad damnationis cumulum credentes ducit. Dæmones credunt & contremiscunt, quoniam indicia habet manifesta, ex quibus percipiunt doctrinam ecclesiæ à Deo esse, quamuis ipsi res quas ecclesia docet non videant. Puta Deum esse trinum & vnum, vel aliquid huiusmodi. Hęc. S. Tho. 22. quæst. 5. articul. 2. tremunt impij horrendum Dei iudicium, pauent tetrum barathrum oculis fidei contemplantes, non tamen antea vitam in bonam mutare volunt. Quos redarguens sanctus Iacobus
Iacob. 2. ait. Tu dicis credo, etiam dæmones credunt & contremiscunt. Fidem habete charissimi qualem sanctus Paulus nobis depingit, quippe quæ per dilectionem operatur. Fides namque sine operibus mortua est: quòd si mortua, vitam æternam nullatenus dare poterit. Mariæ fidem pro nostra virili imitemur, ne quod absit dæmoniorum fidem habentes cum dæmonijs flammis perpetuis cruciemur. Cæterum tam mirabilis fuit fides virginis, quòd

Eph. 2.

Iacob. 2.

Gala. 5.

Declamatio tertia

quod media inter visionem patriæ, & fidei nostræ dici potest. Ut angelicus doctor restatur de visione Moysi, & Pauli, in raptu illo. 4. d. 47. ar. 2. q. 7. Superauit insuper cognitionem Adæ, cui Deus misit soporem in paradiso arcana multa illi reuelas. Hinc tam firmiter in passione Christi Iesu stetit, nec inter tor ærumnas & probra filij sui dubitauit. Hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra, aiebat virgo sancta. Imò sancti per fidem vicerunt regna, operati sūt iustitiam, adepti sunt repromissiones: obtulerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, fortes facti sunt in bello: sicuti sanctus Paulus nobis recenset.

Heb. 12.

Apoc. 21
Figura.

¶ Quid nunc de spe Mariæ dicam, cum ciuitatis Ierusalem latera æqualia sint? Virgo sancta ciuitas illa est, de qua gloriosa dicta sunt, teste Dauide. Cuius virtutes heroicæ tam sunt mirabiles, vt non minus habeat spei, & charitatis, quam fidei: ideo Ioannes in Apocalypsi quam Deus ei reuelauit, ciuitatem cælestem ostendens, latera eius æqualia vidit. Huc pertinet quod olim Deus præcepit. Accipies timiam aequalis ponderis. Tantum de thure, quantum de statere, & de galuano assumebatur: quo inuolucro liquet

in præsentatione virginis.

55

liquet omnes virtutes Mariæ. æquè perfectas fuisse, quod nemini sanctorum contigit. Abraham fide, Moses mansuetudine, Iob patientia, Dauid sanctitate, fulserunt: ita vt quisque potissimè aliqua virtute insignitus (quâquam omnes habuit) in ea felicitus emicuit: virgini nostræ tamen nemo par esse quiuit. Si ergo fide omnes sanctos excelluit, spe quoque eos superauit. Quæ si magistro sententiarum credimus, nihil aliud est, quam expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia & operibus proueniens. Hæc virtus certitudinem magnam habet quam à fide sortitur, quæ est in vi cognoscitiua. S. Tho. 22. q. 18. art. 4. Vnde Apostolus indubitanter loquitur. Scio cui credidi & certus sum, quia potens est depositum meum seruare. Et iterum. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Ecce quomodo spes innititur auxilio Dei, & sanctis operibus, nam paulo ante dixerat: bonum certamen certavi, fidem seruavi. Pulchra ergo diffinitio spei data est, eò quod expectatio sit beatitudinis ex gratia & meritis consurgens. Ne posthac frustra quis speret felicitate frui, oscitans & dormiens, ac mandata Dei paruipendens. Hinc scriptum est. Spes impij

Nota.

3. d. 26.

2. Tim. 1.

impij

Declamatio tertia

impij quasi lanugo quæ à vento rapitur. At spes sancta quam iusti habet, ea est de qua Apostolus. Fortissimum solatium homi-

- Hebr. 6 nis, nos qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram animæ habemus, utam & firmam. Per pulchra & accommodatissima comparatio spei hæc est. Inter maris tumescentes undas, nauis anchora tranquillatur, ne hac & illac pertracta frágatur. Et sic cor nostrum in hac fragili vita virtute spei, pacem & quietem inuenit. Nec aliud attinet illud Salomonis, qui sperat in domino beatus est. Et in psalmo. Beatus vir qui sperat in eo. Quid multa? Spe salui facti sumus ait Apostolus. Disertè quidam poeta cecinit. Spes est quæ capit, spes est quæ pascit amantem. Verum quam sit magna virtus spes, indicat scelus horrendum desperationis, quo Cain, & Saul, nec non & Iudas miserè perierunt. Hac eximia virtute freta virgo Maria, cum Salomone clamare audeat. Ego mater dilectionis, timoris, & agnitionis & sanctæ spei. Videtis matrem modis omnibus venerandam, quæ tanquam pulchræ dilectionis Christi Iesu sanctam spem nobis attulit, vbi filiū Dei carne velatum nobis peperit. Vos charissimi si desperatio

nis

in præsentatione virginis.

86

nis cogitatio menti irrepperit aliquando, è vestigio ad matrem sanctæ spei confugientes clamare. Sub umbra alarum tuarum, o virgo benedicta protege nos, à facie impiorum qui nos affligerunt. Nihil magis interesse hominum puto, ait orator disertissimus, quam vt spes in homine, tam longa quam vita sit. Haudquaquam sperare per declam. aliquor annos sat est, nisi, vitam omnem 7. spes ipsa sequatur. O quam longanimis in spe Maria virgo fuit, o quam quotidie candido pectore cum propheta clamabat. Tu domine singulariter in spe constituisti me, & rursus. Spes mea ab vberibus matris meæ, tu es. Iisdem verbis cum ea fratres iugiter oremus gratias agentes Christo Iesu, qui regenerauit nos in spem viuam, incontaminatam, & immarcescibilem in cælis. Nihil fidendum est in terra vbi omnia labefactantur quotidie, abeant diuitiæ peritura, facessant honores inanes, carnis subdolæ delectamenta pereant, spes nostra Christus est, qui solus nos beare potest.

¶ Charitas quidem in virgine præcipuè fulsit, quæ maior & excellentior, fide, & spe est. Fides spes charitas horum triū, maior est charitas ait sanctus Paulus, quo tam i. Cor. 13
eximiam

Declamatio tertia

eximiam virtutem agnoscere, ut cumque
valeamus. Caritas profectò ut nuper te-
tigimus eximia virtus est. Non solum quia
fides euacuabitur & spes, quando venerit
quod perfectum est, & videntes Deum fa-
cie ad faciem, videbimus Deum sicuti
est, caritas verò nunquam excidit, imò in
beatitudine calica, eadem perficitur, nam
gloria ut theologi aiunt est gratia consum-
mata. Sed quoniã, ut pulchrè deducit san-
ctus Thomas: fides & spes attingunt Deum
secundum quod ex ipso provenit nobis, vel
cognitio veri, vel adeptio boni, caritas ve-
rò attingit Deum ut in ipso sistat, non ut ex
eo aliquid nobis proveniat. Semper illud
quod est per se, maius est, eo quod est per a-
liud: ideo caritas excellentior cõprobatur
fide & spe. Quod aut omnib⁹ virtutib⁹ mo-
ralib⁹ & intellectualib⁹ præcellentior sit ne-
mo adeo rudis est, qui ambigat. Morales
virtutes attingunt regulam rationis, cari-
tas & theologica virtutes attingunt regulã
primam, scilicet, ipsum Deum tâquam pe-
culiare obiectum. Unde Apostolus maxi-
me Christicolis eximiam charitatem com-
mendans ait. Super omnia charitatem ha-
bentes, quod est vinculum perfectionis.
A ppositissima quidem comparatio, vincu-
lum

S. Th. 22.
q. 23. art.
6.

Colo. 3.

in præsentatione Virginis.

57

lum perfectionis charitatem esse asseruit.
Eo quod caritas patiens est, benigna est, Chari-
non æmulatur, non agit perperam, non est tas.
ambitiosa & cætera. Vide nisi fallor omnes
virtutes, velut annulos quosdam charita-
ti adherentes: vel ut melius dicam, tanquã
ramos ab ea sicut à radice prodeuntes. Cæ-
terum quam perfectè Maria ut stella calica
hoc miro charitatis radio effulsetit, pa-
lam est, si sententiam saluatoris omni libra
ta ratione consideremus. Cui plus donatur,
plus diligit. Verum virgini sacræ plus cæte-
ris donatum est, ubi grãtia præveniente si-
ne labe peccati fuit concepta, quam Iere-
miæ, & Ioãni baptista, qui sanctificati fue-
re antequam nati, ergo plus dilexit magni-
ficentiam Dei largitoris quam alij sancti.
Quid dico sanctos omnes excellere, ange-
los ipsos in diligendo Deum superavit. O
virgo virginum mirabilis, o spõsa Dei igne
charitatis succensa, ore tuo benedicto no-
bis servulis tuis resera, quantum dilectio
Dei in te illuxit. Vulnerata caritate ait,
ego sum: perinde dicat: Deus optimas sic
me adamauit ut telum suæ charitatis cor-
di meo infixit; dilectione sua viscera
mea sauciata sunt, ita ut sagitta amoris sui
vulnerata, nihil præter illum diligam: ni-

Nota.

Cãtic.

S. Bern.

ser. 29.

sup. cãti.

H hil

hil quartam aliud : in eo duntaxat quiescam : cum propheta regali suspiria, & gemitus iactans clamitare non desinam.

Quid mihi est in cœlo & à te quid volui super terram ? Deus cordis mei, pars mea Deus in æternum. Et iterum : filia Ierusalem, si inueneritis dilectum annuntiate ei, quia amore langueo. Et rursus, dicebat : anima mea liquefacta est vt dilectus loquutus est. Ecce fratres mei quam feruenter virgo sancta Deum diligebat, quas delicias spirituales amando sentiebat, adhuc paruula in templo degens. Nimirum si saluator noster in hunc mundum

Catic. 3.

venit vt mittat ignem suæ charitatis in terram gelidam, vt fuit corda nostra, peccatorum pruina vsque adeo frigida, & nihil aliud vult nisi vt ardeat, quid de terra virginis puritate plena, qua maior sub Deo nequeat intelligi dicemus? Verum enim verò, vt ferrum missum, in fornace ardenti totum ignis efficitur, sic virgo immaculata charitate erat succensa, amore Dei liquefacta, & illius nimia dilectione vulnerata. Hinc diuus Hier.

Luce. 12.

venit vt mittat ignem suæ charitatis in terram gelidam, vt fuit corda nostra, peccatorum pruina vsque adeo frigida, & nihil aliud vult nisi vt ardeat, quid de terra virginis puritate plena, qua maior sub Deo nequeat intelligi dicemus? Verum enim verò, vt ferrum missum, in fornace ardenti totum ignis efficitur, sic virgo immaculata charitate erat succensa, amore Dei liquefacta, & illius nimia dilectione vulnerata. Hinc diuus Hier.

S. Hier. ronymus in sermone assumptionis ait. *Totam virginem diuinus amor incanduerat, ita vt nihil in ea esset nisi ardor continuus, & ebrietas*

& ebrietas perfusi amoris. Sicut ignis domum illuminat, visum delectat, membra calefacit, ligna inflammat, altissimas trabes in cinerem redigit & metalla liquefacit: sic ignis charitatis mentem Mariæ gloriosè illuminauit, latificauit, confortauit, inflammauit, & per sanctam humilitatem quasi in cinerem redegit, & in amorem altissimi totaliter liquefecit.

¶ Taceo de Mariæ fortitudine, de eius temperantia & prudentia atque iustitia sileo, de quibus virtutibus alias. Quam sanctè vixerit inter alias iuenculas in domo Dei vos fratres expendite. Vnum vos ignorare nolo charissimi, quod maxime nobis virginem inclytam commendabilem ac laudabilem reddit. Non tantum in templo in Deum credebat & eum amabat, sed adhuc in vtero matris omnibus virtutibus emicabat, dulciter Deum diligens. Sanctus Bernardus hoc fateretur in sermone. *S. Bern. ne. 2. feriæ hebdomadæ sanctæ. Virgo Maria dum erat in ventre matris, in maiori contemplationis statu fuit, quam vlla creatura fuit vnquam in ætate perfecta. Et licet in vtero dormiret, attamen somnus vsus liberi arbitrij in ea non sepeliuit, vnde dicere poterat. Ego dormio &*

cor meum vigilar. Nec mirum fratres hoc vobis sit, cum Ioannes in vtero gauisus est, Maria salutante Elisabeth. Vbi sanctus Ambrosius, & sanctus Thomas, firmiter tenent, Christum Iesum cognouisse, & adorasse, ergo de matre Dei asseramus oportet, quod de seruo non negamus:

S. Bern. potissime quia diuus Bernardus in epistola ad Lugdunenses, sic ait. Quod alijs, licet paucissimis, est concessum, Mariæ virgini denegandum non est. Quid, quod vt bene admonet Apostolus, Deus quem eligit ad aliquid, prius illum præparat, tum gratia tum priuilegijs. Qui elegit nos

2. Cor. 3. ministros idoneos noui testamenti. Verū si præcursorem sic præuenit in benedictionibus dulcedinis vt sextum mensem agens vsum haberet rationis, quid prohibet de virgine sacra id fateri ab initio suæ immaculatæ conceptionis? Quandoquidem ibi Deum cognouit, cū toto corde dilexit, virtutibus cunctis pollens.

Vita vir- Vita sacratissimæ virginis optimè or-
ginis ma- dinatam scribit beatus Hieronymus ad
riæ. Heliodorum. Beata Maria inquit, etiam in adolescentia sua quando in templo morabatur, cum alijs puellis suis coæuis vitam suam valde ordinatam ducebat. Nam
mane

mane vsque ad tertiam orationibus insistebat. A tertia verò vsq; ad nonā operi manuum intendebat. A nona autē adhuc orationē incipiebat, à qua non recedebat quò vsq; illi angelus appareret, de cuius manu escā accipere solebat. Et sic melius in amorem Dei proficiebat. Nemini mirabile videatur charissimi, si angelus virgini intactæ cibum quoridie ministrabat, cū Helix propheta quondam aues panem & carnem mane & vespere adducebant. Imo & Danieli in lacu leonum escam detulit, per manus Abacuch. Panem angelorum è celo delapsum Hebræi quadraginta annis manducauerunt, & Mariæ sacra dominus calorū cibum de manu angeli non præberet? Vacabat ergo Maria tam vitæ contemplatiuæ quam actiuæ, & manibus operando à contemplatione non quiescebat, dicens cum regali propheta. Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commouear. Et illud canticorum. Dilectus meus mihi & ego illi, inter ybera meæ commorabitur. O nos felices fratres, si tantæ virginis exemplum, pro modulo nostro sectaremur, semper & vbique Christum Iesum in corde nostro gestantes

Psal. 15.

Declamatio tertia.

Cant. 5. res, cum toto pectore amantes, & pro
 innumeris impensis beneficijs inexhaustas
 Leui. 6. gratias agentes. Siquidem in hac virgine
 Figura. impletum cernimus, quod multis retro se-
 culis dominus praeceperat. Ignis in altari
 meo semper ardebit. Altare sacrum Ma-
 ria fuit, ubi sacerdos & hostia mundissima
 Christus nouem mensibus iacuit: offerens
 semetipsum hostiam in odorem suauitatis
 Deo, vt apostolus ait: Altare inquam san-
 ctum Maria fuit in templo, non lapidibus
 extructum pretiosis, non margaritis, aut mi-
 cantibus gemmis, sed viuis ex lapidibus e-
 rectum, fide, spe, & charitate ornatum, a-
 lijs & gratiae donis decoratum. Ideo in al-
 tari hoc charitatis ignis, & rogius magnus
 semper arsit. Eas ob res opera pretium erit
 illam vocem aure cordis ascultare, qua do-
 minus vnumquemq; orthodoxu admonet:
 Inspice & fac, secundum exemplar quod
 Exo. 25. tibi in monte monstratum est. Paulisper
 vos obsecro, qua maxime possum fratres,
 hic pedem figamus, potissimum exemplar
 ob oculos nostros Deus pater posuit, mir-
 tens filium suu Christum Iesum in quem
 velut scopum Iusserit, tum cogitatus om-
 nes, tum verba, tum denique opera cuncta
 dirigere. Cuius caedida vita simulachrum,
 & ima

in praesentatione virginis.

60

& imago viuuda nobis vbique fit. Eam ob
 rem ipse dixit. Exemplum dedi vobis, vt
 quemadmodum ego feci vobis, ita & vos Io. 13.
 faciatis. Quod verbum non tantum ad a-
 blutionem pedum referamus oportet, sed
 ad omnia opera bona quae fecit. Vnde alibi
 dixit. Qui vult venire post me abneget se-
 metipsum, & tollat crucem sua, & sequa-
 tur me. Equidem vestigia Christi Iesu se-
 Nota. qui, illius paupertatem, patientiam, humi-
 litatem, & benignitatem, aliasque virtutes
 pro nostra virili, imitari est. Itaque scopus
 vitae nostrae Christus Iesus esse debet. Cui
 placuit aliud exemplar nobis dare, matre
 suam Mariam creando, omni virtute orna-
 tam, omniq; sanctitate conspicuam. Cuius
 immaculatam vitam coram habeamus, qua
 adeo perfecta est, & inclyta, vt longe me-
 lius qua diuus Paulus Maria dicere queat. 1. Cor. 4
 Imitatores mei esto te, sicut & ego Christi.
 Ecce exemplar precludu quod nobis christi
 colis Deus optimus in monte monstrauit,
 quod inspiciamus attentius, & imitemur fer-
 uentius. Ecce luminare minus in caelo situm
 post Christu Iesum, luminare maius. Huc
 maxime pertinere arbitror illud sancti Hie-
 ronymi, ad eustochiu & paula. Si placeat S. Hier.
 vobis charissimae, talis ac tanta virgo placeat ad pau-
 & lam.

Declamatio tertia

& opus virtutis eius, cuius vita omnium disciplina est, cuius mores instituta sunt ecclesiarum, quæ præcellit, & supereminet vniuersis. Tanta erat vitæ eius claritas, vt omnium vitam quodammodo obscuraret. Et idem. Sicut in comparatione Dei nemo bonus, ita in comparatione matris domini, nulla inuenitur perfecta creatura, quamuis virtutibus eximia comprobetur. Vnus est pater in cælis, vna est mater in terra, vna est forma virtutum Maria. Nec

Ambr. minoris ponderis sunt diui Ambrosij verba, libro de virginitate. Sit nobis inquit tanquam in imagine descripta virginitas Mariæ & eius vita, in qua velut in speculo refulget species charitatis & castitatis, atque forma virtutis. Hinc sumatis exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magisteria sunt expressa præbitatis. Quæ quid corrigere & quid fugere, quid tenere debeatis ostendunt. Hæc sanctus Ambrosius. Quis obsecro fratres cogitatione tenuis attingat, quam instanter, quamque feruenter orabar, vt Deus optimus moras rumperet, & in mundum veniret, post tot prophetarum oracula, & tot sanctorum patrum vaticinia?

¶ Cla

in præsentatione Virginis.

61

¶ Clamat Maria virgo in templo, & indefessè orabat ex sacrarum literarum pennu præcationes suas assumens. Cum regali Propheeta dicebat. Domine emitte manum tuam de alto, eripe mundum de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Homines à peccatis libera, & de manu dæmoniorum, quos in simulachris veneramur, potenter eripe. Iterum cum Esaia vociferans aiebat. Emitte agnū Dñe dñatorē terræ, de petra deserti ad montē filiæ Sion, vtinam diruim peres cælos & venires. Atqui cum sponsa clamabat. Veniat dilectus meus in hortū suum & comedat fructus pomorum suorum. Hisce orationibus flammigeris orabat, diu noctuque salutem mundi magno opere desiderans. Verū charissimi si oratio Mosi furorem Dei placauit, ne animaduerreret in populum, neque eum delerer, si idem orans manus suas eleuans A malech vincebatur, si Helia orante, bis ignis de cælo descendit, si denique præcatio Iosue, tam potens fuit, vt sol gradum sisteret donec de uictis hostibus victoria esset parta. Quid de efficacia mirabili orationis beatæ virginis dicemus? Nempe ipsa orante filius Dei venit ex alto, & quem tam ardenti affectu vates desiderabant, paulo post Spiritu san-

psal. 143

Esaï. 16

Canti. 5

Nota.

H 5 610-

Declamatio tertia.

cto operāte illa genuit, atque virgo permanens nobis peperit Salvatore. En quorsum hodie est in templo presentata, plane ut sum mum Deum exciter ne amplius obdormiat, imò surgat accipiens arma & scutum, humanitatis nostræ, & in adiutorium nostrum veniat quam primū triumphans principes mundi labentis, & euincens in carne sua, jobiens in patibulo sanctæ crucis.

Summa ¶ Vos iam charissimi cum illa muliere sancta vocem extollatis, in laudem facerrimæ virginis oportet. Quin & omnes toto pectore acclamantes dicamus. Beatus vëter qui te portavit & vbera quæ suxisti. Velut aceruus tritici est alius Mariæ candidissimis vallatus lilijs, virtutes mirabiles eam circundant, undè ipsa est quæ omnium charismatum dona suscepit. Quas ob res Mariam, ut stellam fulgentissimam inspiciamus, ne quod absit, in hoc vastissimo, ac perinde periculosissimo mari, pereamus. arca deifera est puella hæc, quæ in templo Domini presentatur eam sequamur, virtutes illius penitus contemplantes & imitantes. Altare sacrum est, in quo ignis charitatis semper exardet, ut frigida nostra pectora incalescant in Dei amorem, hoc benedictum altare adæamus. In quo nimirum sacerdos

Leui. 6

in festo Annuntiationis.

62

cerdos in æternum Christus Iesus, se ipsum patri obtulit, postquam sua dignatione carnem nostram induit. Accedamus inquam cum fiducia magna, ad thronū gratiæ Christi, ut misericordiam inueniamus in tempore opportuno. Quam præstare ipse Saluator nobis dignetur, suæ genitricis precatu, qui cum patre & Spiritu sancto viuunt & regnat, in secula seculorum, Amen.

¶ Finis declamationis tertiæ.

IN F E S T O A N N U N
T I A T I O N I S : D E
c l a m a t i o q u a r t a .

T H E M A .

¶ Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Luc. 1.



Acerimus vates Esa-
ias, quem beatus Hieronymus euangelistam appellat, eo quod potius videtur euangelia retexere, quam prophettare, is summi numinis ad-

Esa. 12

Declamatio quarta

nis admiranda opera videns, potissime in hominum salutem patrandam sic ait. Annuntiate in populis adinventiones eius, memé-
tote quoniam excelsum est nomen eius. Sa-
nè fratres dilectissimi si totius mundi ma-
chinam, & eius ordinem stupendum vel o-
biter & cursim contemplemur, omnia in
sapientiapatrata fore agnoscemus, dicente
Propheta regio. Domine omnia in sapien-
tia fecisti. Hoc est in filio, qui patris sapien-
tia & virtus est. Quid obsecro concentus
calorum, astrorum omnium pulchritudo,
elementorum cōcordia & vicissitudo, quā
creatoris sapientiam & eius potentiam bo-
nitatemque clamant? Subtilis quidem in-
uentio Dei optimi, orbis creatio est, Quip-
pe quæ Platonem, Aristotelem, omnesque
philosophos quamlibet sapientes vsque a-
deo pellexit & allecavit, vt stupefacti, ad-
mirantes omnipotentis virtutem, diuitias
honores, hominum consortia nihili penden-
tes, ad eum cōtularēt, quo pacarius calo-
rū cursus, & stellarū natiuā virtutem & in-
fluentiam, experiri possent. At inuentiones
Dei, quæ nedum homines alioqui sapien-
tes, sed angelos ipsos in admirationem rapiunt,
& salutis sunt, In quibus profectò, lucidius,
sum-

Psal. 103

Nota.

in festo incarnationis.

63

summi numinis, sapientia, potentia, & bo-
nitas immentia splendent. Eam ob rem E-
saïas ad concionatores verbi Dei se vertēs,
& apostrophem faciens ait. Annuntiate in
populis, adinventiones eius. Ac si dicat per
omnia mundi climata itinerantes, cunctis
populis narrate, molimina & studia Dei o-
ptimi, qui terribilis est in consilijs, super fi-
lios hominum. Prædicate qua largitate ho-
mo factus, in virginis aluo nouem quieuit
mensibus, & si in sinu patris ab aeterno fue-
rit. Natiuitatem eius, circumcisionem, ieiun-
ia, oracula, & doctrinam quam prædica-
uit, miracula quæ patrauit innumera, mor-
tem crucis stupendam, triumphalem resur-
rectionem, & ascensionem in cælum, vt ad
inventiones eius enarrate. Ad hæc memem-
tote, quoniam excelsum est nomen eius. E-
memoria vestra non excidat, quam sit po-
tens qui tot beneficia hominibus dedit, qui
ad hoc è cælo venit, vt diaboli opera, omnia
quæ machinamenta illius sua virtute de-
struat. Excelsum & magnū est nomen eius.
¶ Vos charissimi precor vt primo inuentio-
nes hæc, quas Lucas in lectione euangelij
narravit audiatis, vt deinde modo nostro
obseruato hæctenus, in secunda parte decla-
mationis thematis verba, Dño auxiliante
expli

Psal. 65

Esa. 12

Declamatio quarta

explicemus. Velim vos legere libellum quē de septem verbis Mariæ virginis edidimus, septem concionibus vulgari sermone digestum, quas habuimus in cœnobio nostro vallisoleti, vbi hoc euangelium ad amussim expositum est. Modo euangelica lectio sic habet.

Euange-
lium.

¶ Missus est angelus Gabriel à Deo, in ciuitatē Galilee, cui nomē Nazareth ad virginē desponsatā viro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen virginis Mariæ.

Sapi. 8

¶ Mentis vestræ oculos eleuate paululū dilectissimi, & inspicite, qualiter sapiētia Dei, attingens à fine vsque in finem disponat omnia suauiter. Inuentio diaboli versuti quōdam fuit, vt in serpentis imaginem transfiguratus, Euam alloqueretur in paradiso, suaderetque, contra Dei mandatum cibū sumere è ligno verito, quo degustato virum suum inuitaret, & ideo vniuersum genus humanum destrueret. Quod heu zabelus, inuidiæ liuore succensus effecit, verbis pessimis illius exhibente consensum tum Eua, tum etiam Adamo. Inuentio mirabilis sapientiæ Dei instituit, vt è cælo angelus veniens, almæ virgini Mariæ magnopere conetur suadere, vt assensum præbeat, voluntatiq; creatoris obtemperet, quippe qui eā elegit

in festo incar nationis.

64

elegit ab aeterno, & nunc præelegit in matrem, modo spontanee ipsa cōsentiat. Tres in paradiso fuere, qui olim iacturam maximam, & perniciem nostram moliti sunt, angelus improbus; Eua, & Adam. Tres in Nazareth nostræ salutis mysterium peragunt, angelus Gabriel, beata virgo Maria, & filius Dei, quem Adam cælestem iure optimo Apostolus vocat. Mira res. Demō imaginem serpentis, angelus Gabriel speciem hominis ex aere compactam, induerunt, Eua cum esset sancta, facta est peccatrix, Maria virgo mater est effecta, Adam in peccatorem mutatur, filius Dei efficitur homo, quatenus homo efficiatur Deus, dicente beato Augustino. Deus factus est homo, vt homo fieret Deus. O mirabile & inscrutabile commercium, quis audiuit vnquam tale? Maiestas Dei esse dimittit, vt nos vermiculos humi reptantes, deificet, ac super æthera exaltet, atque inter angelos collocet glorificatos.

Nota.

¶ Missus est angelus Gabriel à Deo. Eū dignitas magna huius paronymphi. Non ex inferiori hierarchia erat, vbi teste Dionysio, angeli & archangeli & potestates sunt, ex quib⁹ vt aiunt theologi frequēter mittuntur ad nos. Sed ex superiori hierarchia descendit vbi

Declamatio quarta

S. Ber.

vbi throni & cherubin, & seraphin collocātur inde aduenit, veluti sanctus Bernardus, homilia, 1. super missus est asserit: nempe mysterij tum dignitas, tum nouitas exigebat, vt ex superioribus, hoc est, seraphin nūciaret, quod ab orbe condito, non est auditum: quod nimirum palam facit Lucas dicens. Missus est, à Deo. Non ab aliquo superiori spiritu sed à Deo, quippe qui Gabrieli reuelauit arcanum hoc. Nec obstat, quod angelus appellatur. Nam vt sanctus Augustinus exponens illud, qui facit angelos suos spiritus, dicit. Angelus nomen officij est. quam ob rem, vt septuaginta transtulerunt, Saluator noster vocatus est angelus. Iuxta illud Esaia. c. Magni consilij angelus. Ergo angelus, hoc est, nuncius vel missus. Attendite fratres mei: si vnus ex seraphin volauit ad emundanda Esaia labia, sicuti ipse testatur, quibus purgatis calculo ignito de altari arrepto, rectè prophetaret. Quāto magis ratio ipsa deposcit, vt tam eximiū, tamque præclarū sacramentum, non alius sed seraphin nunciaret? Magnum opus ex nihilo mundum pulcherrimum, creare, maius quoddam fuit ex limo hominē condere, & eius animam ad imaginem & similitudinē suam immortalem etiam ex nihilo

Esa. 9

Esa. 6

in festo incarnationis.

65

hilo creare, sed maximum omnium, ipsum creatorem fieri hominem: Deum immansum, cui cælum & terra scabellum pedum eius, eundem induere limum, & virginalis vteri concludi ergastulo. Mitto nūc angelorum omnium nobilitatem, quos sāmā ignis vocat David. Taceo eorum sapiētiam, sanctitatem, fortitudinē & pulchritudinem. Sunt enim potentes virtute, ad faciendam voluntatem Domini: nos vero inguari, fragiles, qui domos luteas habitamus & terrenum habemus fundamentum, vt docet sanctus Iob. Vnde clamat & merito Iob. 4 clamat sapiēs, fragilitatis nostræ nos admonēs. Quid superbis terra & cinis? Angelus cum sit spiritus fortitudine magna præditus, sanctitate, ac pulchritudine conspicuus, a deo se humiliat vt nobis inseruiat, nos doceat, tueaturque, & tu homunculus superbia inflatus incedis? Nempe angelorum humilitatem Saluator subindicat dicens. Angeli eorum semper vidēt faciem patris mei qui in cælis est. Talis erat Gabriel felicissimus, videas faciem patris, ac perinde beatus, veruntamen Deo optimo iubente, è sublimi cælo descendēs, ad Nazareth venit, vbi inclyta virgo Maria morabatur. Nec abs re Gabriel vocatur, id est fortitudo

Psalm.

Eccl. 10

I Dei,

Declamatio quarta

Dei, venerat quippe nunciare aduentum eius, qui virtus Dei est, in salutem omni credenti. Quique ad eum fortis erat ut ad expugnandas aereas potestates, coercendas & de uincendas, solus sufficeret. Quin ipse Dominus fortis & potens, Dominus fortis & triumphator in praelio, iure à Propheta nominatur. Is planè est, qui carnis tyrannidem, satanae superbiam & assultus, mundi labentis ambitum, atque iactantiam suapte virtute dissipare venit. Eò acclamante, & suos tyrones roborante. Nolite timere, ego vici mundum. A deo venit nuncius hic, non Propheta, non Patriarcha egregius sed angelus, quoniam angelis est affinis & cognata, ac vehementer dilecta virginitas. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Ad hæc. De

Prou. 25

scendit à summo cælo: nam sapiens ait. Bonus nuntius de terra longinqua. Videte fratres, & omni solestia expendite, an nuntius è terra sit propinqua, an de longinquo. Quid quid caro misera sua det, cuius sapiëntia stultitia vera est, quicquid improbus de mō expolci t, quicquid deniq; mundus fallax, q̄ in maligno posit⁹ est exigit, totum vanum est, mortiferum, & horrendum inspiratio sancta, nuncius de terra longinqua, ideo velut angelum accipite ob audite, & intra cordis

arca-

in festo incarnationis.

66

arcana collocatè eam.

¶ Itaque, magnus est qui hanc legationem mittit, quia Deus, de quo in Psalmo. Magnus Dominus & laudabilis nimis, & sapiëntiæ eius non est finis. Magnus qui missus est, quoniam seraphim est ex superioribus spiritibus. Magna virgo egregia Maria ad quam visendam & alloquendam paranymphus cælicus mittitur. Magnum & mirificum nuncium quod Gabriel adfert, de quo illud omanter dicere possumus. Dies magni nunciij est, si tacuerimus, & celare voluerimus usque mane, sceleris arguemur. Verum si de victoria contra Assyrios, leprosi inuicem sic confabulabantur, nos orthodoxi, quando amor solus hodie sic de Deo triumphauit, ut homo factus pro hominibus pati incipiat, infantis fastidia in utero matris hilariter subeat, quanto maiori gaudio, ingentique tripudio dicere oportet. Dies magni nunciij est? Ideo tacere fas non erit, ne plagis vapulemur multis, sceleris que arguamur. Sed vos charissimi, altius considerate, quam sit hoc euangelium refertum mysterijs, quam scateat sacramentis, vbi hætenus, duotantum verba delibauimus, scilicet, missus est angelus Gabriel a Deo: verum tempus meliceret, si singula huius sacrae lectionis ve-

4.Re. 7

I 2 lim

Declamatio quarta

lim explicare. Ex multis vel pauca nitat referre.

Textus. ¶ At qui prouinciam Galileam vocat, id est transmigrationē, eo quod Saluator noster, vt peregrinus vitam hanc expleuit, ita vt vul peculæ caueas, volatilia nidulos suos habeat, filius autē hominis nusquā habuit vbi caput suum reclinaret. Verba eius sunt hec & ex ore illius benedicto Propheta. Natus est in diuersorio, cum Iob dicens. Nudus egressus sum de utero matris meæ. Nudus obiit in cruce pendens, quo cū viro illo sancto clamet, nudus reuertar illuc. Vos videte & solerter vos metipfos interrogate an Galilai sitis. Si peregrini instar iter agitis, Hebr. iij cum Apostolo dicentes. Non habemus ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus. Vh qui babylonem habitantes aiūt. Venite coronemus nos rosis antequā marcescant, non sit pratium quod non pertranseat luxuria nostra. Quia hanc est fors nostra, hanc est pars nostra. Caterum ciuitas illa felix Nazareth nominatur. Hoc est florida, vel flos. Apte quidem, quoniam nasciturum nuntiauit angelus, qui nazareus vocari debuit, vt Matthæus indicat, & alludit ad illud viri sapientissimi Nathanaelis. A Nazareth poterit aliquid boni esse.

Rursus

in festo incarnationis is.

67

Rufus in Nazareth florida, virgo Maria oriunda erat, de qua florem pulcherrimum Christū nasciturū vaticinatus est Esaias. Egredietur virga, ait, de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet. Virga sancta ex Iesse radice oborta, florem Christum Iesum protulit, virginitatis suæ flore seruato, quia Deum & hominem peperit. Ego ait flos ille, ego flos cāpi & lilium cōuallium. Cuius odor totum orbem reficit, cuius pulchritudo angelos ipsos delectat, cuius virtus animarum vulnera sanat, & in quem desiderant angeli prospicere, inquit sanctus Petrus. Mirabile dictū, ciuitas flos interpretatur, virgo ipsa flos dicitur, Christus flos ex ea nascitur, vt iam cū sponso dicamus Imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Imber frigida, lex verus carmonijs & sacrificijs onusta iam abiit, ver apparuit, lex amoris nunc, veniente Christo cœpit, floribus vernantibus abundans. Ideo columba surgat è terra, pennis fidei & charitatis volitet, caelos omnes penetrans.

¶ Ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph de domo David. Ad fortem mulierem cuius pretium de vltimis finibus est, fortis nuntius venit, vt fortem

Textus.

I 3 Chri-

Declamatio quarta

Ecclesia

Christum nuntiet, qui fortem armatum ab atriō suo deiciat. Ad virginem angelus mittitur tam magnifico operi destinata, non opibus, gloria, & nominis splendore, alijsque titulis, quos adorare mundus consuevit, sed puritate, humilitate, modestia, cæterisque dotibus insignita erat, quæ hominem in oculis Dei maximè commendant. Virgo quidem erat & desponsata, ostendens qualis sit sacrosancta ecclesia Romana cuius sponsus Christus Iesus, qualisque debeat esse anima quæ spiritualis mater Christi vocatur ab eo. Nempe fide integra, & charitate pura, alioqui non est conceptura Christum. Præterea desponsata erat Maria & virgo, quo verum esset illud. Nigra sum sed formosa filia Hierusalem. Nigra quodam modo quia desponsata, formosa quia simulet virgo. Quin omnia, poma noua & vetera ait seruaui sponso meo Christo, vtriusque legis benedictionem cōplectens, fecunditatis, & virginittatis. Mirares, hic nuptias commendat Deus, quia honorabile connubium & thorus immaculatus. Sed carnis integritatem prætulit dum ex virgine nasci dignatur, ideo centesimum fructum, in euangelio virginittati præstituit: de hac præclara virtute, quæ in carne præ-

in festo incarnationis.

68

ter carnem vitā ducere facit, quod potius angelicum quam humanum est, nonnulla attigimus in secunda declamatione, grandis restat nobis via adhuc, & vastā prouinciam perlustrare cœpimus. Eam ob rem vltas, materius pergamo. Sat sit ob oculos illud Christiana virtuti craculum habere, in celo nec nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli. En virginittatis stupenda dignitas, angelos nititur imitari, & angelici homines in terra degentes, virgines iure appellantur. Eodem pertinet illud. Beati qui se castrauerunt propter regnum cælorum. Ecce beatos vocat Dñs, eos qui carnis oblectamenta, ob Dei amorem spernunt. Par erat vt de virgine Deus homo factus nasceretur, vt virginittas amabilis esset cunctis, etiam ijs qui in Domino nubunt. Sed cui desponsata erat alma virgo, nunc solerter inquiramus. Nempe humilis Maria humili viro, quem non factus, non seculi ambitio, non mundi iactantia gloriosum efficiebat. Sed vir erat simplex & sanctus, pauper, arte faber, omni tamen virtute præditus. Vir & vt pie creditur, ab utero matris sanctificatus Genus ducens ex regali stirpe David, quem admodum angelus ei loquens dixit, Ioseph fili David noli timere accipere Mariā coniugē tuā, quod

Declamatio quarta

in ea natum est, de Spiritu sancto est. Fa-
bro Ioseph traditur virgo sancta, quippe
quæ ex eadem tribu Iuda, & familia regis
David erat, ne temerata virginitatis adire-
retur infamia, cui alius corruptelæ vide-
retur insigne præferre, sicut sanctus testatur
S, ambr Ambrosius. Mira res, & vehementer mirā-
da, maluit Dominus de suo hortu, quā de
marris pudore dubitari. Sciebat autem te-
neram esse verecundiam virginis & lubri-
cam famam pudoris. Atqui decebat, vt si-
cut quondam Ioseph qui sponsam Domi-
ni sui seruauit mundam, & ne fame inuale-
scente vniuersum regnum Ægypti periret,
seruato critico, quod prudens Ioseph pro-
uidit. Sic noster Ioseph grassante tyranni-
de Herodis, & tot millia infantium occi-
dente, fugeret cum Maria & puero Iesu in
Ægyptum, vbi seruatus est nobis panis vi-
uus Iesus, qui de celo descendit. Quique in
sacro altari quotidie vniuersam satiat ec-
clesiam, ne forte spiritali inedia, animæ
fidelium deficiant, dilabanturque in va-
ria piacula. Ecce vir fidelis & prudens quæ
cōstituit Dominus super familiam suā. Vri-
que pater celestis, neminē inuenit in toto or-
be terrarū Ioseph iusto similē. Ob eā rē al-
teri non cōmisit familiā hāc magnā regēdā
& cu-

in festo incarnationis.

69

& custodiēdam, nisi illi. O dignitatem ma-
ximam, o functionem regnis & sceptris præ-
ferendam, sponsum esse matris Dei & filij
altissimi nutritium, patrem que ab omni-
bus appellari Christi Iesu, cui in cælo ab æ-
terno tantummodo est pater, & in terra
virgo Maria duntaxat mater. Qui fufius
videre cupit plura de sancto hoc. Legat san S. Bern.
ctum Bernardum. ho. 2. super missus est.

¶ Et nomen virginis Maria. Rursus euan- Text.
gelista spiritu Dei afflatus Mariæ virginita-
tis meminit. Vt dum iterum integritatem
illius audimus, bifariam castimoniam illius
contemplemur, tum corporis, tum etiam
mentis. Parui refert si quis corpore sit ran-
tum integer, si mentem habeat corruptam
superbia, inuidia, aut quouis alio delicto.
Huc pertinet illud Pauli nos omnes adhor-
tantis. Timeo ne sicut serpens seduxit Euā 2. Cor. 11
astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri,
& excidant, à simplicitate, quæ est in Chri-
sto Iesu. Videris ni fallor charissimi, quam
sit timenda mētis corruptio quam satanas
ingerere molitur, nullumque non mouet
lapidē, vt à simplicitate, & charitate Chri-
sti Iesu excidamus. Idque vt facilius sua-
dere valeat Eue præuaricantis adduxit exē-
plum, quæ nimirum serpentis fallaci pro-

Declamatio quæ arta

missioni credens infeliciter lapsa est. Sunt
 quamplurima in veteri lege inuolucra, quæ
 virginitatem Mariæ præfigebant, ut est il-
 Exod. 3. lud Exodi, de rubo ardenti non autem cõ-
 Nu. 17. busto, de virga Aarion non humectata, quæ
 floruit Dei virtute, sic virgo Maria spiritu
 sancto adueniente concepit & peperit fi-
 lium Dei. Vnde virgo regia ait, flores mei,
 fructus honoris & honestatis. Eodem per-
 tinet quod nuperrime ex propheta Esaiã
 Esai. II. attulimus. Egredietur virga de radice Ies-
 se, & flos de radice eius ascendet. Nec abs-
 re, maria, Dei genitrix vocata est. Maria
 Hebraicè stella maris nuncupatur. Nam
 sicut stella sine sui corruptione mittit ra-
 diũ, sic absq; suæ puritatis læsione peperit fi-
 lium suum Christum. Ipsa stella illa Iacob
 prophetata per Balam est cuius radius vni-
 uersum orbem illuminat, præfulget in su-
 pernis, inferos penetrat, terras perlustrans,
 & calefaciens magis mentes quam corpo-
 ra. Fulgor eius virtutes omnes fouet, dissipa-
 pat & excoquit vitia. Quid plura? Syriacè,
 Maria domina interpretatur, domina
 angelorum est, & regina calorum. Quid
 ni, virgo sancta angelis & hominibus do-
 minetur, quum de creatore omnium Lu-
 cas asserat. Descendit Iesus cum Maria &
 Ioseph,

in festo incarnationis.

70

Ioseph, Nazareth, & erat subditus illis stu-
 pet mens, pauet & obmutescit omnis lin-
 gua. O virgo sanctissima domina, angelo-
 rum, regem regum & dominum dominã-
 tium Christum sub tuo imperio fuisse legi-
 mus. O mirabilem virtutẽ o humilitatem
 præcellentem, cui lubens orbis dominator psal. 144
 se subdit. Voluntatem timentium faciet
 ait David. Quasi dicat. Deus optimus ut
 est munificus & pius, eorum voluntati pa-
 ret, qui procliuu genu ei inferuiunt. O Ma-
 Gen. 32. ria. O domina si contra Deum fortis fuisti,
 quanto magis contra homines præualebis?
 Enim verò ut quam pulchre. S. Tho. 3. p. q.
 37. art. 2. adnotat, nomina debent proprie-
 ratibus rerum correspondere, alioquin pro-
 pria nomina non essent. Cum ergo hoc mi-
 rabile nomen Maria impositum sit à Deo,
 quem admodum diuus Hieronymus super
 Matthæum contestatur, & sanctus Am-
 brosius sermone de natiuitate virginis, so-
 le clarius apparet plenum esse mysterijs. E-
 go agnouit te ex nomine dixit Deus ad Mo-
 sem, quanto magis matris suæ dicit, ego ag-
 nouit te ab æterno ex nomine? Verum il-
 lud Malachie alma Dei genitricis dicere po-
 terit. A solis ortu, vsque ad occasum, ma-
 gnum est nomen meum in gentibus & in
 omni

Declamatio quarta

omni loco. Nos ergo dicamus: O Maria, maris stella fulgentissima, domina mundi, P^{fal.} 47 sicut nomē tuum ita & laus tua in fines terrę. Vbiq̄ue terrarum te admirabilem Dei genitricem orthodoxi profitentur, te aduocatam & adiutricem iure vocant.

Text. ¶ Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Gradiens angelus in virginis aulam intrauit: vnde humanam effigiē habere qua posset videri & audiri, nemo est qui ambigat. Imo magno gaudio Gabriel afficitur, videns se quodam modo similem regi suo, qui statim in vtero virginis homo factus propter homines suo tempore erat nasciturus. Quantum ergo nos letari oportet fratres, quotiēs oraculum illud legimus, audimus. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: æreum corpus angelus gestans iubilat, hominum salutem nuncians, iubilemus & nos, quoniam filius Dei tantū nos facere dignatus est, vt qui nusquā angelos apprehendit, semen Abrahę apprehenderit. Quo splendore irradiās, qua veste coruscans intraret Lucas tacuit. nos vero sanctum Augustinū optime hoc depingentem audiamus. Venit ad me ait Maria, magnus quidam Christi paranymp^{phus}

S. Aug.
ser. an-
nūtia. i.

in festo incarnationis.

71

phus Gabriel angelus, facie coruscans, veste rutilās, ingressu mirabilis, colloquio affabilis, & salutauit me dicens: aue gratia plena. Notat Origenes, nullam ante hac similem salutationem ab angelo factam fuisse cuiquam: noua & inaudita à seculis hæc salutatio fuit. Vos attēdite almę virginis modestiam. In cubiculo suo clauso ostio orabat patrem, non in platea aut in caterua hominum. Vtinam, Dina Iacob filia nunquā domo egressa, mulieres Sichem ciuitatis intreri voluisset. Verum nec ipsa stuprum esset passa, neque rex & princeps filius eius obijssent, & vniuersa ciuitas perijssent. Piaculum magnum, ingenis præcipitium est puellarum diuagatio, in qua rete suum expandit diabolus animarum cruentus venator. Ceterum angelus ingreditur ad virginem, in abscondito orantem, nam peculia re est angelis astare orantibus, delectari in ijs quos vident puras manus leuare in oratione, holocaustum hoc gratissimum offerentes Deo, velut Raphaël Thobie enarrauit. Clauso ostio, vt ait sanctus Bernardus intrauit, eo quod spiritibus nec ostia parietesq̄e obstare possunt, in abditiis suis erat virgo prudentissima clausa hominibus, angelis vero non ita. Felices qui eam imitantes

Origenes.

aiunt:

Declamatio quarta

Pfal. 54 aiunt: ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine: expectabam eum qui saluum me fecit, à pusillanimitate spiritus & tēpestate. Et quoniam res hæc supra vires nostras est, orantes cum spōsa nullatenus deficiamus, vnusquisque pro virili sua clamans. Trahe me post te, & curremus in odorem vnguentorum tuorum. Equidem tam sumus fragiles ac infirmi, vt nisi virtus Dei Christus, nos trahat, hominum consortia, & mundi turbam spernere minimè valeamus. Sed angelo iā intrante quid ait audiamus, quo auditio plus miremur.

Text. ¶ Aue gratia plena dominus tecum inquit. Notandum quod græce, chere, gaudiū seu salutē significat, venit à verbo: cherin, quod apud græcos idem est, quod gaudere, saluare, valere. Parui ergo refert an dicamus, aue, an gaude, an salue. Huic dominus post resurrectionem sanctis mulieribus dixit. A

Nota. vete, gaudium & salutem illis optans, denū tiansque. Vulgata quidē saluatio inter Hebræos erat. Salō lach hoc est, pax tecū. Itaq; Gabriel insolitū arcanū annuntians, insolita ac noua vtitur salutatione. Congruētissimè quidē prudētissimè virgini Mariæ primo, aue dicitur, quod nulli hæctenus cōtingit, nam in ea salutis nostræ mysteria cæpta sunt,

in festo incarnationis.

71

sunt, dum illū cōcipit qui solus tristitia, Eue, lamenta euertens, in gaudia magna immutauit. Verūm Christo nato, angelus pastibus dixerit Annūtio vobis gaudiū magnū, Lucæ. 2. quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator. Quin & ipse dominus, vt Esaias vaticinatus fuerat, prædicans explicauit se venisse, vt cōsolaretur oēs lugentes in Siō, & daret eis coronā pro cinere, oleum gaudij pro luctu. Quæ omnia saluatore aduentare impleta agnouimus. Huic salutationi apprimè congruit, quod sequitur: gratia plena. Blādientis affectu angelus loquitur subindicās nobis, quā grata, quaque valde dilecta sit virgo Maria à Deo. Bene plena ait sanctus Hieronymus, quoniam ceteris virginibus præstatur gratia per partes, Mariæ vero tota se infudit plenitudo Prou. 5. gratiæ. Proculdubio, hæc est de qua Salomon cecinit. Multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias, tu verò supergressa es vniuersas. Fas erat, vt quæ tam præcellentem dignitatem erat acceptura, animas omnium sanctorum, esset sanctitate, & plenitudine gratiæ transgressa. Verum de Apostolis legimus: repleti sunt omnes spiritu sancto: de Ioanne baptista non absimile angelus recensuit. Replebitur Luce. 1. spiritu

Esai. 61

Prou. 5.

Actuū. 1

Declamatio quarta

spiritu sancto adhuc ex utero matris suæ.
 Itidem de Stephano viro sancto, Lucas
 hoc ipsum testatur. Sed excellentius de vir-
 gine dictum est: aue gratia plena, in qua so-
 la habitabit plenitudo diuinitatis corpora-
 liter. Hoc Deus homo factus dubio procul
 ex ipsa nat^o est Christus Iesus, de cuius ple-
 nitudine omnes accepimus gratiã pro gra-
 tia. Eam ob rem gratia erat plena: aue gra-
 tia plena. Perinde ac si dicat: facta es pla-
 cens Deo & ei satis accepta, gratiosa ex do-
 no gratiæ eius effecta. Mira res, omnibus e-
 rat Maria gratiosa ex amplitudine dono-
 rum, sed maxime, creatori suo, qui eam ab
 æterno elegit in matrem. Sequitur domi-
 nus tecum. Vbi sacer doctor strenuus Au-
 gustinus. Dominus tecum sed plusquam
 tecum in mente, tecum in ventre,
 tecum in auxilio. Est Dei magnitudo tam
 mirabilis vt cælum & terram impleat velut
 tu ipse deseloquitur. Itaque per essentiam,
 potentiam & presentiam, vbique sit: verũ-
 tamen in iustus altiori modo est, non solum
 per cognitionem vt in malis, sed per amo-
 rem quod nobilius ac vtilius est. Huc atti-
 net illud Ioannis. Si quis diligit me sermo-
 nem meum seruabit, & ad eũ veniemus,
 & mansionem apud eum faciemus. Et iterũ

Apo

in festo incarnationis.

73

Apostolus. Tẽplum Dei sanctum est quod
 estis vos. Erat quidem Deus in Mariæ mẽ-
 te antequam esset in illius purissimo vẽtre
 homo factus. Vel si malimus verba hæc
 deprecatoria sunt. Dominus sit tecum, ex
 te humanitatem sumens: ita vt sis vera &
 vnica mater in terra, cuius solus pater est
 in cælo. Videtis iam seruum Abraham egre-
 dientem, & orni solertia querentem spon-
 sam filio domini sui: quippe qui, vt venit ad
 fontem & Rebecam speciosam vidit, cla-
 mauit: hæc est mulier quam præparauit do-
 minus filio domini mei. Illa aquam dedit
 nuntio, & camelis promisit etiam dare. Et
 ad eũdem modum Maria angelo dedit bi-
 bere, quãdo se non cognoscere virum asse-
 ruit: nã angelis vel maxime grata, & cogna-
 ta est virginitas. Deinde nobis peccatori-
 bus propinauit, vbi dixit: ecce ancilla domi-
 ni, fiat mihi secundum verbũ tuum. Vel an-
 gelis & hominibus simul aquã dedit, quã-
 do verba hæc ore suo protulit. Eo quod an-
 gelorum ruinas Christũ cõcipiendo, & ho-
 mines peccato Adã perditos reparauit. Vt
 ergo quãtis Deus donis virginẽ ornauit ac
 præparauit, agnoscamus, Gabriel multipli-
 ci titulo insignitam, hac sua salutatione o-
 stendit.

Gene. 25

K.

¶ Bene

Vide. S.
 Th. 3. p.
 q. 27. ar.
 1.

S. Aug.
 ser. d. na
 ti. virgi.

S. Tho.
 1. p. q. 8.

Declamatio quarta

Text. ¶ Benedicta tu in mulieribus. Quod est dictu: benedicta præ cunctis mulieribus, vel in te benedicentur omnes mulieres. Vnde Bernardus. ho. 3. sup missus est: benedicta tu in mulieribus, quæ illā generalē maledictionē euasisti, qua dictū est: in tristitia paries filios tuos. Et in lege iterū sancitū fuit maledicta sterilis in Israel. Cōsecuta es benedictionem, vt nec sterilis maneas, nec cū dolore parias. Idque lucidius virgo sancta explicans dixit in suo cātico. Ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Dicamus igitur nos charissimi cū ciuibus ciuitatis Bethulię. Benedicta tu filia à dño, quia viriliter egisti, & manus dñi confortauit te. Nec à laude matris Dei quiescamus vnquam, quando angeli de cælo veniunt, eam encomijs laudare, eiusque dona magna narrare.

Iudi. 13.

Text. ¶ Quæ cū audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista saluatio. Græcè habetur, cū vidisset: & alludit ad illud, quod ecclesia canit: virgo expauescit de lumine, hoc est de fulgore nimio ágeli: cuius facies super Christi sepulchrū sedentis, vt fulgur erat, & vestimenta illius sicut nix. Turbatur ergo virgo sancta ex vtroq; ex visione mirabili Gabrielis, & ex saluatione

in festo incarnationis.

74

tionē: sed plus paet ex secundo, quā ex primo. Quas ob res Lucas nihil de visione loquitur, sed de insolita ac noua saluatione. Ferebat præ se aliquid amatorium, ac perinde valde expauescēdum: vtinam Eua superba affatus serpentis timeret, fugeretq; ad maritum suum, ne virulento veneno se & filios suos enecaret. Non angelum è cælo vidit, sed versutum serpentem, aspectu terribilem, voce horrifona vlulantem. At Maria longe cautior, ac prudentior, angelicum aspectum, tū etiā verba veretur. Illa sibens miscuit sermonem cū serpēte: nec cogitauit quam fraudulenta esset illa interrogatio, quā sanè (vt ego existimo) præcessit longa & inanis saluatio. Maria autē, miscuit simplicitatem columbæ, cum serpētis prudentia: nam si turbatur, quod fœminæ sanctæ peculiare est, sed nō eatenus vt non valeat indagare altius intra se saluationis angelicæ qualitatem. O mirabilem humilitatem Mariæ, quæ laudata turbatur: o prudentiam stupendam illius quæ etiam turbata, non turbatur omnino: quin prudentissimè, tacita omni librata ratione, singula verba expendebat, rimabaturque. Turbatus sum ait propheta, & Psal. 76 non sum locutus. Turbatio intellectum

Nota.

Declamatio quarta

offudit & hebetat, a deo vt ratione nequeat reddere quis etiã interrogatus dñi conturbatur. Atqui Mariã cogitabat qualis esset illa salutatio, quam insolita, quam venusta, quãq; mysterijs referta. Hinc pulchrè Ambrosius ait: dilce à virgine gloriosa verecundia, quia pauebat. Trepidare virginum est & ad omnes ingressus viri timere, omnes viri affarus vereri. Ecce documentum satis vtile fratres, vos illud pectori vestro figite. Adhuc non statim paret, leuitatè Euætans: nec exemplo dubitauit, Zachariã dubitationem effugiens: sed sapienter cogitans cuncta rimabatur, intra cordis sui intima omnia pensitans.

Text. ¶ Ait angelus ei: ne timeas Maria inuenisti gratiã apud Deũ. Ecce opus habebat Maria virgo nuntio angelico, qui eã de incarnatione filij Dei instrueret in ipsa cõplẽda, & vt ab ea consensum expeteret, quo lubes Deum generaret. Quod fufius explicat. S.

S. Tho. Tho. 3. p. q. 30. ar. 1. functionem suã ergo obiens, & vidẽs eã aliquãtis per pavidã, ait: ne timeas Maria. Consolãdi hic modus, in sacris literis vfitatissimus est, rũ apud Esaiam. c. 10. & 41. tũ etiam apud Zachariã. c. 8. Nulla subest causa timoris, sed gaudij & lætitiẽ in hac salutatiõẽ, ideo ne timeas.

Vnde

in festo incarnationis.

Vnde Chrysoftomus. Qui apud Deũ meretur gratiam, non habet quod timeat. Verum pleriq; gratiã inuenerunt ante Mariã, Moyses, & Abrahã, attamen virgo sc̃ta sic gratiosa valde & dilecta fuit à dño, vt in matrem illã assumeret. Cõpellat eam proprio nomine, quasi blãdo sermone cor eius demulcens. Ne timeas Maria, agnita es ab angelis in celo, quãuis hominibus abscondita: agnoui te ex nomine o virgo egregia. Timeant oportet qui perperã agunt, qui summi Dei mandata contemnunt, quique more pecudũ vitam suã ducunt, & ore improbo dicunt. Nõ pertrãseat nos flos tẽporis: cor

S. Chry.

Sapic. 2.

Nota.

K 3 quod

Declamatio quarta

quod nemo ante hac inuenit: inuenisti quod
querebas, & ardentissimis votis desidera-
bas: Dei & hominum pacem: mortis de-
structionem: & vite reparationem. Hęc in-
quã est gratia præcellētissima quã tu sola in-
uenisti. Hęc. S. Bern. ho. 3. super missus est.

Text.

¶ Ecce concipies in utero & paries filiũ, &
vocabis nomẽ eius Iesum. Quod si clarius,
o Maria vis agnoscere admirabilem gratiã
quã nacta es apud Deum: oculos metis ele-
ua, & contemplare quod in utero concipies fi-
lium Dei, quem iam diu fide & amore, me-
te conceperas. Non fortuito eũ reperies, ut
nugatur impij Sabelliani, sed vera mater
eris. Concipies in quã sine semine, ut virga
Aarõ floruit mirabiliter sine humectatio-
ne, ita ut folia proferret & fructum: ita tu
sine libidine. Ut ignis in rubo nihil illũ lesit,
sic paries absque dolore. Vbi vaticiniũ Esaię
adimplebitur: ante quã parturiret peperit:
Vocabis nomen eius Iesum. Iesum hebrai-
cè, salus aut saluator interpretatur. Voca-
bis ergo nomẽ eius Iesum, nam ipse saluũ
faciet populũ suũ, à peccatis eorũ. Vbi Bern-
nardus. Duos Iesum lego typo huius quẽ nũc
in manibus habemus, qui populo Dei præ-
fuerunt: alter populũ in terrã promissã du-
xit, alter verò è Babylone eduxit: ille ab ho-
stibus

Ho. 3. su-
p missus
est.

Esa. 66

in festo incarnationis.

76

stibus populũ defendebant, sed nunquid à
peccatis saluabatur? Absit. Noster Iesus à pec-
catis populũ suũ liberat, & in terrã cælestis
glorię deducit. O nos felices fratres, si popu-
lus Christi Iesu sumus: si fide & charitate
talẽ ducẽ sectamur. Beatus populus cuius
dñs Iesus est. Vñ tamẽ illis de quibus ipse
hodie ait. Populus hic labijs me honorat,
cor autẽ eorũ longè à me. Et iterũ: quid voca-
tis me dñe dñe: & nõ facitis quẽ dico? Vos
charissimi apud corda vestra expẽdite, an
desideriũ sanctũ quod semel concepistis in
lucẽ edideritis. O quot sunt homines tam pu-
filli, ut ope nõ pariãt, quod corde deo inspi-
rãte cõceperunt. Venerunt filij vsque ad partũ,
& non erat virtus pariẽdi. Esaiã hoc pro-
phetavit vidẽs tot peccatores abortire. Fi-
de quidẽ cõcipiunt recta desideria, in opere
deficiunt: & ut altera Rachel parturiendo
moriuntur. At cõtra virgo Maria cõcepit &
peperit filiũ. Iã mihi obseruate, quã sumus
debitores Marię, quã nõ sibi tantũ concept
Iesum, sed nobis de suo corpore dat corpũ,
& de suo sanguine dat sanguinem, qui pro
nobis effundatur in cruce. Ne ingritudi-
nis arguamur, tantĩ beneficij semper memo-
res sumus obsecro: quem tamen futurus sit,
manifestius aperit, magnum eum vocans.

Esa. 30.
Luce. 6.

Esa. 37.

K 4

¶ Hic

Declamatio quarta

¶ Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur. Magnum dicit Christum Iesum ob magnitudinem imperij, nam quod deitatis erat, huic soli collatum est: data est mihi omnis potestas ait, in celo & in terra. Et rursus, omnia que habet pater mea sunt. An non magnus, cuius magnitudinis non est finis? Neq; rapinam arbitratus esse se æqualem Deo. Rapinam arbitratus est Lucifer, qui ex nihilo factus se æquare Deo conabatur. Ad am perperam excogitavit, serpentis vestigia sequens. Filius altissimi altissimus est, Deus verus & patri cœqualis, & ob id magnus, quoniam filius altissimi patris vocabitur, & est. Verum quia vna fuit hypostasis, filius altissimi & filius virginis, idē filius fuit. Quo si quis querat quare nō pater, nec spiritus sanctus, sed solus filius factus est homo: rationē assignat. S. Th. 3. p. q. 3. ar. 8. Omnia Deus pater in sapientia, id est in filio suo fecit, vt testis est Dauid: & Ioannes ait: omnia per ipsum facta sunt. Artifex per formā artis cōceptam qua artificiatum cōdidit, ipsum si lapsum fuerit restaurat: si ergo per filium tanquam per artem patris homo conditus est, per filium debuit restaurari. De regno autem Messie statim angelus subnectens ait.

Matt. 28

Phil. 2.

Nota.

¶ Et

in festo incarnationis.

77

¶ Et dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Ad huc angelus graphicè delineat, sublime in dignitatem Christi, in regno Dauid adumbratā. Primò ostendit promissionem olim Dauid regi factam, nunc adimplendam: vnde patrem Christi Iesu vocat Dauid. Hinc etiam habemus virginem Mariam, ex Dauid genere ortam, fore: alioqui Dauid pater Christi non diceretur: Qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem, ait Apostolus. Quomodo autem regnavit qui fugit & abscondit se, vbi qui conuiuia fuerunt in deserto, in regem illum eligere instituerunt. Imò Pilato respōdit audacter. Regnum meum non est de hoc mundo. Quam est sedes hæc Dauid ore angelico promissa? Verum hoc regnum non temporarium, sed spiritale est, ac perinde æternū. Thronum suum Christus locare voluit in cordibus hominum, fide charitate & spe roboratum, non quidem instar regum, diuitijs honore & satellitio affluere decreuit. Quod quidem regnum accepit inchoatiue quando surrexit, diabolo atq; ue morte deuicta. Eas ob res discipulis suis dixit: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.

Textus.

S. Basili.

Ioan. 6

Regnū

Christi

Iesu.

K s ra.

Declamatio quarta

ra. Complete autem regnabit quando venerit in nubibus cæli, cum potestate magna & magestate. Huic sententiæ ad stipulatur illud Pauli. Nondū videmus ei omnia subiecta. Subdita quidem omnia erunt pedibus Christi Iesu, in fine seculi quando tradiderit regnum Deo & patri. De hoc regno Messia disertè tractat totus ille Psalmus. Deus iudicium tuum regi da. Cuius amplitudo describitur ibidem. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad orbem terrarum: Et permanebit cū Sole. & ante lunam. Ecce æternitas imperij Christi Iesu. Rursus in Esaia: Et multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Vbi magnopere aduertendū, quod vbi nos legimus multiplicabitur Hebræi habent, lemarbeh, & nunquam, mem litera, in principio vel medio dictionis clausa reperitur, præterquam in vna voce hac. Quod absque mysterio factum non est. Significatur supra naturam esse quod his capitibus scribitur: quod virgo concipiet & pariet: quod paruulus erit Deus nobis datus: sicut contra naturam est quod, mem, in principio vel medio dictionis claudatur. Vel certè clauditur, mem, in hac dictione ad designandum æternitatem imperij Christi Iesu, quod

infesto Incarnationis.

78

quod diuisionem nõ patitur. Quo pertinet illud: & pacis non erit finis, & illud Danic- Dani. 7
lis: Potestas eius potestas eterna, & regnum quod non relinquetur. Quod mirabile regnum describens Apostolus ait: Regnum Ro. 14
Dei nõ est esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Hæc oracula prophetarum breui eloquio tetigit angelus dicens Maria: Et regni eius non erit finis. Sanè quod dictum est fratres, in mensam nobis voluptatem, & ingentem latitiã affert. Nunquam profecto populus Christianus erit sine rege, sine pontifice magno qui penetrauit cælos, nusquam nobis Propheta rex noster Christus defuturus. Nec veremur alium regem regnaturum super nos, qui ignoret Ioseph, qui opprimat nos operibus duris luti & lateris: regni regis nostri Iesus neutiquam erit finis.

¶ Quod in domo Iacob regnaturus erat Textus.
Christus, omniū Hebræorum, hoc est, duodecim tribuum, principatum indicat. Tempore Roboam filij Salomonis tribus Iuda & Benjamin in eius ditione remanserunt, decem tribubus rebellatis. Vel in domo Iacob Christus regnat, eo quod sedes eius fidelis anima est, quæ nisi legitime certauerit, lucteturque, cum dracone, cum mundo & carne

Declamatio quarta

& carne sua, aduersarios supplantans, non coronabitur: & ideo ad regnum Christi nõ pertinet. Quisquis autem viriliter egerit, & infracto animo pugauerit partes Domini rutatus, is mutato nomine Israel appellabitur, & regnum Christi Iesu efficietur. Vox regis potentissimi nostri ea est. Qui vice-rit, dabo ei sedere in throno meo, sicut & ego vici & sedi in throno patris mei. Ecce athletam robustissimum, ecce ducem magnum ob oculos habemus: triumphauit Iesus: magnificè hostes superauit: sequamur illum præliantes, ne infeliciter in bello succumbamus. Sed quid Maria loquatur animaduertamus: vox quidem eius suauis valde, & facies decoranimis, vt spõsus in canticis testis est.

Apoc. 3

Textus.

Esa. 30

¶ Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. Hæcenus turbata, & admiratione rapta, ex tam insolita salutatione, sed non perturbata, vt notat beatus Bernardus, quia cogitabat qualis esset hæc saluatio, tot encomijs plena, nihil locuta est. Gnara quod in silètio & spe, sita sit fortitudo nostra. Primofrateres hic mihi obseruare, quam absit colloquium hoc, ab illo, quod in paradiso totius calamitatis nostræ fuit radix. Eua cū ange-

angelo nequam illic affabatur, ecce in concloau duar sanctissimæ creaturæ Gabriel angelus & Maria de ineffabilibus mysterijs conueniunt, de verbi incarnatione, de lapsi reparatione, de pacis fœdere tractantes. Nullus ibi scriba, testis, nulli arbitri aut interpretes, nam sacramentum regis abscondere bonum est. Mira virginis fides nihil hefitat de facto, sed de modo faciendi exquirat. Non ait vt Zacharias, in quo sciam hoc? Quique tot exempla habebat, de Sara sterili & sene Abraham, quibus tandem natus est Isaac: de Rebecca & Anna Samuelis vxore: nihilo secius Gabrielis oraculo non credidit: quin potius signum expostulauit. Virgo sapientissima scripturarum gnara, in Esaia legerat: Ecce virgo concipiet, & pariet: non tamen modum partus legerat, nam tanto vari non est hoc reuelatum arcanum, nisi angelo Gabrieli. O mirabile Mariæ humilitatem: ex tam mirificis angeli promissis haud insolescit, aut inflatur virginis animus. Sed de pretioso thesauro suæ integritatis sollicita, rei ordinem solerter ab angelo intelligere conatur: qua ratione quod promittis fiet? Quo pacto filium pariam, quæ rem cum homine (Deo bene uolente) non sum habitura? O virgo purissima,

Tho. 13

Esa. 7

Declamatio quarta

suma virginū dux, puritatis via & asyllum: tā
eximia tibi dignitas offertur, qua maior in
cælo neque in terra nulla. te in matrem suā
filius Dei elegit, & consensum dare differs?

Nota.

Audite charissimi audite, tantopere Maria
virginitatem adamavit, ut potius illam eli-
geret, quam filium Dei parere virginitate
adempta. Rem clarius dicam, omni acce-
ptione dignam: tollite præceptū Dei, quod
in hoc loco Maria non habuit: nisi materni
tas & virginitas in illa Dei virtute simul cō-
servarentur, nunquam diceret: Ecce ancilla
Domini fiat mihi secundum verbum
tuum. O magna & præclara angelicis etiā
spiritibus amanda virginitatis puritas &
pulchritudo. Vultis scire quare Deus tantū
distulit venire ad nos? scitote quoniam tam
longas moras traxit, quia nulla puella do-
nec Maria apparuit in mundo, virginitatē
suam Deo consecrauit: quod sacrum votū
nunc angelo detegit, ubi dixit. Quomodo
fiet istud quoniam virum nō cognosco, ne-
que cognoscam vnquam. Huc spectat il-
lud psalmi. Adducentur regi virginēs post
eam: id est, post Mariam virginem, & vir-
ginum reginam. Sed de hoc in festo expe-
ctationis fusius. Ad hæc consuluit virgo e-
gregia in negotio tam arduo, nō quempiā,
sed an-

Lucę.1

in festo incarnationis.

80

sed angelum Dei, sapientia præditum, san-
ctitate cōspicuum. Enim verò ibi salus vbi
multa consilia, Salomone teste: Et iterum Prou.11
fili sine consilio nihil facias: veruntamen sa-
piens clamat, omnes pacifici sint tibi vnus
de mille consiliarius. Nempe magni peri-
culi res est, nisi consiliarium solerti cura e-
ligatis. Architozelis consilium Absalonem
decepit. Audeo dicere, hodie non essent
Absalones improbi, nisi tot essent Ar-
chitofeles. Consulite obsecro, ut puram ac
candidam habeatis conscientiam, consuli-
te viros doctos, sanctimonia probatos: qui-
que inanem gloriam & avaritiam horren-
tes, cū Apostolo clamitent: non quæro quæ
vestra sunt, sed vos. Cæterum audiens Dei
alumnus, & stupore raptus, quā virgo sacra
diligat suā integritatē, videns stabile pposi-
tū sanctū, gaudio affect⁹ ineffabili repōdit.
¶ Spiritus sanctus superueniet in te, & virt⁹
altissimi obūbrabit tibi. Idē quod nasce-
tur ex te sanctū vocabitur filius Dei. Perin-
de ac si dicat. Qm̄ expers cōmercij, virilis
tori es, & iā diu virginitatē sūmopere ama-
sti, eamq; sūmo numini sacraſti, eas ob res
Spiritu sancto super te veniente & in te o-
perante, filium Dei concipies: Nam si vi-
rum agnosceres, non tanta, tamque mira-
bili

Nota.

Textus.

Declamatio quarta

bili dignitate digna fores. Ipse ex patre nascitur ab aeterno sine patris lésione: eam ob rem ius est vt ex te, homo factus oriatur ab sçe tui corruptione. Vbi aduertendum, quod sitorius trinitatis peculiare sit creare animam Christi, & corpus benedictum eius formare, Spiritus sancti opus hoc dicitur, quoniam ei amor tribuitur, eò quòd sit patris & filij dilectio, & ab vtroque spiratur. S. Tho. 3. p. q. 32. ar. 1. Itaque Spiritus sanctus nullatenus pater Christi dici potest. S. Aug. Sanctus Augustinus ait. Cõceptus est Christus de Spiritu sancto non sicut de patre: cõceptus est ex Maria sicut de matre. Quod subnecit statim, virtus altissimi obumbrabit tibi, de filio Dei intelligendum est, qui virtus Dei est in salutem omni credenti, quemadmodum Apostolus inquit. Itaque non modo Spiritus sanctus super Mariam venit, sed virtus Dei eam obumbravit, virtutem ei largiens, vt ignem illum consumẽtem, de quo Moses, Deus noster ignis consumens est, suo vtero claudere posset: in sacra pagina obumbrare nihil est quam virtutem fauoremue prestare. Vnde in Psalmo habetur. Obumbrasti super caput meum in die belli: Perinde ac si dicat: Virtutem mihi fragili impertitus es Domine, contra

S. Tho.

3. p.

S. Aug.

in inchi.

psal. 139

infe-

in festo incarnationis.

81

infestantes inimicos, de quibus triumphum seruo tuo tibi fidenti tribuisti. Sane virgo tenera Deum concipere non quiuisset, nisi virtus Dei omnipotentis ei obumbraret, eamque sua virtute roboraret.

¶ Ideoque quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Rursus dignitatem filij nascituri ostendit. Ante hac dixerat, filius altissimi vocabitur: iterum explicat quis altissimus ille sit, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Quia non est de homine, sed de Spiritu sancto quod concipies: ideo que quod nascetur ex te, sanctum vocabitur filius Dei. Quod natum est ex patre nascetur ex te, & non erunt duo filij sed vnus filius. Non ait homo sanctus, non puer sanctus, vt optime annotat diuus Bernardus S. Ber. ho. 4. super missus est: sed simpliciter ait, quod nascetur ex te sanctum. Verbum patris est quod nostram sibi vniuit naturam, suppositum vnum est, quamuis duplex sit ibi natura, diuina videlicet & humana: eam ob rem sapienter locutus est Gabriel sic loquens. Nunc vos fratres altissimam virginis prerogatiuam aspiciate: qui filius est æterni patris, is ipse filius est sacratissime matris: ad eum vt cum patre, ipsa dicere audeat: hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene

Matth. 3

L compla-

Declamatio quarta

complacui, ipsum audite. Verum nihil supra. Obmutescat nunc infelix Nestorius, & dogma pestilentissimum eius euanescat: filius Dei filius est Mariæ, sicut Gabriel à Deo missus palam nobis fecit. O quantum gaudij & lætitiæ nobis præbet verbum hoc dilectissimi, filius Dei venit ut nos peccatis obrutos filios Dei efficiat. Equidem angelus aut seraphim nihil nobis profuisset, quàm quam ex alto descendisset, nisi naturalis filius patris adoptionem filiorum nobis donaret lubens. Hinc Apostolus ait. Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, & adoptionem filiorum reciperemus. Etenim singula verba non vulgarem sed magnam emphasim habet. Sit satis ea narrasse. Alludit ad hoc illud Ioannis, potestatem dedit filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Ob tam excellens donum nobis impensum indefesse ei gratias agamus, & pro nostra virili diu noctuque mandata eius seruantes, illi seruiamus. Prosequitur angelus suum ministerium perficiens. Elisabeht beneficium magnum virgini enarrans.

Textus.

¶ Et ecce Elisabeht cognata tua, & ipsa concepit in senectute sua, & hic mensis est fe-

xtus

in festo incarnationis.

82

xtus illi quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Mirabilis vtique Gabrielis rherorica, & satis subtile artificium, cui si Tullianam eloquentiam, aut Maronis perpolitam loquacitatem conferamus, nihil ponderis, nihilque momenti videbitur: Nec abs re, cum illa diuina sit, hæc autem humanitas adinuenta: altera è caelo dilapsa, altera de terra oborta. Tria potissimè angelus venari cupiebat, sicuti notat sanctus doctor. 3. p. q. 3. ar. 4. Primo mentem virginis attentè red-

Nota.

dere, in tantam rei contemplationem, ob id quadam noua à seculis non audita salutarione eam salutauit, in qua ostendit idoneitatem eius ad concipiendum filium Dei. Idèd dixit: aue gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Secundò nitebatur eam instruere de sacramto præcellentiſſimo incarnationis. Qua de re, ait. Ecce concipies in utero, & paries filium. Vbi prolis magnam dignitatem explicat. Nec modum tacuit, cum dixit: Spiritus sanctus superueniet in te. Tertio maximo perire conabatur animum eius pellicere ad consensum, quod effecit multiplici ratione, & exemplo Elisabeht, tum veterana, tum etiam sterilis. Denique potentiam di-

L 2 unam

uinam laudauit dicens: non erit impossibile apud Deum omne verbum. Eatenus tot steriles olim, mira Dei virtute adiuuante genuerunt, vt facilius & suauius credatur virginis gloriose partus, velut sanctus Ambrosius in exameron asserit. Quas ob res sapienter Gabriel exemplum adduxit, de sterili. Quod verò nullū verbum Deo impossibile fore asserat, res pro verbo intelligenda est, more scripturarum loquitur angelus. Rex Dauid Amalechite redeunti de bello dixit: quod est verbum quod factum est: Perinde ac si dicat. Quid noui in bello contigit? Atqui pastores ad inuicem dicebant. Videamus verbum quod factum est. Rem in Bethlehem gestam inspiciamus: quam angelus non modo nuntiavit. Non ergo res aliqua quamuis difficilis, Deo omnipotenti impossibilis est, nisi contradictionem implicet. Hoc dixerim quoniam impossibile est, quin prateritum non sit prateritum. Sanctus Augustinus contra Faustum, qui dixerit, si Deus omnipotens est, faciat vt prateritum non sit prateritum: is dicit, vt ea que vera sunt, eo ipso quod vera sunt, falsa sint: Deus autem cum sit suapte natura Dominus, cuncta potest cum velit, quique omnia peragit, & mi

S. Ambrosius.

2. Reg. 1

S. Aug.

ro or-

ro ordine disponit, vitæ mortis que lora gubernans velut diuus Chryostomus ait. Illud quidē sūm opere aduertēdū, quod cum lōge maius sit virginē concipere ac parere abiq; viri cōmercio, quā sterilis gignere, & parturire, id eò fortius argumentū Gabriel adduxit summi numinis potentia palam facies, cuius velle facere est. Quorum cognata Elisabeth appellarit, cū virgo de stirpe Iuda, illa de filiabus Aarō fuerit, perspicuum est legenti. Exo. 6. & 2. Paral. 22. vbi videre est has duas tribus esse coniunctas, quod satis mysterio arridet. Christus planè rex fuit & sacerdos, tamen si regnum eius non fuerit ex hoc mundo.

Nota.

¶ O virgo sacrata, ait Beatus Angu. da verbum & suscipe verbum: prabe cōsentium, & concipies subinde filiū Dei: ecce omne seculū captiuū, tuū expectat absensum: audisti Maria factū, audisti modū: vtrūq; mirū, vtrūq; nouū atq; iucundū. Iocū dare ergo filia Sion, exulta satis filia Ierusalē, clamat ad te Propheta. Audiuī angeli da gaudiū & letitiā, & exultabūt ossa nostra humiliata. Ne obsecro tardes responsū, tā diu desideratū dare. Expectat angelus, nā tempus est vt reuertatur ad eū qui misit illū. Expectamus & nos filij A de exules facti, desideramus vehemē

S. Aug.

S. Ber.

ho. 4. sū- per mu- tus.

L 3 ter ver

Declamatio quarta

ter verbū miseracionis tuæ audire: premit nos heu dānatiōis lata sētēria: tibi derelict⁹ est pauper, orphano tu eris adiutrix. O Maria gratiæ mater, in sempiterno Dei verbo facti sum⁹ oēs, & ecce morimur: in tuo breui verbo & responsō reficiēdi sumus, vt ad vitā reuocemur. Hoc supplices protoplasti, cum sua sobole exposcit: hoc Abraham, David, & prisci patres: hoc patres tui oēs efflagitant, habitantes in regiōe vmbre mortis: hoc totus mūdus, tuis genibus prouolutus exorat. O virgo immaculata, ex ore tuo pendet consolatio miserorum, redēptio captiuorū, liberatio dānatorū, & salus vniuersorū filiorū Adæ. Respōde domina verbū, quod trā, quod inferi, quod superi magno pere expectant. Quin & rex cælorum ad te clamat. Quæ habitas in hortis fac me audire vocē tuā. Quid trepidas: quid tardas? ecce desideratus cunctis gētibus foris pulsāt ad ostiū. Surge curre: aperi sponso, ne forlā declinet & trāseat. Hisce clamoribus virgo inclyta cōmota, & tot gemitibus excitata, vt pote misericordiæ & gratiæ plena ait:

Canti. 8

Pars.

¶ Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. O verbum mirabile, verbū satis efficax, atque frugiferum. Confestim verbum caro factum est, & habitauit in nobis Ira-

in festo incarnationis.

84

bis. Itaque spiritu sancto cooperante, mox vt virgo benedicta hoc verbum protulit, corpus Christi sacrosanctum formatū est, anima illa creata, & verbo Dei humanitas nostra vnita. Agens infinitæ virtutis, in instanti potest materiam disponere ad debitam formā. S. Tho. 3. p. q. 33. ar. 1. Creuit autem corpus Christi benedictū deinde per potentia augmentatiuā animæ Christi, quæ cū sit specie conformis animæ nostræ, eodē modo debuit augmētari, sicut augētur corpora nostra. Vt sic veritas humanæ nature pateretur in Salvatore nostro. Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum Theophrastus
omnipotens vt sibi placuerit deliniet, & quod illi libuerit faciat. Mira res, audiens Spiritus sancti opus hoc esse, nihil amplius interrogat, confestim se promptè præbet. Et quod plus stuporis habet, tantò ad humilitatis arcem confugit, se ancillam agnoscit ac compellat, quāntò magis se audiuit euectam, in Melsiæ matrem. Quid multa? Nota.
nō modo assensum exhibuit, sed etiā precē adiūgit: fiat (inquit) mihi secundū verbū tuū. Mirabile dictū fratres, quantum virtutis hoc, fiat, virginis habuit. Hoc verbo Deus lucem creauit, & cælum, dicens: fiat lux;

Scotus: 3
d. 13

Nota.

Declamatio quarta

& facta est lux: iterum ait? fiat firmamentum & factum est firmamentum. At alma virgo dicens fiat: Verbum caro factum est. Videtis quam præcellentius, ac mirabilius sit opus, quod Deus fecit per illud fiat, suæ matris. Verum enim verò totius orbis creationē excellit, Deus homo factus est. Quis

Ier. 19

hoc audiens non obmutescit? quis adeò rudis, qui in admirationem non rapitur? Ego

Ier. 31

faciam verbū in Israel quod qui audierit, tinnient ambæ aures eius, ait Dominus. Ecce verbum stupendum quod fecit Dominus in Israel quando virgo Hebræa tenella, filium Dei genuit, & virū circumdedit utero gremij sui. Tunc manna calicum, in vna aurea repositum est: tunc rota magna in medio rota locatur. Deus cuius centrum est vbique & circumferentia nusquam, utero virginis clauditur. Tunc denique Deus

Esai. 19

ascendit nubem leuē, nullo depressam peccato, & intrauit Egyptū tenebrosam, qualis est hic mūdus, peccatorum tenebris obuolutus, & caligine scelerum obscuratus. Cæterū quā multas raras & mirificas virtutes, his verbis virgo Deipara nobis imitandas reseruaui operæpretiū duxi indagare. Ecce ancilla Domini. Ait virgo sancta, vbi humilitatem, obedientiam, & charitatem

in festo incarnationis.

85

tem suam erga nos potissime ostendit. Verum eius magna humilitas splendet, vbi se ancillam vocauit, hinc sanctus Ambrosius: vide humilitatem Mariæ, vide deuotionem: mater eligitur, nec repentina exaltata promissione est, ancillam se dicendo: nullam sibi tantæ gratiæ prerogatiuam vè dicanit. Humilitas Mariæ, apparatus sui officij est. Humiliter respondet, quo sedes gratiæ præparetur, sciēs quoniam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiā. Iaco. 4. Ecce Abigail humillima, quæ viro suo Nabal vita functo, dum assumeretur in vxorē Dauid, clamauit. Sit ancilla tua vt lauet pedes seruatorum domini mei. Sane (fratres) omnium, vel maxime humilitatis profunditas in virgine conspicitur admiranda: quā magnopere ipsi indigemus. Quis nostrum precor suis laudibus turbatus est? Quis non exhilaratur encomia propria audiens? Quis inquam non extollitur & rapitur supra se dum laudari se audit? O quantum absumus ab huius virginis modestia. Falso nos laudantibus hominibus effertur: verè Maria ab angelo laudata turbatur, & tandem se ancillam, vocitat. Humilitas sane magnificè de se non cogitat: non ambulat in magnis, neque in mirabilibus

L 5 super

Declamatio quarta

super se. Eam ob rem omnes vt superiores
 inspicit, & nihil honoris sibi deberi arbitra-
 tur. Vnde Apostolus: in humilitate superio-
 res sibi inuicem arbitranter. Nam quisque
 debet reputare, aliquid boni esse in proxi-
 mo, quod ipse non habet: vel aliquid mali
 esse in se quod non est in alio. S. Tho. 2. q.
 161. art. 3. Hanc virtutem philosophi modè
 rationem dixere, quæ pars est modestiæ vel
 temperantiæ, vt refert Origenes super Lu-
 cam. Quandoquid em hæc virtus præclara,
 tam est Deo optimo grata, vt etiam in sce-
 leratissimis hominib⁹ laude sit digna. Im-
 pius erat, & mille piaculis obnoxius rex A-
 chab: idola adorauit, & mala plurima pa-
 trauit coram domino: nihilominus pœni-
 tentia ductus, se se humiliavit, & dominus
 ei pepercit. De quo ipse ait: nõne vides A-
 chab humiliatum coram me? Quod si pec-
 catoris regis humilitas sic placuit Deo, vir-
 ginis sanctæ modestia, quanto magis grata
 fuit ei? Idq; palam facere volens Maria ce-
 cinit: respexit humilitatem ancillæ suæ. Hu-
 miliamini iam vos charissimi sub potenti
 manu Dei, vt vos exaltet in die visitatiõis.
 Lex sancita proculdubio, tum in cælo, tum
 in terra, quæ abrogari minimè potest. Om-
 nis qui se exaltat humiliabitur, & omnis
 qui

in festo incarnationis.

36

qui se humiliat exaltabitur. At magnani-
 mitatè virginis admirari non sufficio, quæ
 Aristotele teste, circa magnos honores ver-
 satur. Hanc mirum in modum Maria ha-
 buit, cum humilitate, quando magnâ, imò
 maximam dignitatem amplexata est, di-
 cens. Fiat mihi secundum verbum tuum.
 Quandoquidem magnanimitas (vt postea
 philosophus indicauit) non modo circa ma-
 gnos honores est, sed erga magnas inhono-
 rationes. Respexit ergo virgo, probra, &
 ignominias filij sui, quæ tum in vita, tum
 in morte pro nobis im meritis passurus erat
 conscia scripturarum, in quibus Mesiæ la-
 bores & mors erat depicta. Vultis hoc lu-
 cidius agnoscere? recolite quòd Christus
 Iesus dixit ad Ananiã de Paulo Tarsensi:
 ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro
 nomine meo pati. Ad eundem modum o-
 stendit Mariæ quanta oportebat eam pro
 Christo Iesu pati, in Ægypto, in prædica-
 tione euangelij, in flagellis & cruce pendè-
 ti ac morienti. O virgo iustissima, tuam
 ipsius animata pertransibit gladius, ita vt
 plusquam martyr existas. Humilis fuit Ma-
 ria & magnanima, sublimem hanc digni-
 tatem acceptans, in qua etsi multum erat
 honoris, multum etiam erat laboris & pro-
 bri

Ethi. 2.

Ethi. 4.

Acto. 9

Nota.

Declamatio quarta

bri situm. Hinc diuus Bernardus. Quæ est hæc tam sublimis humilitas, quæ cedere non vit honoribus, insolescere gloria nescit? Nō mediocriter humilitatis insigne est, in honore humilitatem non obliuisci. Videre est iam pluresque in ecclesia, de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos, subito intumescere: pristina obliuisci abiectionis, in fimos dedignari parentes. At contra Dei genitrix humilis semper permansit.

S. Th. 22.
q. 186.
art. 2.

¶ Secundo in verbis sacre virginis obedientia maxime splendet, quippe quæ quouis sacrificio potior est: iuxta illud: melior obedientia, quam victima. Verum obediendo Deo alma virgo scala facta est, per quam è cælo ad nos descendit Deus: scala inquam Iacob effecta est, quæ à terra ad cælum vsque ascendebat. Et verè dominus erat innixus scalæ, quoniam obediens patri vsque ad mortem, super choros angelorum euectus sedet à dextris Dei. Obediuit virgo sancta Deo, ideo saluator matri obediuit, descendens Nazareth, vbi erat subditus illi. Maior fuit obedientia Mariæ quam Abrahamæ, potissime quando patri eum obtulit in cruce pendentem. O vos fratres si Mariæ exemplū sectamini, subiecti estote nō tantū Deo sed omni humanæ creaturæ propter Deū.

¶ Tertio

in festo incarnationis.

87

¶ Tertio denique charitatem suam mirabilem erga nos Maria manifestauit, oratione hanc dicens. Ecce ancilla domini. De hac nimia excellentique virtute disseruimus, in festo præsentationis Mariæ: nunc sat sit illud Pauli enarrare: super omnia charitatē habentes, quod est vinculum perfectionis. Hæc eximia virtus est, & omnium virtutum forma & vita. S. Tho. 22. q. 33. ar. 8. Hæc præcellentior cōprobatur fide & spe, qua nisi insignita esset virgo, nostri non miserta foret imperciendo nobis saluatorem Christū Iesum. In hac præcipua virtute obsecro, radicati & fundati fratres sitis, vt possitis cū omnibus sanctis comprehendere, quæ nam sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Nam dilectio Dei honorabilis sapientia. Eccl. 1.

Colo. 3.

Eccl. 1.

¶ Vidistis nifallor fratres mei, paronymphū Gabrielem, à summo Deo missum ad virginē benedictā, eo quod angelis cognata nimiumque dilecta est virginitas. Hanc tantopere Deus amauit, vt nullatenus nisi ex virgine nasci dignatus sit. Ingressus itaque angelus ad Mariam virginem in conclauis orantem, & illud Esaiæ legentem, propter hoc dabit dominus ipse vobis signū. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabi-

Sūma.

Esa. 7.

tur

Declamatio quarta

tur nomē eius Emmanuel. Quod nihil ad rem pertinere videbatur cum multo post bellam Syriacū, hoc euenerit. Sane inter victoriam regis Achab promissam, & hoc signum præsitum, fluxerunt anni circiter. 767. At qui nouit prophetarū oracula plena esse inuolucris, & sub rebus temporalibus, ipsos describere ecclesię sacramēta, nihil mirabitur. Quicquid de bello Syriaco & populi liberatione hic dicitur, causa Emmanuelis, & de humani generis liberatione dicitur. Ecce virgo concipiet. Ita est, quod populus Iudæorū, tot peccatis irretitus, hoc nō meretur, verè totus mūdus sceleribus plenus, inimicus est, veruntamē ait Deus saluatorem mittā, ex virgine ortū, cuius egressus à diebus æternitatis, tamen uescetur cibus puerilibus, butyro, & melle, quæ in eo humanæ naturæ ueritatē arguēt. Quiq; Deus erit, ob id uocabitur Emmanuel, quod interpretatur, nobiscū Deus, ut sanctus Matthæus explicat. Ecce uaticiniū quod uirgo sacra cōtēplabatur, obnixè deprecās Deum optimū, ut quā primū adimpleretur tam antiquum, tamq; salubre promissum. Hoc cogitante, & feruentissimis uotis hoc supplicante Maria, ingressus est angelus Gabriel. Quo honore, quibus enomijs

Matth. 2

in festo incarnationis.

38

mijs eā profecutus sit angelus, pro modulo nostro differuimus. Verum angelus de cælo nos docuit, quam sit modis omnibus uenerāda à nobis uirgo mirrissima: vos diu noctuque hanc salutationem dicite, Mariam candido pectore collaudantes, eam ut aduocatam pientissimam inuocātes. Quæ uelut stupefacta, ut pote humilitatis & uirginitatis amica, respondit. Quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco? Cui Gabriel opificē fore spiritum sanctum cōtestatur, exemplū Elisabeth sterilis narrās: Deo summo cūcta possibilia ac facilia esse asserens. Mira res extēplo uirgo sancta cōsensum exhibuit, insup & preces addidit, dicens. Ecce ancilla dñi fiat mihi secundū uerbum tuum. Filius Dei nūc descendat, paratum cor meū Deus paratū cor meum, ancilla sum tua, uoluntas adimpleatur domini mei, cui seruire & in omnibus obtemperare præsto sum. His uerbis planè, erudit nos, ut humiles, obediētes & Dei amore feruentes simus. Agite iam fratres, hanc reginam nostram sequamur, hāc pro uirilī nostra imitantes ueneremur: quātū angeli, tum rex angelorū Christus Iesus tātifacere dignatus est, ut ex ea nasceretur: cui sit honos, & gloria in æternam. Amen.

Luca. 1.

Nota.

¶ Qui

- Annota **¶** Quantum diuina dignatio hominum natura. I. turam, postquã in vtero virginis filius Dei carnem assumpserit, ipse euexerit, perspicuum est, si Abraham adorantem angelos olim inspicimus. At vero post filij Dei incarnationem, Ioanne in insulam Pathmos relegato, angelus hoc ipsum prohibuit: vide ne feceris, ait conseruus tuus sum, Deũ adora. Vbi sanctus Illesus. li. de illibata virginis Mariæ integritate inquit. c. ii. Angeli naturam humanam iudicabant contemptibilem, quia condẽnatio conditoris execrabilem hanc habebant: Iam autem adorari ab ea nolunt, quoniam illam supra se in sede magistratus adorant.
2. **¶** Virginitatis nitorem virgo benedicta indicauit dicens: quomodo fieri istud quoniã virum non cognouit? Hinc ait S. Tho. 3. p. q. 28. ar. 2. sum opere hoc congruebat proprietati nascens, qui erat filius Dei. Et in concilio Ephesino. Quæ parit carnem puram à virginitate cessat, Christus Deus & homo matris suæ custodiuit virginitatem. Idque beatus Augustinus asserit. ser. 6. de natali domini & lib. de sancta virginitate. c. 4. Diuus Hilarius in Matthæ. 1. Sanctus Hieronym. contra Heluidium. quin & Ioseph simul cum Maria virginitatem vovuit.

uit. S. Tho. 3. p. q. 28. artic. 4.

¶ Potissime animum nostrum allicit, vt totis medullis cordis Christum Iesum diligamus, totoque affectu ei inseruiamus, beneficium ineffabile nobis impẽsum, nam statim vt virgo dignissima verba illa mysterijs plena dixit. Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundũ verbum tuũ, Deus homo factus est, & in vtero matris suæ nos redemit, in affectu. Hinc Esaias ait, in dilectione suã, & indulgentia suã, ipse redemit eos. Mira res, saluator nobis gratiam & gloriam meruit, & nõ sibi, data est ei summa gratia & gloria absque merito, in instanti suæ cõceptionis, nobis autẽ non ita. Scotus. 3. d. 18. & 19. Vnde nobis orauit, nobis ieiunauit, nobis obiit in cruce.

Esa. 63.

DECLAMATIO QVINTA
IN FESTO VISITATIONIS
DEIFERE VIRGINIS
MARIE.

THEMA.

¶ Magnificat anima mea dominum. Lucæ. 1.

IN hoc letabundo festo fratres mei, non tantum angeli iubilantes nos ad latitiam
M excitant,

Declamatio quinta

excitant, sed alma virgo, canticum nouum, ac mirabile cecinit in domo Zachariæ, & Elisabeth encomia virginis voce magna tonauit, impleta spiritu sancto. Quin & illud non minorem admirationem præ se ferre perspicuum est, quod beatus Ioannes adhuc in ergastulo ventris clausus, gaudio ineffabili peresusus gestuuit in occursum regis nostri Christi Iesu erumpere. Enim vero charissimi, hodierna die gestum aspici-

Canti. 2. quod sponsa lynceis oculis olim contemplata est dicens. En ipse venit saliens in montibus, transfiliens colles. En dilectus meus loquitur mihi. Surge propera amica mea, columba mea, forinosa mea. Velut stupefacta loquitur, eo quod arcanum nobis enarrat; multis retro seculis non auditum. Ecce ipse venit ait. Non angelus ex alto, nos inuisere aduentauit, sicut tempore Danielis gestum legimus, non seraphim sex alis pennatus volitauit, quemadmodum

Esaï. 6. prophetæ Esaïæ contigit. Ipse creator omnium, rex angelorum, ipse venit, carne velatus. Frater & caro nostra est, Ioseph hic quem pater caelestis sua dignatione ad nos misit habitantes in Dotham, mundo hoc labili & calamitoso. Quique pecudum more vitam nostram ducebamus. Fratres meos

in festo visitationis.

90

meos quæro dicebat ille Ioseph, qui typus erat Christi Iesu saluatoris nostri, quod saluatori optimè congruit. Non plane quæsiuit quæ nostra sunt sed nos, non diuitias quæritabat qui tantopere paupertatem laudauit, eamque summopere ad amauit tum in vita, tum etiam obiens in cruce. Non honores fallaces ab hominibus venari studeuit, qui sponte probra sustinuit, alapas, flagella, & crucem sibi baiulans, & in montem caluarium eam portauit. Nos fratres suos quæsiuit duntaxat, animas nostras è faucibus leonis satanæ eruere conatus est, & eatenus in hunc mundum venit. Cuius lætitia & gaudio in opere nostræ salutis tanta erat, vt saliens ac gliscens, non gradu testudineo pergat. Is itaque fratres, hinulo ceruorum non absimilis, is inquam per montana Iudææ percurrrens festinus graditur, exultans vt gigas ad currendam viam redemptionis nostræ. Hinc Diuus Bernardus, per se descendit, qui alios delegare solebat: per se notum fecit salutare suum: per se in conspectu gentium reuclauit iustitiam suam. Super. Cantic. sermo. 54. Sed quomodo venit hinulus noster fratres, nempe vt Manna in vrna aurea, in arca deaurata

Declamatio quinta

intus & foris, & ex lignis serin fabrefacta, in Maria benedicta absque labe peccati concepta: in sacro sancta matre paruulus filius, qui datus est nobis, montana lustrauit. Nec quiescit, nec oculis suis dat somnū, donec domū Zacharia adeat, quo Ioanni vnice dilecto gratiā suā impertiat, & à noxa peccati originalis subinde abluat: quod vt lucidius intelligamus sancti euangelij historiam primo recēleamus, vt Mariam cātanrem deinde audiamus.

Euāgelium.

Exurgens Maria abiit in montana cū festinatione. Quantum ad literam attinet, diua Maria in ciuitate Nazareth, quæ est in Galilæa, Gabrielem angelum audiuit, quē ad modum in festo annūtiationis narrauimus, ibiq; ab illo didicit, sterilem Elisabeth concepit, sextum mensem iam attingisse. Maria autem verbo Dei facta, eius & genitricis facta, statim angelo abeunte, inuisere suam cognatam instituit. Eam ob rem Lucas ait. Exurgens Maria abiit in montana. Hoc est in montanam regionem: nam Zacharias in montanis habitabat. Erat verecundia nimia affectus, eo quod semen non reliquerat in Israel. Tales quidem lex maledictionis pœna mulctabat, iuxta illud: maledictus, qui non reliquerit semen in Israel.

in festo uisitationis.

91

Israel. Distabat quidem Nazareth à domo Zacharia. 60. milliaribus, & eo amplius. Surrexit ergo alma Dei mater à sede contemplationis, domum & lares proprios deserens, accinctaq; ad labores tanti itineris obeundos, perrexit in montana. Nunc obsecro dilectissimi fas non erit obiter hæc explanare, sed operæ pretium existimauit, penitius singula indagare. Non quasi incerta de oraculo, nec dubitans de exemplo, quod Gabriel illi enarrauit, sed læta prægaudio, religiosa pro officio in montana cōscendit, sicuti, diuus Ambrosius testatur. Quo iam Deo plena nisi ad superiora cum festinatione ascenderet? Quæ diu domi sedens contemplationi feruentissime vacarat spiritalibus delicijs exundans, vltra quā dici possit, extemplo vitæ actiua dedita montium cacumina peruolare, & concava vallium transilire cœpit. O quantum veritatis habet illud Ezechielis propheta. Vbi erat impetus spūs, illuc gradiebatur nec reuertebatur, cū ambularet. Hæc de quatuor animalibus sanctis vates asserit quæ nimirū pœnata erant. Nūc ambulabāt, nūc vero in aera sese eleuantia volabant, ad quorum volatū rota pariter eleuabatur. Quorsum hæc, tam exacte dicta sunt? Nempe vt

S. Ambrosius.

Ezech. i.

Figura.

Declamatio quinta

discamus spiritus sancti stupendam virtutem, celeritatemque sanctorum in operando velut in speculo intueamur. Enim vero quocunque spiritus Dei corda nostra & mentes rapit, illuc curramus oportet. Nedum curramus sed volemus, ut citius eius mandata impleamus. Huc pertinet, illud Esaie dicentis. Qui sperant in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquila, current & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Vos charissimi singula omni intellectus vestri indagine introrsus expendite, habent non vulgarem emphasim. Equidem qui nihil sibi fidunt, sed soli Deo confidunt totique a creatore suo pendent, ij fortitudinem mutant: o mutationem mirabilem, non alterius quam dexteræ excellæ. Qui fortes erant ut facerent mala ante hac, qui dediti mundo & ijs quæ mundi sunt sectabantur, qui denique in hoc toti erant, ut vindictam de inimicis suis fumerent, spiritu Dei afflati, gaudium quod est verbum Dei accipientes, sargunt bona operari, elemosynis pauperes subleuare: carnis insolentiam ieiuniis & abstinentia coercere: denique pro sua virili, conantur mundi cuncta futi

Esa. 40

Nota.

in festo visitationis.

92

futilia bona a se abdicare, & athera quæ vera sunt bona, toto pectore amare: ad ea vehementer aspirare. Horum quidam, spiritu Dei allekti, in via salutis ambulant: quidam currunt: quidam rapido volant affectu. Ecce status tres in ecclesia, quos doctores appellare consueverunt, incipientes, proficientes, & perfecti. Felices qui ambulant in hoc spiritali itinere, de quibus citharædus in psalmo ait. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Feliciores qui currunt, cum psalmographo dicentes. Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Felicissimi qui alis fidei & charitatis volant: de quibus idem regius vates dixit. Ascendit super cherubim, volauit super pennas ventorum. Tales quidem assument pennas ut aquila super caelos volitantes. Rursus in leone volante, quem vidit Ezechiel, fortitudinem: in boue, patientiam: in homine, prudentiam: in aquila, contemplationem intelligamus eporter. Proh dolor fratres, quam pauci sunt qui sanctorum animalium instar pennis fidei, & charitatis atque sanctæ spei, terrenis bonis abdicatis,

Nota.

Vide. S. Tho. 22.

rituali itinere, de quibus citharædus in q. 24. ar.

psalmo ait. Beati immaculati in via, qui

ambulant in lege domini. Feliciores

Psalm. 118

Psal. 13. qua: sursum sunt querentes, in æthera volant. Et iterum, heu quam multi, quemadmodum ingemiscens Dauid inquit, qui pedes veloces habent ad effundendum sanguinem. Solertes sunt ad vindictam, pigri ad ignoscendum, nubibus velociores ad capeffendam populi auram, ad questus contra fas extorquendos, aquilis agiliiores. Non alios testes aduersus eos adducamus: ipsi contra se proferant testimonium. Lassati sumus aiunt in via iniquitatis & perditionis, ambulauimus vias difficiles: viam autem domini qua: plana, Sapiē. 5. florigera, ac amœnissima est ignorauimus. At contra qui sperantes in domino fuerint, current & non laborabunt: vt pulchre Esaias nunc asseruerat: eo quod ouem perditam saluator super humeros suos fert. Itaque pedibus alienis pœnitens graditur, gratia Dei fultus: eam ob rem absque labore & infudatione incedit. Huc attinet illud Apostoli: qui spiritu Dei aguntur, ij filij Dei sunt. Ecce quam sit efficax & potens spiritus sancti vis: aguntur ait, quamuis ipsi agant rapti summi numinis gratia. Si verò res ita habet, & de quouis iusto hoc verissimum est, quanto amplius de diua nostra Maria, omnipotens

nipotentis gratia plena, euangelista dicere potuit: abiit in montana cum festinatione? Filia Dei erat, ideo spiritu Dei agebatur, vt aquila pennas assumpsit, quo velocius agiliusque volaret, regionem montanam perlustrans.

¶ Celeriter virgo sancta iter suum agit, instruens virgines, non gradu moroso spectandas esse, sed festinas. Interminatur Dominus mala plurima filiabus Sion, ed quod exrento collo, gradu composito, & nutibus oculorum ibant. Erit pro crispanti crine caluitium, pro odore foetor, & pro falcia pectorali ciliciũ. Nam scriptum est. per qua: quis peccauerit per hæc & punietur. Idque cõ. 2. Re. 18 pertũ est in Absalon, qui capillos suos plus nimio amabat, & alto Dei iudicio, illis suspensus in quercu periit. Docet insuper Deipara, verbi Dei prædicatores festinanter incedere, terrenis & inutilibus rebus nullatenus adherere, sed cælestia bona affectare. Quos velut demirabatur Esaias dicens. Esai. 60. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columba: ad fenestras suas ascendunt. Instar nubis sacri euangelij concionator, vbi que rore doctrinae animas fidelium inebriet: modò nobiles, vel ignobiles, modò diuites vel pauperes, plures aut multi sint, quos pius

Declamatio quinta

affectus congregarit: vt nubes terram deserant, sedula operatione ministerium suum implentes. Quid multa velut columbæ, sua suorumque proximorum piacula ingemifcentes desceant: columbinas alas habentes fenestras suas adeant: Christi Iesu vulnera contemplantes, inibi que nidificantes. Ex quibus, velut è fontibus limpidissimis, rotius mundi salus, refectio, vita, atque solatium dimanauit. Quam pulchri sunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, ait Paulus, Eſaiæ prophetæ verba referens. Neque abs re Saluator dixit discipulis suis: neminè saluaueritis in via: ostendès quam celeres, quamque expeditos verbi sui concionatores esse velit. Alludens ad illud Elisæi dicentis ad Giezi discipulum suum. Si quis te interrogauerit, non respondeas ei. Perinde ac si dicat. Si forte in via te quispiam interrogare voluerit, obmutesce: & responsum non præbeas vnquam. Surgamus fratres mei, surgamus citissimè, & reginam nostram sequamur. Festinemus ingredi in illam ciuitatem, quæ sursum est mater nostra Hierusalem, ac perinde libera. Festinemus inquam comitantes Deiferam Mariam matrem nostram, quippe quâ si forte sequi nõ valemus, vt pote infirmi & omnino

4: Re. 4

Hebr. 4

in festo Visitationis.

94

omnino fragiles procliui vociferantes dicamus. Trahe me post te, & curremus in odorem vnguentorum tuorum. O virgo virginum dux, tua prece, tuoque precatu, vel maxime indigemus, vt tecum per montana virtutum conscendamus. Hac tua ope fultim, ne dum ambulare, sed currere post te quibimus, vnguentorum tuorum fragrantiam delibates: quæ vt es pia, ita & gratia ac misericordia plena. Qua instigante, & compellente, surgens cum festinatione mirabili, itinera quamlibet ardua arripuisti. Sed quid miramur Mariam virginem festinantem Origene teste, Iesus qui in vtero illius erat festinabat, adhuc in ventre matris Ioannem positum sanctificare. Animaduertite obsecro charissimi, ecce scopus & præstitutus finis Christi Iesu iter agentis, & in montana percurrentis. Verum peccatum sic abhorruit qui totius mundi peccata tollere venit, vt confestim postquam nostram induit carnem, originale noxam à Ioanne conaretur expellere. Eo namque festinat pius Saluator vt ministerio suo fungi incipiat, sanctificans Baptistam, & dono suæ gratiæ filio iræ, filium Dei efficiat, & regni cælestis dignum heredem. Mira res satisque miranda, sacra virgo Maria puerum Iesum par-

Canti. r

Orige- nes.

Nota. uulum

Declamatio quinta

unum vix octo dies natum in aluo suo portabat, & ipse eam regebat, manu tenebat, ac moderabatur. Imò ipse tribus digitis terram appedebat, vt vates Esaias afferit. Verum vt nauclerus in nauì vela pādīt, funes extendit, gubernaculum manibus tenet: sic Christus nauiculam suam Mariam moderatus est, animæ potentias & corporis sensus omnes semper gubernans: vnde Spiritu Dei afflata, virgo alma non poterat non festinanter cuncta peragere. Quo autem primo peruenerit Deipara, videamus.

Textus.

¶ Venit in ciuitatem Iuda. Nō quidem abhorret à vero quod quidem aiunt, Ioseph comitarum fuisse Mariam. Hic in sponsum datus est ei, vt testis domesticus foret virginittis, & purittis suæ sponsæ, vt pulchrè sanctus Basilius sermone natiuitatis Christi Iesu contestatur. Sed quid de comitatu hominum loquor? Millia millium angelorum comitabantur eam. Nēpe si olim Iacob iter agens angelorum cuneos intuitus est, ita vt clamaret. Castra Dei sunt hæc. Quāto amplius Christus cuius imaginem ille gerebat, angelorum satellitio circūualatus, per mōrana Iudæ pergebat: Regis huius potentissimi lætica virgo sacra erat, de qua in canticis Salomon dixit. En lætulus Salo-

S. Basi.

Canti. 3

in festo Visitationis.

95

Salomonis, sexaginta fortes ambiūt illum, ex fortissimis Israel. Quandoquidem amore nostro languens filius Dei lecto decumbens, virginis vterum intrauit, quo infirmitates nostras liuore suo sanaret. In hoc florido lecto quieuit mensibus nouem delictijs affluens Saluator noster rex pacificus, pacem largiens ijs qui longe, & ijs qui prope erāt, gētibus videlicet & hebrais. Quas ob res, fortissimi ex Israel angeli potentes virtute ad faciendam vocem Dei Mariam nusquam deserebant, sed vbique erat stipata & angelis innumeris vallata. Verum si regina Austri, vt in sacra pagina memoriae proditum est, magno comitatu, ingentique ambitu ingressa est Hierosolymam, quid de regina cæli, & totius orbis domina matre Dei cogitare nos oportet? Ciuitatem Hierusalem sanctā adiit primo virgo prudentissima, eo quod ibidem erat templum Dñi, in quo sacrificia & holocausta Deo optimo offerebantur, gratias agēs Deo pro tam præcellenti dono sibi collato, nec tantum sibi sed vniuerso orbi. Non audeo cogitare fratres Mariam primò canticum illud mirabile decantasse in domo Zachariæ, quin potius sæpe sapius, illud dixisse potissimè templum Domini intrans, de quo Salua-

3. Re. 10

Nota.

Declamatio quinta

Saluator ait, domus mea domus orationis est. Magnificat anima mea Dominum, ait alma virgo genu flexa. Magnifico eum qui sic me mirum in modum magnificauit, vt filium æterni patris Spiritu sancto cooperante conceperim. Inexhaustas gratias reddo omnipotenti Deo, qui tantopere mundum dilexit, vt filium suum vni-
 genitum daret. Vos charissimi frequenter templa Dei adeuntes feruido affectu gratias Christo Iesu omnium bonorum largitori agite, ne quod absit noxa ingrati-
 tudinis vos inuoluat Illud apostoli pectori vestro infigite. Semper gaudere, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Breui admodum oraculo totius nostræ vitæ perfectionem nobis delineauit. Spirituali lætitiæ affectu, vitam vestram quæ militia est agite, iuxta illud. Seruite Domino in lætitiâ. Et tur-
 sus. Non ex tristitia aut ex necessitate, hilarem datorem diligit Dominus. Adhæc sine intermissione orate. Semper adsunt inimici infestatores, videte ne dormientes vos inueniant. Arma militiæ nostræ non carnalia sunt sed potentia à Deo. Qui orare renuit arma à se projicit, iuermis remanens, absque oratione statim succumbet, in prælio spiritali. Denique, in omnibus gratias agite.

1. Theſ. 5

2. Cor. 2

in festo Visitationis.

96

gite. Non in prosperis tantum, quæ aliquando nocere solent: iuxta illud, incrassatus est Deut. 32 dilectus impinguatus, dilatat, reliquit Deum factorem suum. Videtis sanè quantam iacturam afferant diuitiæ, honos, & quæ caro subdola plus æquo amat. Non ergo in ijs dum taxat quæ vulgus improbum, prospera nuncupare consuevit, gratias Deo agatis, sed etiam in aduersis quæ vos premunt, & nihilolocius ad Deum ire compellunt, vt quam S. Grebene admonet beatus Gregorius. In omnibus gratias agite: in salute & infirmitate, in diuitijs & paupertate, in honore, & irrisiõe, in morte & in vita, in cunctis gratias Deo agite: cum Iob dicetes. Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Deo placuit ita factum est, Iud. 3
 fit nomen Domini benedictum. O fratres Figura. quanta dexteritate hic opus est, nempe vt alter Aioht simus oportet, quippe qui sicuti sacra refert historia, vtraque manu vtebatur pro dextera. Huc (ni fallor) ex- 2. Cor. 6
 peccat illud Apostoli. Per infamiam & bonam famam, à dextris & à sinistris. En habetis quorsum alma Dei mater Hierusalem adijt, sanè vt in templo, innumeras gratias Deo reddat, ibique magni-

Iob. 3

2. Cor. 6

Declamatio quinta

gnificet Dominum, quò exemplo doceat fideles gratos fore, & in omnibus grates Deo optimo rependere.

¶ Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Fere quatuor millianibus domus Zachariæ distat à Hierosolyma, quãuis satis laboriosum sit iter utpote montosum. At Deipara virgò laboris patiens o-uanter iter suum perfecit. Vos fratres mementore vxoris Loth quæ in via retrorsum respexit, quam ob rem in statuam salis conuersa ibidem commeritam pœnam luës remansit. Vos vero qui Gomorram, Domino aspirante semel reliquistis, qui que fallacem mundum contempistis, sic currite ut comprehendatis. Nullatenus retro aspiciatis, veluti canis ad vomitum redeuntès. Alioqui Deus iudex Iustus, animaduertit in vos, que madmodum in mulierem illã inaniter aspicientem animaduertit. Viam regiam gradientes neutiquam ad dexteram nec ad sinistram declinabitis: quippe quæ & si arcta sit, nihilominus ad vitam aternã ducit. Saluatorem nostro teste. Ibunt de virtute in virtutem, ait Propheta, & videbitur Deus deorum in Sion. Nonne scala quã vidit Iacob caelum ipsum tangebatur, & mirabililuce circum circa illuminabatur? Ad eundem

Textus.

Lucæ. 7

2. Cor. 9

Psal. 83

in festo Visitationis.

97

dem modum orthodoxorũ vita, gratia Dei fulget & in æthera eos ducet, modo mandata Domini seruare, ut par est contenderint. At qui non est quod quis paucaat & spondeat animum, vbi potentissimum habemus patronum. Dominus erat enixus scalæ. Christus Iesus in mundum venit cui morem gerere in omnibus nos oportet. Ipse exemplũ dedit nobis, ut quemadmodum, ille fecit & nos faciamus. Ipse scopus sit vitæ nostræ, exemplar vitium & speculum. Dicamus ergo cum regali Propheta charissimi. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quã à dextris est mihi ne commouear. Huius virtute roborata virgo incluta, in hac via laboriosa lassata non fuit, imò quouibat deuenit iter situm perficiens. Intrans igitur domum Zachariæ, Elisabetham salutat. Intrauit domum non foris stabat, ut mulier illa vaga quietis impatiens, nõ valens in domo consistere pedibus suis, ut aptè Salomõ scribit. Turpe quidem elogium hoc est. Verum mulier domi non habitans, hæc & illac, percurrens, inescat animas: & veluti retiaculum diaboli, homines illaqueare non desinit. Quod quidem perspicuum est, in Thamar, & in Dina filia Iacob, quæ in perditionem totius ciuitatis Sichen egres-

Psal. 15

Prou. 7

Gen. 34

N sa,

Declamatio quinta

Rom. 6
 2. Re. 20
 Nota.

sa, mulieres regionis illius videre cupiebat. Ingressa est, & ut moris erat sanctis, salutavit cognatam suam. Unde Apostolus admonet Romanos dicens. Salutate inuicem in osculo sancto, salutatio namque semper fraternitatis symbolum fuit. Planè quempiam salutare, est ei salutem optare, nisi salutans alter. Ioab sit, qui nobilem virum Amassa videns ait. Salue frater, & statim gladio eum interemit. Non ab similibus fuit pessimus Iudas qui osculo tradidit dominum Iesum, dicens. Aue rabbi. Ecce quam sit fraudulentus mundus hic, quippe qui in maligno positus est, ita ut salutando occidat, & osculando serpentinum virus euomat, in eos qui eum diligunt. Nolite ergo fratres diligere mundum mendacem tyrannum, & cruentum. Aduertendū autem hic est, quod Deifera Maria, non ut alij salutavit Elisabeth, bona illi optando, sed simul & impertiendo, quod longe plus est: ferebat nimirum totius orbis salutē Iesum utero suo sacro: ideo verba Mariæ virginis, magis erant Christi recumbentis in matre quam Mariæ loquentis. Enim verò si Apostolus, post blasphemias in Christū iactatas; post persecutiones plurimas in christicolis illatas, gratia summi Dei cōuersus dice-

in festo Visitationis.

98

dicere ausus est. An experimētum quaritis, 2. Cor. 13 eius qui in me loquitur Christus? Quanto magis cādida Dei mater id asserere potuit? Sanè Christus Iesus, loquebatur in ea, ambulabat matris suę pedibus, atque virginalibus illius oculis inopes & afflictos respiciebat. O fœlicem christicolam qui cum virgine sacerrima asseuerare poterit. In me loquitur Christus, ipse meam moderatur linguam, ipse labia custodit, ne inane verbum aliquando proferam. Ipse tandem ostiū circumstantiæ ori meo prefecit, quod ardentissimis votis regalis Propheta postulabat. Terribilis quidem sententia, & toto corde pertimescēda ea est, quam beatus Iacobus Iacobi. protulit. Religiosus non refrēnans linguam suam, sed seducēs cor suū, huius vana est religio. Haud monachos tantum hortatur fratres, oēs fideles admonet, omnesque admonitos esse, ijs verbis voluit, optimè Salomonis oraculū sciens. In manibus linguæ mors & vita sunt. En charissimi, in lingua vestra tam mors quam vita sita est: vigilate, & omni custodia eam obseruate.

¶ Et factum est ut audiuit salutationē Mariæ Elisabeth, exultauit infans in gaudio in utero eius. O pietatem ingentem, & humilitatem stupendam, & modis omnibus

N 2 ample

Declamatio quinta

amplectēdam : superior venit ad inferiorē, ut inferior adiunetur : Maria ad Elisabeht : Christus Iesus ad Ioannem . Nonne hoc ordine miro, Deus optimus digessit omnia . Verum quæ nobiliora sunt, inferioribus fauent : cælum, terram & aerem illuminat, & influentia metalla in visceribus terræ gignit . Angeli hominibus, luteas domos habitantibus famulantur, & illis obsequium vbique præstant . Ad hæc oculi pedibus viam ostendunt, quo nihil incommodi accipiant, solus homo superbia turgidus alteri honorem exhibere spernit . Cuius arrogantiam taxare volens humilima virgo, ad Elisabeht venit, nec solum venit, sed prior eam salutauit . Attendite dilectissimi, sane ea vera est humilitas, quæ non modo verbis sed operibus comprobatur . Lucidius dicam . Maria quæ coram angelo sese ancillam Domini appellauit, ecce opere præstat, quod verbo tunc subindicauit . Quandoquidem instar ancillæ, è longe venit, cognatam inuisere, inseruire, & in senectute illam solari, in laboribus, & partus cruciatibus subleuare . Itaque tum verbis tum operibus, virtus magna humilitatis in vrgiæ emicuit : debet etiam in vno quoque nostrū

Nota.

Humilitas.

in festo Visitationis.

99

nostrum emicare . Cæterum seriem ac ordinem mirabilem annotare libet . Verba salutationis Mariæ, vel potius Christi Iesu in illa loquentis, primo Elisabeht audiuit : at contra virtutem & euergiam salutationis prius Ioannes sensit . Illa natura ordine verba sancta ex ore virginis perfecta percepit, iste ratione mysterij, & gratiæ sibi infusæ exultauit, Domini sui sentiens aduentum . Nec velim charissimi, vt menti vestræ subeat vnquam, Mariam salutasse cognatam ea salutatione, quam ruditas hominum hodie inuenit . De osculor manus vestras, pedesve : nihil tale ex ore Dei genitricis prodijt . Profectò sicut doctor strenuus Augustinus . S. Aug. libro confessio. 9. de beata matre lva Monica testatur, nunquam de ore eius seculare verbum audiuit : quid de Maria gloriosa Spiritu sancto plena dicemus ? Agite obsecro fratres recedant vetera ex ore vestro, quia Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes . Quid ni verba praua & opera ? Secularia eloquia abijcite, scientes quoniam de omni verbo otioso, reddituri estis rationem in extremo ac districto iudicio . Imò quicquid facitis in verbo aut in c

Declamatio quinta

re omnia in laudem Dei facite. Sic beatus Paulus vos hortatur. Salutauit Maria Elisabet, sed verbis sanctis precata est illi bona. Vnde consuetudo sancta inoleuit inter viros religiosos, vt se inuicem saluent dicentes. Deo gratias. Quæ oratio plena est spiritu, si tum corde, tum ore sæpe numero proferatur. Verum si angelorum salutationes referamus; quæ in sacra pagina extant, orationes siue preces sunt valde frugiferæ. Angelus Gedeoni dixit. Dominus tecum virorum fortissime. Et rursus ad eundem. Pax tibi, non timere non morieris. At Raphael Thobix & vxori eius ait. Pax vobis, nolite timere. Gabriel ad virginem benedictam inquit. Dominus tecum. Latet nos quam salutationem gloriosa virgo protulerit, comperit tamen nobis est orationem sanctam fuisse. Sanctus Bonauentura asserit, Mariam dixisse. Pax huic domui: velut Dominus præcepit discipulis suis dicere in quamcunque domum intrantibus. Vel orationem illam protulit, qua frequenter Saluator apostolis apparens utebatur, videlicet. Pax vobis. Est plane vtriusque sententia eadẽ, quanquã verba dissimilia videantur. De salutatione beatæ Mariæ hæc tenet.

Iudi. 6

Tho. 12

¶ Et

in festo Visitationis.

100

¶ Et Elisabet repleta est Spiritu sancto, & Textus. exclamauit dicens. Benedicta tu inter mulieres & benedictus fructus ventris tui. Prius Spiritus sua gratia impleuit Ioannem iuxta illud Gabrielis ad Zachariam. Replebitur Spiritu sancto, adhuc ex utero matris suæ. Id que gestum fuisse, exemplo vt Maria salutauit cognatam suam, nemo est qui ambigat: nam hoc Lucas ipse insinuat. Alioquin Elisabet non diceret: vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in gaudio in utero meo. Deinde mater repleta est Spiritu sancto, quod elogium non vulgare est, sed omni laude & honore dignum. Tanquam ex redundantia gratiæ in Ioanne, ad matrem suam dimanaret. Exclamat non tam voce grandi, quam ingenti affectu. Verum si philosopho credimus, & experimento non reluctamur, ea quæ sunt in voce, notæ vel simulachra sunt earum passionum, quæ menti adherent. Magni ergo affectus insigne in Elisabet indicat hæc exclamatio. Voce magna clamauit: nec mirum quoniam in ventre vocem illam portabat, de qua Esaias, Vox clamantis in deserto, parate viam Domini. Itaque qui clamare in deserto

Esa. 40

N 4 suo

Declamatio quinta

suo tempore coeperat, nunc infans in vtero
 vociferatur voce matris suæ dicens. Ecce
 Deus vester, ecce Dominus in fortitudine
 veniet: vt idem vates vaticinatus fuerat de
 Ioanne: Benedic̃ta tu inter mulieres. Sanè
 vt iam tetigimus, virgo intacta præcellit om-
 nes mulieres quas vetus testamentum mi-
 rum in modum laudat. Iahel occidenti Si-
 faram ducem regis Chanaam, dictum est.
 Benedic̃ta tu inter mulieres Iahel. Ad Iu-
 dith Holophernem perimentē Bethuliæ ci-
 ues clamāt. Benedic̃ta tu filia à Domino ex-
 celsō præ om̃ibus mulieribus super terrā.
 Er ad eandem loquitur Ioachim sacerdos.
 Benedic̃ta eris in æternum. Habeant sanctę
 illæ mulieres suum honorem ob tot victo-
 rias adeptas: multo maiori honore æstimā-
 da est Deipara Maria, vt quæ maioribus do-
 nata sit donis, & quæ maiorem mundo at-
 tulerit vtilitatem. Ita est, Maria quempiam
 hominum non interfecit, sed nobis peperit
 Saluatorem, qui vita æterna est: nō tulit spo-
 lia à deuctis tyrannis, sed antiqui serpentis
 caput fregit, sicut de ea prophetatum erat.
 Magis ergo virgini quam alijs fœminis cō-
 petunt verba hæc. Benedic̃ta tu inter mu-
 lieres, ob illustria facinora eius. Hinc san-
 ctus Bernardus benedic̃ta tu inter mulie-

N res,

in festo visitationis.

101

res, quia non potest mala arbor bonos fru-
 ctus facere, nec bona nisi bonum fructum ho-
 dare. Benedic̃ta, quæ maledictionem gene-
 ralem euasisti qua dictum est. In tristitia,
 paries filios tuos, similiter & illam qua di-
 ctum est. Maledic̃ta sterilis in Israel. Con-
 secuta es benedictionem, vt nec sterilis ma-
 neas, nec cum dolore parias. O verè benedi-
 c̃ta quæ illum genuisti in quo benedicen-
 tur omnes gentes. Benedic̃ta tu & singula-
 riter benedic̃ta, quæ es virgo cum fœcundi-
 tate, & mater cum virginitate. O inter om-
 nes mulieres benedic̃ta, & maiori benedi-
 ctione insignis. Iuxta illud. In multitudine
 electorum habebit laudem, & inter benedi-
 ctos benedicetur. Benedic̃ta ab angelo, Eccl. 24
 quia triumphātem ecclesiam reparasti, be-
 nedic̃ta ab Elisabeth, quoniam ecclesiam
 militantem, seminecem, & velut emortuā
 viuificasti, vitæque autorem nobis peperisti.
 O suaue & omni mellita dulcedine
 mellitius verbum, benedic̃ta tu inter mu-
 lieres. Vtinam ab ore nostro nunquam re-
 cederet fratres, indefessè almam Dei geni-
 tricem vbique laudantes. Est quidē ma-
 ior omni laude, vos eam laudate quantum
 potestis, vt ecclesiasticus scitè nos commo-
 nē facit. Eccl. 43

N-5 ¶ Et

Iudi. 5

Gen. 3

Declamatio quinta

Text. ¶ Et benedictus fructus v̄tris tui. Plus ad-
didit mulier sancta, virgineum fructum be-
nedicendo, quam angelus Gabriel, tantun-
dem dicens: benedicta tu in mulieribus: ra-
tio, quia nondum filius Dei homo factus
fuerat. Hinc lucidè apparet, vt omnes lite-
ris candidati testantur, quòd quã primum
sacra virgo ore suo benedicto dixit, ecce an-
cilla domini, fiat mihi; secundum verbum
tuum: omnipotès verbum Dei à regalibus
sedibus venit, & homo factum est. Obser-
uandum h̄c est, quod Mariam benedictã
inter mulieres dixit, quasi cum moderami-
ne, & limitatione loquens: At contra vbi
Iesum fructum benedictum ostendit, ab-
solutè loquuta est. Verum fructus hic bene-
dictus ille est, de quo vates regius in psal-
mo. De fructu ventris tui ponam super se-
dem tuam. Hic fructus nimius est, quem
arbor illa magna quã vidit rex Nabucho-
donosor protulit, vt esca esset omni carni,
imo, & angelorum cibus existeret: nam pa-
nem angelorum manducat etiam homo.
Hic denique suavis & benedictus fructus
in arbore vitæ pendebat, cui caterua pue-
rorum Hierosolymis caneant voce sono-
ra tonantes. Benedictus qui venit in nomi-
ne domini rex Israel. Cæterum vt Orige-
nes

Nota.

Ioan. 12.

in festo visitationis.

102

nes notat, fructum ventris virginis Christū
dixit, quia nequaquam ex viro sed ex sola
Maria processit. Nam qui semen sumpse-
runt à patribus, fructus eorum existunt &
nuncupantur. Iuxta illud. Sara pariet tibi
filium. Et ad Zachariam idem angelus lo-
quutus est. Iam Eutitius & eius complices
obmutescant erubescences, omnesque cõ-
menta fingentes taceant, ac in vero virgi-
nis partu discant, Christum ex substantia
Mariæ esse conceptum. Fructus vtiq; eius-
dem naturæ est cum planta, sic & virgo
cum secundo Adam; qui tollit peccata
mundi. Alioqui spiritu sancto repleta Eli-
sabeth non diceret. Benedictus fructus ven-
tris tui. Vos obsecro charissimi frequen-
ter fructum hunc edite, ad sacrum alta-
re digne accedentes, vos ipsos proban-
tes vt admonet Apostolus. Id que non
modo fiat per contritionem, Sed per sa-
cramentalem confessionem, vt sanctum
concilium Tridentinum præcipit. Ac-
cipite precor manna hoc calicum ab-
sconditum, quod planè nemo nouit
nisi qui accipit. Comedite amici &
inebriamini charissimi, clamat spon-
sa. Gustate fratres, gustate & vide-
bitis, quam suavis sit fructus hic pul-
cherrimus

Nota.

**Euchari-
stia.**

Sap. 16. cherrimus, sine labore nobis datus, habens omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem, veluti sapiens de illo manna ait, quod fructum hunc benedictum adhibebat. Nunc addidit sancta mulier Elisabeth.

Text. Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Notandum quomodo ubiq; spiritus sanctus apparet: fulgoremq; humilitatis Christi emittat: in virgine efluxit, vbi se ancillam domini appellauit: & deinde in submissione, dum ad Elisabeth visitandam venire dignatur, tanquam suae dignitatis oblita. Nunc splendet affatim idem spiritus in Elisabeth, sese indignam profitente, vt beata virgo ad eam veniat. Quippe quae velut stupefacta ait. Vnde hoc mihi, vt mater domini mei veniat ad me? Hoc est: qua iustitia: quibus factis? Quibusue meritis, tantum munus mihi datum est? Non ignorans diuini muneris hoc esse, sed admirata virginis modestiam & humilitatem, interrogauit. O vos filij Aedae heredes superbiae eius, quique insigni arrogancia turgidi inceditis, humi prouoluti, discite humilitatem. Agite nunc oro, & margaritam hoc quauis gemma pretiosius emite: tum egregiae virginis, tum Elisabeth humilitatem admiri

Nota.

admirantes imitantesque. Proh nefas, alios humiles fore cupimus, nos autem non ita: placet vehementer in ceteris, quod in nobis ipsis habere displicet. Quam ob rem plaraque humilitatis habentes exempla, nihil meliores aut modestiores sumus. Vultis alios humiliare, date operam vt humiles sitis. Verum Elisabeth videns Mariae deiectionem, magis ac magis se deiecit, indignam se existimans tanti beneficij impensum. Quis aded demens, vt ignem igne extinguere, iram iram sedare conatur? Huic superbus per omnia similis, aliorum superbia, sua arrogantia conatur euincere. Quid obsecro inanius aut execrarius dici potest? Felix & nimium felix, qui cum regali citharcedo coram arca domini saltante ait. Ludam & vilior fiam ante eum qui elegit me, & ero humilis in oculis meis. Parui refert fratres si tantum modo in oculis hominum humiles simus, si omnium ore modesti praedicamur, nisi in oculis nostris verè humiles simus. Iuxta illud saluatoris nostri dicetis. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Ecce vbi radix huius praeclaræ virtutis sita sit, in corde quidem. Ceterum immaculatam virginem matrem domini appellat. Vnde hoc nosti o mulier sancta: quis

Humilitas.

Fides.

quis tibi abditissimum hoc arcanum reuelavit: quis vteri tumor in virgine, illud indicavit? O fidei sanctæ excellentia, quæ tam lynceos habes oculos secreta Dei penetrans. Hæc profectò est victoria quæ vincit mundum, fides nostra charissimi. Hæc pannis inuolutum adorat in præsepio iacentem saluatorem, hæc fides aquilino obtutu in cruce pendentem digito ostendit filium Dei, etsi inter iniquos, & sceleratos fures reputatus fuerit. Hæc denique latronis mentem illuminauit, vt regem Christum Iesum adoraret clamaretque. Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Enim verò, hac fide illustrata, & spiritu sancto docente, Elisabeth matrè Dei Mariam prædicauit, quo omnes domestici illius domus, magno honore posthac eam reuereantur, inseruiant, & laudent. Vnde ho. i. sup. sanctus Bernardus iure optimo ait. A secumissus. lo non est auditum, vt aliqua simul mater esset & virgo: quod & si cuius mater attendas, quòd te tua super eius mirabili celsitudine ducet admiratio? Nonne ad hoc, vt te videas nec satis posse admirari? Nonne tuo, imò veritatis iudicio, illa quæ Deum habuit filium, super omnes choros exaltabitur angelorum? An non Deum & dñm cherubim

cherubim Maria suum appellat filium? Filii vinum non habent, ait in nuptijs? Et iterum fili quid fecisti nobis sic? Quis angelorum hoc audeat dicere? Qui facit angelos spiritus, & ministros suos ignem vrentem, de angelis scriptum est, de Maria verò. Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Merito eam matrem Dei esse profiteatur. Vbi sanctus Basilius explicans illud angeli ad Ioseph: quod in ea natum est de spiritu sancto est. Hinc deprehēdi licet, quod non secundum cōmunem modum carnis constitutio dñi fuit: conceptum namq; illico perfectum fuit, nō p̄ interualla paulatim formatum, vt planè verba angeli declarant. Nō enim dicit: quod in ea conceptum est, sed quod in ea ser. nati. natum est. Probat per pulchrè. S. Tho. 3. p. q. Christi. 33. arti. 3. Taceo hic rationes quas theologi afferunt ad suadendum q̄ virgo Maria vera fuit mater. Népe ipsa ex purissimis sanguinibus Christum Iesum genuit, eam ob ré here Scorus. 3. d. 3. ricum esset hoc negare. Sed priusquam digrediamur, libuit paucis de hac sublimi dignitate virginis admonere. Tria sunt fratres, quæ meliora à deo fieri nullatenus potuerunt. primū est gloria hominis, quæ quæ de visio beata ipsius Dei est. Hinc beatus Augustinus S. Tho. visio est tota merces. Et saluator noster ait. p. i. q. 25. Hæc art. 6.

Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deū verum. Secundum, quo melius esse nequiuit, est humanitas Christi: quippe quæ vnita est verbo Dei, & ideo perfecta, qua perfectior alia non poterit esse vnquam. Poterit Deus, aliam æquè perfectam creaturæ, si placuerit illi, quāuis non faciet: non tamen humanitatē Christi alia melior erit. Tertium, quo melius nihil esse potest, dignitas Mariæ est, quoniā melioris filij melior aut excellentior est mater. Virgo sancta est mater optimi filij, hoc est, patris omnipotentis filium genuit. Ergo dignitas eius excellentior esse non potuit. Quam quidem dignitatem creaturarum omnium præcellentissimam, Elisabeth spiritu sancto plena, mūdo nunciauit. Quando quidem, titulus hic magnus, vt oceanum mare est, omnia flumina absorbens. Si dixerō virginem sanctam, virginitatis speculum, normam disciplinæ, speciosam oliuam in campis, turrem Dauid è qua mille clypei pendent, omnisque armatura fortium. Si cedrum in libano exaltatam nuncupauero, Mariam, recte loquar. At qui dum matrem Dei eam appello totum dico: & angelos ac totam ciuitatem Ierusalem quæ sursum est latifico. Vos fratres frequentissime Mariam, Deiparam

Nota.

Cāti. 4.

param vocantes totis medullis cordis, toto que nisu eam inuocate. Non vocata ad cognatam venit, quo nam pacto deuotus suis si pie orauerint, non aderit? Qua adueniente fieri non potest quin dicatis illud sapientis. Venerūt omnia bona mihi pariter cum illa. Quæ nimirū bona sentiens Elisabeth, non potuit non exclamare. Vnde hoc mihi, vt mater domini mei veniat ad me.

¶ Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in gaudio in vtero meo. Quantæ virtutis fuerit virginis Mariæ saluatio palam facit eius cognata, admirationis vocabulo vtēs. Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis. Perinde ac si dicat: non tantum quæ dixi, de tua mirabili dignitate à spiritu sancto edocta cognoui, sed quod plus admirationis habere videtur, puerulus in vtero meo gauisus est. Dictio græca sic habet: saltauit. Quando quidem Plinio teste, lib. 7. cap. 8. puer in vtero sic conglobatus est, vt nares inter genua habeat. Qui vt sentire incipit semper dormit. Itaque Ioannes ad vocem Mariæ virginis statim excitatus, gratia Dei cum sanctificante, gestiens in occursum regis sui erumpere. Par erat vt exultaret vinculis peccati originalis solutus.

Text.

Nota.

Declamatio quinta

Pfal. 50 rus. De quo Dauid gembundus ait. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & peccatis concepit me mater mea. Sed de hoc grandi malo, in festo conceptionis virginis cumulatius tractauimus: nec fuit more pecudis exultantis & subsaliētis in agro, sed ratione vrentis. Quo priuilegio insignitus fuit Ioannes, quando gauisus est in utero matris. Quo nam modo exultatio hæc tam inaudita facta sit, si mihi conjectari liceat in re tam obtrusa, pro modulo meo dicam. Princeps medicorum Arabum Auicēna de generatione embrionis lib. 2 o. c. 3. sic ait. Filius in utero matris existens, faciem habet versus tetra matris. Dum ergo matres miscerentur in amplexus, & se proprijs nominibus saluauerunt, Ioannes faciem vertit ad Iesum adorans saluatorem, & quasi amplexari illum volens. Mira res, sub velamento vteri, antequam natus Ioannes prophetat dicens. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iam velut perfectus vir digito ostendit Messiam venisse: quem tamen verbis salutare nequiuit, nihilominus gliscens gaudio prophetico recognouit. En ipse stat, ait post parietem nostrum, en dilectus meus loquitur mihi per os virginis perto-

Auicēna.
na.

in festo visitationis.

106

nantis. Anima mea liquefacta est, vt Canti. 5 dilectus loquutus est: igne sui amoris flagro, & dulcedine miræ suauitatis eius liquefco: imò cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Hæc & multa id genus dicebat amicus sponsi, stans & gaudens ad vocem eius. Nimirum fratres res de qua loquimur exuperat omnem intellectum: excellit mentis nostræ cogitationem Quis vnquam tale audiuit. Quis vidit tripudium antiquius ortu? Olim propheta vocabatur videns, & quidem aptè, quoniam quæ futura erant videbat domino reuelante. Ecce plusquam propheta Ioannes, antequam natus videret Christum Iesum quæ adorauit: & vt quodam de Dauid prophetarum eximio legimus, ante arcam domini tripudians saltauit. Arca deifera mater Dei sancta erat quæ in aluo sua manna mellissuum, & panem viuum qui de celo descenderat portabat. O beatum virum, o plusquam prophetam, quin & lex & propheta vsque ad Ioannem, ante quam precedas saluatorem te ipsum precedis? Ante ortum iam ministerio tuo potiris? Antequam humum teras caelum perambulas? Imò an requam mundum vnicas & eremum petras, te ipsum vicisti. Felix nuntius qui prius

i. Re. 9.

Nota.

Declamatio quinta

Ione. 3. gestiuit nunciare dominum suum, quam nasci: impariens legatus qui ante peruenit ad regem, quam ad ortum. Nempe Ionas in ventre ceti inuocauit dominum, gratias ei agens: Ioannes in utero matris, vir strenuus pro dono sibi impenso, pro gratia sibi data, grates refert ingentes Christo Iesu & matri. Sanè certabant gemini, Esau & Iacob in aluo matris suæ Rebecæ, & inter angustias utri velut in campo pugnabant, duorum populorum typum gerentes: sed longe hoc tripudium, duello illo mirabilius, & sacratius. Ibi pugna natalis, hic amor: ibi certamen, hic gratia: ibi dissidium, hic fœdus. Quid plura? gemelli in utero certabāt, hi tripudiant: illi nescientes præliabantur ij verò multò feliciter festiuam cordium letitiam agunt, & amicitiam quam inierunt optime sciunt. O cordatos viros, o pueros discretissimos, infantes dixerim an gigantes ignoro? quando quidem ante cunabula viros dico. Alter gratiam infundens in altero, alter ut par erat, infusam ab altero recognoscens. Ecce qua de re festinanter Christus venit, nō longas inducias, non prolixas pertrahens moras, ut præcursorē suum sanctificet, & ex filio iræ filium Dei efficiat. Profecto non est sermo, non lingua quamlibet

in festo visitationis.

107

libet diserta, quæ præludia hæc, futurorum gaudiorum enarrare valeat. Oremus fratres ut saltem, guttulam tanti gaudij valeamus degustare. Vos intra mundi huius ærumnas tanquam in utero clausi, quotiens gratias agentes Deo gaudetis, Ioannis instar tripudiantes, Christum Iesum adoratis. Gaudere & exultate (inquit) quia merces vestra copiosa est in calis. Et iterum: Morali-gaudete & exultate quia nomina vestra scripta sunt in calis. Nonne velut in utero clausus exultabat, vincula & carceres equo animo sustinens, qui dicebat: superabundo gaudio in tribulationibus meis? Eodem attinet, quod beatus Lucas narrat: ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ecce holocaustum gratissimum Deo, si in paupertate, in probro, infirmitate patienter agamus, laudantes Christum Iesum, qui nos vnice amat, & in hac vita flagellat, ne cum hoc mundo damnemur, ob oculos iugiter habentes illud Pauli: scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum: etiam delicta, è quibus cautiore & humiliores cōsurgimus post lapsum. Iuxta illud: priusquam humiliarer, ego deliqui. Ait ergo

Morali-
tas.

Acto. 5.

Rom. 8.

Declamatio quinta

go Elisabeth subnectens.

¶ Er beata quæ credidisti · quoniam perficientur ea , quæ dicta sunt tibi à domino. Perfectam Mariæ virginis fidē patefacit: & quia minimè dubitauit , idē fidei fructum cōsecuta est, vt diuus Ambrosius inquit. Obseruandum vel maximè hic existimo, quanta sit spiritus sancti virtus: qua Elisabeth prædita, tum de præterito, tum etiã de presenti & de futuro variatur. Mariã credidisse angelī promissionibus agnouit: & matrem domini nominat: sic Hebræi solebant appellare Deū. Tandem futura prædixit perficienda : compendio cuncta loquuta est: ac si dicat, vt ab angelo didicisti, decursis nouem mensibus p̄ries virginitatis pudore seruato. Nā cælum & terra tranfibunt, verba autem domini, transire non poterunt. Vel si placet, sic explicare possumus hoc: quæ dicta sunt tibi à domino: multa sunt & magna, quæ Gabriel nūtiavit: sed eadem ac plura alia Deus loquebatur in corde Mariæ. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, dicebat propheta: imò nisi Deus loqueretur in mente virginis sacratæ, frustra angelus loqueretur in aure. Patui refert si prædicator foris p̄sonet, quando intus Deus quæ dicta sunt nō suggerit.

Psal. 84

Vnde

in festo visitationis.

108

Vnde Apostolus humilitatis cōcionatores admonet. Neq; qui plārat, neq; qui rigat, est aliquid, sed qui incremētū dat deus. Eodē 1. Cor. 3. pertinet, quod saluator ait: nō estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Verū nisi spiritus sanctus in nobis loquatur: vt esonās, aut cymbalū tinuens erimus cōcionantes. A ductendū autē est, ne forsitā versuta & demētia quorūdā hæreticorū quis decipiatur, quod fides credētes beat, si asseclas suas habeat, spem & charitatē. Nec abs re scriptū est: beatus vir Psal. 33. qui sperat in eo: & rursus, beati immaculati in via, qui ambulāt in lege dñi. Beata virgo Maria quæ credidit, & toto corde dilexit dñm: atq; beati fideles oēs qui nō viderūt & crediderūt, si credētes charitatē habuerint, implētes mādāta dei. Si hæc scitis, Ioā. 13. beati eritis si feceritis ea, ait saluator n̄r. Cū ergo charitas sit forma fidei & aliarū virtutū: nemo sibi blādatur, dicēs credo, volens in mortali culpā cōsistere. Nā demones credūt & cōtremiscūt. S. Tho. 2. q. 4. ar. 3. Vultis fratres vt perficiātur quæ p̄missa sunt nobis à Deo, credētes eū diligite, & diligētes pro vestra virili mandāta eius q̄pere adimplete. Hastenus audistis Elisabeth virginis beatissimæ elogia cōcinentem: nunc Dei-

o 4

param

Text. param laudes Dei per tonantem audite, & omnia in gloriam conditoris referentem.

¶ Et ait Maria: magnificat anima mea dominum. Nō oblectata laudibus humilima Deipara, imò ægre ferens encomia quæ cognata eius deprompserat, silētium rampit, & magnificare dominū cœpit. Extat quidem sententia illa sapientis ore prolata: sicut aurum probatur in igne, sic vir iustus in ore laudantis. O quantum absumus ab hac perfectione, qui laudibus hominum inhiamus, nullum non mouentes lapidem, vt non nihil honoris laudisue, possimus vēdicare. Eam ob rem probra & ignominias longe lateque fugimus, pro Christo Iesu nec tantillum iniuriæ subire volentes, quia maximopere honori & adulationi incumbimus. At contra virgo prudentissima vt pote humilis valde, pro laudibus sibi præstitis vicissim cognatam non laudat, sed magnificat eum à quo cuncta profluunt bona. De quo sanctus Iacobus: omne datum optimum & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum. Ecce charissimi fons perennis & inexhaustus, ecce oceanum ex quo cuncta beneficiorum flumina in cælo & in terra dimanant. Intrent & redeant ad suum locum

Nota.

Eccl. i.

cum, vt iterum fluant. Gratias agamus Deo pro donis nobis collatis, vt maiorem in modum in nobis accrescant augeanturque. Sin verò ingratis fuerimus, ventus vrens & siccans fontem misericordiæ ingratitude est, beato Bernar. teste. S. Tho. S. Ber. 22. q. 20 6. ar. 1. Hinc Seneca ait: ingratus est qui beneficium non reddit cū vsura. Hæc gratitudinem nobis commendans Deifera Maria cantare cœpit. Magnificat anima mea Dominum. Non hunc vel illum, sed Dominum dixit: ipse nāque solus Dominus est, qui ait: Ego Dominus & nō est Esai. 45 alter. Hic verè Dominus est, in cuius ditio ne cuncta sunt posita, & non est qui voluntati eius possit resistere. Hic inquam solus est, Rex regum, & Dominus dominantium, vt beatus Ioannes asseruit. Is planè nos ex Apoca. 3 nihilo creauit: is nos ab hoste improbo Zabulo redemit: is nos tot beneficijs ditauit, incolumitatem & vitam præstitit. Quas ob res dignum erit, vbilibet illum toto pectore laudare, candido corde diligere, atque modis omnibus magnificare. Beatum dixerim hominem qui cum regali Propheeta semper clamat, angelos, & omnia quæ cali ambitu continentur inuitans. Magnificatè Dominum mecū, & exaltemus no-

O 5 men

Declamatio quinta

men eius in idipsum. Vbi pulchrè sanctus Augustinus inquit: Quis est iste qui exhortatur vt cum illo magnificemus Dominũ? Quisquis est in corpore Christi fratres, ad hoc debet dare operam, vt magnificetur cum illo Dominus: amat enim Dominũ, quisquis iste est: Amat vt nõ inuideat coamatori suo: non vt amatores carnis cum zelo pestifero amant. Nolo solus magnificare Dominũ, ait David sanctus: nolo solus amare & ampiecti: Excitate amorẽ in vobis fratres, clamate unicuique vestrorum, & dicite: Magnificate Dominum mecum. Sit obsecro in vobis iste feruor: si amatis Deum, omnes rapite ad amorem: rapite eos ad fruendum, & clamantes dicite. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Gracẽ habetur in vnum: in vnitatem fidei & ecclesiæ exaltemus nomen eius: hæc ille. Nec absimile est canticum hoc mirabile quod tympanistria nostra Maria Dño cecinit, & nobis orthodoxis miro ordine composuit: vt quotidie sæpe numero cum illa Dño canamus, eum magnificantes. Maria illa soror Moysi & Aaron mare pertransito & exciccato, Pharaone ac exercitu eius pelagi undis submerso, tympanum accipiens cantare cœpit: Can-

S. Aug.

Nota.

Exo. 15

in festo Visitationis.

110

cœpit: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est. At Maria nostra quam lepra peccati nulla tetigit vnquam, aliud canticum hoc canticorum omnium præcellentissimum cantauit: gloriofior quidem victoria parata est, vbi Deus homo factus diabolum suo sanguine peremit. Triũphus longe illustrior vbi morte expuncta, Satanę imperio superato, homines liberantur. Sed quæstio iam animum pulsat. quoniam modo magnificare potest creatura suum creatorem? In psalmo legimus: Magnus Dominus & laudabilis nimis. Nonne si philosopho credimus, infinito nihil addi potest? Magnitudo Dei infinita est, igitur magnificari nequit. Vbi sanctus Augustinus sermone secundo de assumptione Mariæ: magnificatur Deus à nobis, cum magnificari dignatur à nobis: dum magnum adoramus & admiramur. Credendo Deum concipimus, prædicando siue laudando parimus, amando magnificamus, hoc est magnum ostendimus. O fratres quam paruus Deus est in nobis, dum quæ mundi sunt tantopere diligimus, & illum spernimus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent continere

Psal. 95

S. Aug.

Ierem. 2

ncrẽ

Declamatio quinta.

Origenes.

nere aquas: ait Dominus. Magnificamus Deum quando mundalia relinquentes, illum toto corde amamus. Exaltamus Dominum, vbi in corde nostro thronum ei paramus. Huc pertinet quod Origenes dicit: Si considerem Deum Salvatorem imaginem esse inuisibilis Dei, & animam creatam ad eius imaginem: tunc videbo quoniam exemplo eorum qui imagines depingere solent, quando magnificauero animam meam cogitatione sancta, sermone & opere, tunc imago Dei grandis efficitur, & ipse Dominus cuius imago est, in anima mea magnificatur. At cum imago summi Dei, qua insignita erat sacra virginis anima esset valde perfecta, eam ob rem clamauit: Magnificat anima mea Dominum. Quid quod magnum fecit Maria Dominum in ytero suo illum generando ac nutriendo: Sanctus Basilius inquit. Virgo sancta intentione sublimi, ac speculatione profunda, immensitate mysterij contemplans, quasi profundius gradiens magnificat Deum. Vbi qui cum Salomone dicunt, magnificauit opera mea: & cum superbis clamant: Linguam nostram magnificauimus, labia nostra à nobis sunt: quis noster Dominus est? Ecce belluarum more vident

Eccle.

in festo Visitationis.

III

videntes, Deum esse negant, quem caeli & terra laudant. Equidem eod dementiae deuenerunt, vt Deum fore abnegent, quem absque fide, Ethnici philosophi omnipotentem profitebantur. Nos autem cum Deipara nostra Deum duntaxat exaltemus in corde nostro & eum magnificemus.

Psalm.

¶ Deinde subnectit alma Deigenitrix, ad spirituale gaudium nos inuitans. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Anima & spiritus non diuersa sunt: sed spiritus corpus animando, anima appellatur: quando autem aeterna contemplatur spiritus vocatur, in ijs delectatur & gaudent. Vbi beatus S. Ambrosius: Sit in singulis Mariae anima, vt magnificet Dominum: sit in singulis Mariae spiritus, vt exultet in salutari Christo Iesu. Quam optimè Anna Samuelis mater canebat. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabo in Deo Iesu meo. Satagite vos fratres, & post hac ne exulteris in mundo, & eis quae mundi sunt: transit sane mundus & concupiscentia eius: aduolant diuitiae: fugiunt honores: breui admodum labefactantur, ac dilabuntur visibilia haec. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete: vt pulchre hortatur Apostolus. Si Phil. 4
gnanter

Textus.

S. Amb.

Re.

Phil. 4

Declamatio quinta

gnanter ait in Domino, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio: imò idem ipse est & anni eius non deficiunt. Verum hac lætitia spiritali, nihil dulcius, nihilque ad expugnandas aereas potestates fortius, aut terribilius. Ingemiscentes planè philistin dicebant olim, arca Domini castra Israel a deunte, & Hebræis exultantibus. Vñ nobis, non enim tanta exultatio fuit heri & nudius tertius: Vñ nobis quis liberabit nos de manibus eorum. Arca Domini iam venit, in qua sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Mater Domini nobis adest, filium Dei gestans in utero: equidem heri & nudius tertius tam ingens lætitia non fuit: in lege naturæ, aut scripturæ Deus homo factus non est: in lege gratiæ tam immensum est nobis donum præstitum: idèò gaudeamus cum Maria: die noctuque concinamus, exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

1. Re. 4

Iob. 21

Proh dolor fratres, quam sunt multi qui gaudent inaniter, ad sonitum organi adulationibus acquiescentes, ducuntque in bonis vitam suam, & in puncto ad infernum descendunt. O dementiã execrabilem, ô cæcitatem quauis vanitate

tate

in festo Visitationis.

112

rate infeliciorem. Latantur cum male fecerint, & phrenetici instar exultant in rebus pessimis. Quorsum Saluator noster vinum myrrhatum bibere noluit in cruce pendens, nisi vt nos doceat mundi gaudia subdola contemnere? Quandoquidem plus habent fellis & absinthij quam mellis. Dicente Salomone. Extrema gaudij luctus occupat. Latamini in Dño, & exultate iusti admonet Propheta charissimi, in ipso lætemur vbique, in quo gaudent angeli, exultant cherubim, tripudiant omnes sancti dicentes: Magnificat anima mea Dominum, Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Nonne hoc est canticum nouum, quod in Apocalypsi Io-

Nota.

Prou. 14

Apo. 14

Hier. 31

annis legimus calorum cruces accinuisse? Et cantabant quasi canticum nouum: equidem nouum, quia nouum creauerat Deus super terram, & mulier fortis Maria circudedit virum, utero gremij sui, iuxta Hieremiæ vaticinium.

¶ Superest fratres, vt cum sacra virgine surgamus, & surgentes in montana virtutum conscendamus, vocem Apostoli Ephes. 5 audientes. Surge qui dormis, resurge à mortuis, & illuminabit te Christus: Surgamus quam ocysime oportet, iuxta illud

Ne

Ne tardes conuerti ad Dominum, nec differas de die in diem. Quique postquã surrexerimus, vt boni exploratores in montana ascendamus, non gradu testudineo ambulantes sed cum festinatione. Spiritu Dei rapti festinemus ingredi in ciuitatem Hierusalẽ, quã sursum est. De qua Esaias ait. Cuius ignis in Siõ, & caminus ignis in Hierusalem. Ibi rogius magnus amoris Dei & proximi ardet, flammas mirabiles mittens: ibi ignis igne nutritur, non lignis vt in hac Sion, id est specula. Ad hæc maria virginis humilitatem sequamur, inuicem nos salutantes non verbis profanis quã nullius sunt momenti, sed eloquijs sanctis & oratione, vt orthodoxos Christi discipulos decet. Alter alterius onera porrant, alterutrum nos adiuuemus, pietatis opera præstantes: quia vniquequẽ madauit Deus de proximo suo. Quin, vt commonefacit nos Apostolus, inuicem sumus membra. Denique cum Deipara canamus canticum nouum, nouam vitam inchoantes, de pristinis peccatis veram penitentiam agentes: quo magnificare Dominum valeamus, perficientes imaginem eius quã in nobis ante hæc sceleribus propemodum innumeris erat facta data. Tunc profectò spiritus noster gaudio cæli-

Eesai. 31

Ecccl. 17

dio cælico perfusus exultabit in Deo salutaris nostro Christo Iesu: Quippe qui sua gratuita dignatione nouit amantes se laetificare, tum in carcere, tum in flagellis & probris quamlibet magnis, veluti de Apostolis nuper trime iniurijs plurimis affectis diximus. Nouit insuper suos sectatores & matris suã sanctissimã cultores, magnis ditare muneribus, mirificis donis decorare, gratiaque sua illos sanctificare: Cui sit honor & gloria cum patre, & paraclito, per secula cuncta, Amen.

¶ Appendices annotationes aliquot.

¶ Quam primum virgo Maria cõcepit filium Dei, surrexit consolari & inferuire cognatã prægnanti. Ita & nos vbi desiderium bonum concipimus, demus operam illud implere. Vnde Esaias inquit, à timore tuo concepimus, & quasi parturimus spiritum salutis. Er iterum cõsurge consurge induere fortitudine tua Siõ. c. 52. Quin & Michæas ait, surgite, ire quia non habetis hic requiem. c. 2

¶ Secundo, spiritu feruentes admonet Apostolus simus, in mandatis Dei explẽdis, iuxta illud prouerbiorum. 4. Viam sapientiã monstrabo tibi, & ducam te, per semita-

Declamatio quinta

tas æquitatis: quas cum ingressus fueris, nõ arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Et sanctus Paulus festinabundos nos esse cupiens, clamat. Sic currite, vt comprehendatis: quod non de corporali festinatione, sed spiritali intelligi oportet.

¶ Tertio ascensiones in corde nostro disponamus ad montana ascendentes. Psal. 83. Ne quod absit in valle calamitosa mundi huius pereamus. Vnde angelus ad Loht dixit. In monte saluum me fac. Virtus namque circa difficilia versatur. Ethic. 2. Erit autem rem ingens nefas, si quis retro aspiciat, vt leuitate quadam commota vxor Loht fecit, quæ statim alto Dei iudicio animaduersione fuit percussa, & in statuam falis conuersa. Quo sale homines condiantur, trementes, & mandatũ Dñi haud prætereuntes: hæc S. Augustinus super Genesim.

4. ¶ Quarto seruire fratribus nostris potissimè ope nostra indigētibus, minime cõtemnamus, corã semper habētes oraculũ Saluatoris. Quicũq; voluerit inter vos maior fieri, erit vester seruus. Et rursus: Filius hominis nõ venit ministrari sed ministrare. Matth. 20. O superbiam nostram stupendam, quæ tali, ac tam forti medicamine indigebat, ne

in festo Expectationis.

114

bat, ne dicam tam pretioso antidoto hactenus curata, nec prorsus sanata.

¶ Quinto, qui magnificare Dñm affectat, & in illo exultare, is pro sua virilitate renouare spiritum mentis suæ, vt pulchre Apostolus docet. Studeat que sumopere, Ephe. 4. veterem hominem spoliare, & nouũ multiformi virtute induere. Quo imago Dei Colof. 3. in mente nostra manu Dei depicta perfecta sit, in qua Deũ ipsum vehementer magnificam⁹, eũ laudātes, atq; magnũ esse regē, alijs indicantes. S. Tho. 1. p. q. 93. arti. 6.

IN FESTO EXPE- CTATIONIS DEL- feræ Mariæ declamatio sexta.

THEMA.

¶ Saluatorem tuum expectabo Domine. Gene. 49.



Olennitas hodierna charissimè saluberrima est, & alacritatis & gaudij ingentis plena, sed magnã præ se fert difficultatem. Nam cum in alijs diebus de

P 2 miri-

Declamatio sexta

mirificis operibus summi Dei festa recolimus, hodie de cogitationibus feruentissimis, & flammigeris matris Dei solēnia agimus. Verum si de vnoquoque sanctorū scriptum est: cogitatio eorum apud altissimum: quid de genitrice Saluatoris dicemus? Virgo Maria profecto ea est, de qua in canticis Salomon ait. Emissiones tuę paradisi. Verum eius cogitatio apud altissimum semper fuit, nil de diuitijs aut honore in corde suo meditabatur, nihil de hoc mundo in mente pertractabat, quin apud Deum & in Deo contemplatio eius flagrantissima immobilis cōsistebat. Quas ob res quicquid versabat in corde, ore suo promebat benedicto: quicquid agebat, & foris ostendebat in opere, emissiones paradisi erant. Quidni virginis cogitationes verba, & opera sanctorū redolerent, cū paradisi & gloriam beatorum, & angelorum purissimo suo vtero portabat? deliciarum omnium paradisi est Christus Iesus, quippe qui latroni pendenti in cruce respōdit: Hodie mecū eris in paradiso. Stupenda res, plagis penē innumeris fauciatus, spinis acutissimis oblitus, clavis cruci confixus, & paradisi homini facinoroso pollebatur. Bone Iesu, thronus regalis patibulum,

in festo Expectationis.

115

bulum, diadema vepres, sceptrū imperij, ferrei clavi: vbi regnū quod spōdes? Verū dilectissimi regalis titulus cruci affixus, Saluatorem indicabat regē gentiū, & regū omnium principē palā faciebat. Quo attinet illud Ioannis in Apocalypsi Rex regum & Dominus dominantium. Rectē ergo ait, hodie mecū in paradiso, quasi dicat: Quāuis corpus meum tot sit vulneribus sauctatum, anima mea nihilo locius verbo Dei fruitur, cui humanitas mea vnita est. Et quā mors mea totius mundi est antidotū ac salus, eam ob rem non manes hodie, mecum Deū vidēs beatus eris: & in paradiso amoenissima quibusuis delicijs affluēs eris. Tenetis (ni fallor) fratres, quomodo intra viscera almę virginis Marię paradisi beatorū erat abscondita: cuius odorē mirabilē Elisabeth odorata, sese cōtinere nō valuit, quo min(clamaret: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. In arbore adhuc pendebat, & foris hac & illac fragrantiam suam balsami instar emittebat. O florem campi pulcherrimum Sapi. 7 lilium conuallium candidissimum, imò tu candor es lucis æternę, speculum sine macula, imago bonitatis illius. Ecce charissimi quem inclyta mater expectat nabulum,

Apoca. 3

Sapi. 7

sciturum dierum octo curriculo transacto. qua de re instanter orat, indefesse precationibus vacans, cum Iacob viro sancto saepe numero dicens: Saluatorem tuum expectabo Domine. Eo namque desiderium meum petit, affectus omnis eodem ire contendit, ut Iesum oculis meis videam, & Saluatorem meum adorem iam natum, & laete meo enutriam.

Gen. 49

¶ Labet primò lectionem euangelij, vel succincto sermone elucidare, quamuis in festo praesentationis inelytae Deiparae fufius euangelium hoc explicauimus: Ut deinde verba thematis Domino suffragare exponamus.

¶ Ait ergo beatus Lucas. Extollens quaedam mulier vocem de turba dixit: Beatus venter qui te portauit, & vbera que suxisti. Obseruandum maximè est, quomodo Deus optimus simplicibus arcana mysteria reuellet, quae superbos etsi literis candidatos, alto Dei iudicio lateant, scriptum est: Cum simplicibus sermone eius, non cum turgidis & se magnificantibus loquitur omnipotens: quique dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, in suis cogitationibus euanescentes: Ut vas electionis asserit. Excelsus planè est Deus, & humilia respicit & alta

Prou. 3

& alta à longe cognoscit: vbi sanctus Augustinus. Humilia munificèntissimus Deus respicit vt exaltet: alta inruetur vt deprimat. Imò si beatum Iacobum cõsulamus, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Eam ob rem Saluator noster peculiariter caelesti patri ingentes gratias egit, quod sacra incarnationis & redemptionis mundi à sapientibus mundi absconderit, & paruulis ea referarit. Superbi igitur pharisaei & scribae aduersantes, & veritati reluctantes, blasphemantesque de Christo Iesu, qui sua gratuita donatione, hominè à dæmonio saeuissimo infestatum subleuarat, taxare ac confundere eos volens Spiritus sanctus, foeminam de turba commouit, vt cunctis astantibus acclamaret, & hoc praerconio mirabili Christum Iesum honoraret. Quae neque timore inimicorum perculsa velut in aure, aut submissa voce id laudis dixit, sed extollens vocem suam exclamauit: Beatus venter qui te portauit. Verum quae contemptibilia sunt in u. 1. Cor. 1 di elegit Deus, vt fortia confundat. Quod quidem videre est in superbo rege Pharaone, quem Deus optimus non armis, non ferro, non magnitudine exercitus expugnauit: sed ranis, culicibus, ac mulcis,

Mat. 12

1. Cor. 1

- Exod. 8** minutissimisque animantibus. Verè mulieris huius audaciam, & fortitu dinem admirari non sufficio, quippe quam virisam auisim iure optimo appellare: cuius animus tam fuit fortis, ut plerisque hominibus tacentibus, quos Saluator suscitauit, & varijs morbis vexatos sanauit, sola hæc mulier infracto animo ausa est, tum filium, tum etiam matrem benedictam encomijs hisce magnificare. Quando quidem fortis est ut mors dilectio, dura velut infernus æmulationio. Pudeat nunc nos fratres, non Christum Iesum & matrem eius laudibus vbique efferre, & post hac exemplo nobis sit, felix hæc mulier imò virago, cui nimia & perfecta caritas foras misit timorem.
- Textus.** ¶ Caterum duo laudat potissimè in sacra virgine, ventrem & vbera. In primo virginitatem & integritatem, in secundo autè doctrinam mirabilem & immaculatam, quam nobis dedit Deipara, hæc mulier voce grandi collaudat. Magna sunt hæc & magna speculatione digna: Domino adiuvante adamussim ea referemus oportet.
- Cant. 4** Multis retro seculis Spiritus sanctus aluū beatæ Mariæ laudans in canticis dixit. Venter tuus eburneus, distinctus sapphiris. Vbi Ricardus de sancto Victore inquit: Venter dilecti

dilecti Christi Iesu, sunt boni coniugati, caste se habentes, & hoc mundo vrentes tamquam non vrantur. Ij non ut libidini satisfaciant, sed causa prolis generandæ, vel vitandæ incontinentiæ copulantur. Prima intentio habet meritum apud Deum, secunda verò veniam. Coniugati qui suæ voluptati inserviunt, videant ne sint diaboli mancipia. Raphael Thobiam docuit demonem potestatem habere super eos, qui coniugium ita suscipiunt, ut suæ libidini vacent. Quos redarguens David ait: nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Boni coniugati eburneus venter dilecti sunt Sapphiris circumuallati, cælestibus disciplinis imbuti superna contemplantes. Cogitantes quomodo placeant Deo elemosynis, precationibus creberrimis, in cunctis pro sua virili studentes mandata Dei adimplere: in carne quidem ambulantes, non tamen secundum carnem militant, sicuti suadet Apostolus. Atqui longè melius venter eburneus sapphiris distinctus virginitas vocatur: eo quod elephas castum animal & frigidæ naturæ sit. Adde quod ebur candidi sit coloris, quod cum ex carne sit ortum, carnis conditionem & fragilitatem exuperat. Quæ omnia accõ-

moda

Ricardus

Thob. 6

Ricord. de scõ Victor. sup cãti. cap. 38.

Virginitas.

Declamatio sexta

moda sunt virginitati, & maximè ei cōueniūt, vt cuiq; perspicuū est. Sapphirus lapis est, speciē sereni celi habēs: quid verò tā cęlicū vt virginitas? In cęlo ait dñs, neq; nubent neq; nubentur: sed eęunt sicut angeli. Cōtestatur hoc ipsum Apostolus: Mulier innupta & virgo cogitat quę dei sunt, vt sit sancta corpore & spū. In paradiso ait sanctus Hieronymus, Eva fuit virgo, nā virginitas replet paradysum, nuptię autē replent terrā. Vnde cōiugatis dictum est: crescete & multiplicamini, & repletē terrā. Beatus vĕter Marię benedictę, quia eburneus & immaculatus, sēmp integer permanēs. Felix plane alu°, in qua lōge melius quā olim, cęlicū ac mellitū māna, omnigenā dulcedinē cōtinens nobis orthodoxis seruatū est. O vas pretiosum, vas aureū, ornatū omni lapide pretioso. Nōne in vrna aurea Deus optimus māna illud ē cęlo dilapsū seruare pręcepit, ne obliuioni traderetur tā pręcellens, tāque nouū Hebrais impęsum beneficium? Satis erat, vt in argentea, ferrea uē vrna panis ille angelorū obseruaretur, veruntamē optimus Deus ita instituit, quō puritatem mirabilem sacrosanctę suę matris insinuaret, hoc typo.

¶ Quid plura fratres? pro hac virginitate

tuen

in festo expectationis.

118

ruenda, ac beatę Marię integritate defensa, Zacharias sancti Ioannis parens, in ter tēplum & altare occisus est, quemadmodū Origenes narat, homilia. 26. in Mattheum. Necnon, & diuus Basilius id ipsum, nonnihil fusius eādē historiā refert homilia illa mirifica. 15. quę edidit de Christi Iesu natiuitate, deq; illi° epiphania. Quādoq; de charissimi negare nō pssim, q̄ historiā illā euoluens, mēs ipsa passa est, magni amoris scintillas qualdā scētēs, magno q; affectu in almā virginē mariā rapta. Quāquā me clāmō sit, beatū Hieronymū, literarū diuinarū callentissimū aliud sensisse. Vñ facile quis agnosceret signū illud ppheticū, diuinę potētę esse mirabiliter ostēsū, reluctāte impio rege Achab idolorū cultore, q̄ dixit: nō petā, & nō tentabo dñm. Hoc est, vt verbū illud hebraicē exponi potest, nō glorificabo dñm. Vbi diuus, Hieronymus: nō est verbū pretatis sed impietatis, quod rex impi° dixit. Hoc est nouū illud oīm nouorū nouissimū, quod q̄ de tot retroactis diebus, Ieremias vaticinat° est. Mulier circūdabit virū. Nihil sublimius in hominū generatione, quā ex fœmina generari Deum. Nihil in partu mirabilius, quā fœminam parere incorruptam. Huc tendit quod euangelica nobis

pate

Orige.

Basilius

Esai. 7.

Iere. 31.

S. Hieronymus ad Eusto.

Exod.

Gen.18. patefacit historia. Non erit ait Gabriel, im-
 possibile apud Deum omne verbum: ego
 Deus omnipotens ait dominus. Quid ore
 reprobo obgannunt hæretici. Clamat vir-
 go præclara vt omnem dubitationē ex pe-
 ctore humano auferat, radicibusque eucl-
 lat: fecit mihi magna qui potēs est. Omni-
 potentiam operantis in me aspiciate, & me
 matrem & virginem collaudabitis. O mi-
 rabilem summi numinis bonitatem, blas-
 phemus Mahumetus, lib. 3. sui Alcorani, fa-
 tētur Mariam à spiritu sancto concepisse,
 & virginem peperisse Christum Melsiam,
 prophetam magnum, qui sanctitate & mi-
 raculis fulsit: non tamen dicit illum Deū
 fore. Profiteturque eū ascendisse in cælum
 & iudicem venturum: vt fides nostra splen-
 deat, in ore inimicorum nostrorum. Non-
 nulla de virginitate gloriose deipare dixi-
 mus: pleraque omittentes, quoniam in fe-
 sto annuntiationis de hac mira virginitate
 Mariæ non nihil attigimus, nec non in præ-
 sentatione, quando hoc euāgelium pro ca-
 ptu nostro explanauimus, pergamus ad re-
 liqua.

Text.

¶ Et beata vbera quæ suxisti. Nec tantum
 amplissimis laudibus extollendus & hono-
 randus est venter, qui Christum Iesum fi-
 lium

lium Dei portauit tot sapphiris distinctus,
 quot priuilegijs fuit decoratus, imò innu-
 meris charismatum donis ditatus: sed &
 beata fuerunt vbera quæ è cælo plena lacta
 runt filium Dei, qui dat pascua iumentis
 in montibus, & præbet escam omni carni.
 Is lacte virgineo quouis melle dulciori, ali-
 tus ac nutritus fuit Iesus, totius orbis altor.
 Sed alius rem hanc considerantes ad nos
 se vertat oratio. Duo vbera virginis almæ,
 sicut duo hinuli capree gemelli sunt, qui
 pascuntur in lilijs. Mater nostra est & lacte
 doctrinæ suæ nos indefinēter nutrit. Quic-
 quid quandiu vixit in hac calamitosa vita,
 ore suo benedicto locuta est, siue ad ange-
 lum, siue ad Elisabeth, siue ad filium in tē-
 plo, aut in nuptijs, dogma salutiferum est
 nobis, quouis lacte candidius & omni ne-
 ctare mellitius. Hinc beatus Augustinus,
 scholam virtutum omnium, iure eam ap-
 pellat. Nec abs re hinulis comparantur, pie-
 tatis & charitatis vbera Mariæ, quiq; sua-
 pte natura alta perunt. Profecto alma Dei
 genitrix mater nostra, tum doctrina, tum
 immaculata vita, ad ea quæ æterna sunt, &
 vera bona nos fideles alliciunt, euehuntq;,
 Reiectis & abdicatis terrenis quæ inania &
 breui admodum peribūt. Sed de vberibus

Nota.

facra

Declamatio sexta

facræ virginis hætenus, in festo assumptionis eius videbimus fufius, de vita actiua & cõtemplatiua differentes, quæ vbera Dei paræfuere.

Text.

¶ Quinimo ait saluator, beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Quo verbo benedictionem in virgine cõfirmat: & beatiorẽ fuisse indicat, quia verbo Dei audiuit, & ope illud custodiuit: potissime postquam paranympus Gabriel summi Dei voluntatem ei nunciauit: audiuit & inclinavit aurem suam obediendo Deo.

Pfa. 44

Audi filia & inclina aurem tuam, & concupiscet rex decorem tuum. Equidem rex regum filius Dei sic vnice decorem virginis adamavit, vt præ omnibus mulieribus quamlibet sanctis, eam in sponfam, & matrem suam assumeret. Trifarie virgo sancta excedebat non modo homines sed angelos: plenitudine gratiæ, familiaritate Dei, & puritate. sanctus Tho.

S.Tho.

opuscu. 8. Mirabile dictu. cum fuerit adeo vultu venusto, atque modesto vt nihil supra, ipsa ab vilo viro concupisci non potuit. Videre. S. Thom. 3. d. 3. q. 1. Solatur nos saluator hoc suo. schemate, fiduciam magnam cuique præbens, quod si fide integra, & charitate flammigera verbum Dei

in festo expectationis.

120

Dei audiat, opereque adimpleat, euestigio mater spiritalis eius erit: qua dignitate, quid sublimius, vtilius aut sacratius? O infelix homo, qui eo dementiæ venit, vt tantilla oblectatione, paruulo quaestu, Dei mandatum transgressus, Zabuli mancierium malit esse, quam Christi Iesu mater. Exemplo nobis sit fratres mulier hæc, quæ spiritu Dei afflata, præsentem Christi persecutores blasphemantes, & futuros hæreticos, Heluidium, Sabellium, aliosque complures vno ictu, eodemque iugulo prostrauit. Amplissimas in dies offeramus laudes, nam hæc tunica inconsutilis desuper contexta per totum Christi Iesu est, in qua depicta sunt priscorum parentum magnalia, vt sapiens testatus est. Sap. 18. Et de sacro euangelio sat sit, ad secundam patrem declamationis accedamus. Euangelium missus est expositum reliquimus, in declamatione quarta.

¶ Saluatorem tuum expectabo domine. 2. pars. Sanctus Iacob videns in senectute mortem aduentare, benedictionem suis filiis impertiens, ponens confidentiam suam in Christo Iesu nascituro, in quo vno totius mundi salus sira fuerat, certolsciens, non esse hominibus datum aliud

aliud nomen, in quo oporteat eos saluos fieri, velut patri caelesti loquens ingenti fide magno que charitatis affectu commotus verba hæc protulit. Quippe que (ni fallor) tot mysterijs sunt referta, quot literis conscripta. Quid obsecro est dicere salutare tuum expectabo domine: quam dicere Iesum tuum qui hominum redemptor erit, in limbo sanctorum patrum, Adam, Abel, Noë, Abraham, & Isaac expectare palam facio, vbi animam exhalauero? Huic saluatori omnes prophetae testimonium per-

A. Ct. 10. hibent, ait sanctus Petrus. Quid est quod de illo prophetarunt? Nempe remissionem accipere peccatorum, in nomine eius. Messiam tuum domine fide sincera expectare non desinam, ipse mea salus, ipse spes mea, robur & gloria mea est, ab eo totus pendeo, & ei viuens ac moriens fidam. Idque regalis propheta quamuis alijs verbis aiebat.

Psal. 18. Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbo tuo super speravi. Sane præ amore nimio saluatorem videndi, anima eius liquefacta, flammantia verba depromebat. Ad hæc in promissione sibi facta de Messia veruro nedum sperare sed super sperare se dixit. Iterum post lapsum clamitare non cessabat. Redde mihi lætitiã salutaris tui, &

Psal. 50 spiritu

spiritu principali confirmam me. Magno quidem timore perculsus, post piaculum patratum cum Bersabe, indesinenter orabat lætitiã Messia venturi rursus accipere exoptans, eatenus totis medullis sui cordis precabatur. Redde mihi lætitiã salutaris tui. Atqui, ne forte relabi mihi misero contingat, spiritu sancto tuo confirmam cor meum.

¶ Caterum, sitam ardentem prophetæ sancti, velut e longinquo aspicientes Messiam venturum videre desiderabant, quantum magis inclita virgo Maria, que fide & charitate & spe, omnes præcellerat, que salutare Dei suo sacro sancto vtero portabat toto nisu orabat obnixè dicens: salutare tuum expectabo domine? Veruntamen charissimè quia festum hoc, solènitus expectationis Marię vocatur, operę pretium fore existimaui aliqua de spe, qua omnes vel maxime indigemus, tractare. Sanè spes virtus theologica est, ex gratia & meritis confurgens, quemadmodum theologi, magistrum sententiarum sectantes, volunt. 3. d. 2. 6. Rectè ex gratia diuina spem oboriri dicimus, quoniam immediate à Deo animę nostrę infunditur. Vnde pulchrè beat⁹ Petrus ait: **1. Petr. 1.** Deus regenerauit nos in spem viuam, in mar-

Q celsi

Declamatio sexta

cessibilem & incontaminatā in cælis. Singula emphasim habent ideo scitu digna. Deus optimus, vt est munificētissimus, nobis orthodoxis duntaxat donum hoc eximium tribuit, vt spem viuam habeamus, innitentem ei qui vita æterna est. At, quia spes charitate formata animabus nostris vitam æternam præstat, apte spes viua nuncupatur. Immarcescibilis est. Hoc schemate docemur quanta sit virtus, & pulchritudo spei nostræ: quæ instar palmæ augetur mirum in modum, crescit, & virefcit. Incontaminata etiam vocatur, eò quod pulcherrima sit & candida, animā iubare ipso speciosiorefficiens. Denique conseruatūr in cælis, cælestia bona desiderans, quibus pascitur nutriturq;. Ecce fratres anchora cordis nostri, qua inter procellas maris huius, mens nostra tranquillatur: hoc nomine spem compellat Apostolus Paulus, & quidem scire. Tollite spem, & statim anima, vt nauis in æquore vndis quatitur, in barathrum prolapsa perit. Quod perspicuū est, in Architofole improbo, & iuda traditore pessimo, qui se ipsos desperātes suspenderrunt. Contrariorum ait Aristoteles eadem est disciplina: Si ergo quam sit præclara virtus spes, quamq; frugifera dignoscere vultis,

in festo Expectationis.

122

tis, desperationis mala cōsiderate. Spes sancta quæ ex gratia Dei & meritis nostris dimanat, in cælum sperantes prouehit: desperatio autem contra in gehennam desperantes detrudit. Itaque spes de qua loquimur in præsentiarum virtus est, attingens Deū, cuius obiectum est bonum futurum, arduum, possibile haberi, non per nos ipsos sed per auxilium diuinum, quo fulsi beatitudinem nobis promissam expectātes, mādada Dei adimplere conamur. Extat sententia philosophi vera, quod per amicos possumus, id per nos possumus. O felicem hominem qui cum regali vate concinere valet. Tu domine singulariter in spe consti-
tuisi me. En fons limpidissim⁹, ex quo spes nostra fluit: tu domine singulari dono tuo in spe mirabili me constituens, te frui confido & certo certius spero. Spes autē nō confundit clamat Paul⁹, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, p̄ spiritū sanctū qui datus est nobis. Verum vt fides fallere nequit, ita & spes quemquam confundere haud potest. Iuxta illud, in te dñe speraui, non confundar in æternum. Surgāt dæmoniorum collunies, circumcūt aduersariorū phalanges, & castra, mundi fautores obgāniant, latentque: in eo qui omnipotens

S. Tho.
22. q. 16.
art. 1.

Ethi. 3.

Rom. 5.

Nota.

Declamatio sexta

Eccl. 2. est spem meam posui, neutiquā pudeſciam
 in æternum. Quis confidit in Deo, inquit
 ſcriptura, & conſuſus eſt? Proh nefas, quot
 ſunt fideles Chriſti Jeſu cruore abluti, qui
 ſpem ſuam non viuam ſed mortuam, non
 immarceſibilem ſed areſcētum & conta-
 minatam habent. Viſque quo paruuli diligi-
 tis infantiam, & ſtulti quæ ſunt ſibi noxia
 Prou. I. cupiunt, & imprudentes odibunt ſcientiã?
 Quandu paruuli more, o filij Adæ, quæ
 puerorum ſunt ſectarij, honores ambiē-
 tes, diuitias queritantes, & carnis miſerè
 oblectamenta totis niſibus querentes? In-
 fideles & heretici qui paruuli ſunt paruulo-
 rum nẽnias amplexentur, delicias fugaces
 appetant, & diuitijs aſſuant: barbari ſtulti
 noxia ſibi queritēt: vos fideles viri famoſi,
 gigātes robuſtiſſimi, ſapientia ſanctorum il-
 luminati, cæleſti dogmate imbuti, quor-
 ſum infantilia, ne dicam ſutilia bona ſequi
 mini, & tanta ſolertia affectatis? Imprecationem
 horriſonam ſacri vatis Hieremiæ
 Iere. 17. audite, & audientes expaueſcite: maledi-
 ctus homo, qui confidit in homine. Nonne
 omnis homo mendax prædicatur: in men-
 dace ſpem meam ponam? Ego ne ſuper fœ-
 num fabricam in agnam erigam? Homo ſi
 cur fœnum & dies eius tanquam flos agri.

Ne

in feſto expectationis.

123

Ne autem diuites aut magnates, terræque
 reges ſibi blandiantur, & aliquid ſuprà ho-
 mines ſe eſſe fateantur, Eſaiæ vocem au-
 diaut. Omnis caro fœnum, & omnis gloria
 Eſa. 40 eius quaſi flos fœni. Mirabile oraculum, di-
 gnum vt in corde noſtro, ſigatur. Omnis
 caro quãlibet regali præfulgeat ſanguine,
 fœnum eſt, & fœni inſtar areſcet cõfeſtim:
 iterum omnis gloria, ſiue pontificia, ſiue
 regia imperialiſue fuerit, flori non cuius,
 ſed flori fœni comparatur oportet: quippe
 quæ nihil pulchritudinis, odoris aut ſtabi-
 litatis habet. Habetis (vt reor) fratres, quam
 ſit fallax impiorum ſpes, quam & infrugi-
 fera nulliusque momenti. At contra ſpes
 iuſtorum firma, ſtabilis, viuua, immarceſi-
 bilis, in cælis conſeruata. Quæ tam eſt mi-
 rabilis, vt à Deo oriatur, ei & innitatur.
 ¶ Hæc profectò præclariffima virtus, potif-
 ſimè in virgine Maria effulſit, in qua fidei
 & ſpei & charitatis eadem fuit meſſura,
 & perfectio. Equalis ponderis, galbanus, Exo. 30.
 incenſum, ſtater, & onychina aſſumeban-
 tur, ex præcepto domini, proſuffitu ſuaui.
 Quo inuolucro intelligimus, omnes vir-
 tutes in beata virgine heroicas fuiſſe, &
 ſummam perfectionem attingiſſe. Eodem
 attinet quod Ioannes teſtatur in Apocaly-
 pli

Q 3

pli

psi quod latera ciuitatis Hierusalem, erant
æqualia. Eam ob rem Deiparam ore pleno
spem nostram vocamus: non quod spei no-

Psa. 90 stræ obiectum sit, vt Deus, de quo psalmo-
graphus: quoniam tu es domine spes mea:
sed quod de eius precatu confidimus, & il-
lius precibus adiuuari nõ dubitamus. Spes
virginis præcellens in Deo, spem nobis præ-
stat, vt aduocatam fidelem ipsam habea-
mus, profiteamurque. Hinc illud sapientiæ
Deifera Maria potest dicere: ego mater
pulchræ dilectionis: timoris, agnitionis, &
sanctæ spei. Summopere aduertendum,
quod spes iustorum sancta vocatur hoc lo-
co, quia mærem sanctificat, fide comire &
charitate. Hinc beatus vocatur qui in do-
mino sperat: beatus vir qui sperat in eo, ait
David. Mira res quantam certitudinẽ ha-

2. Tim. 1 beat spes sancta: scio cui credidi, & certus
sum quia potens est depositum meum ser-
uare in illum diem iustus iudex. Incunctã-
ter Paulus loquebatur, vt sanctæ spei certi-
tudinem ob oculos nostros poneret. Vnde
in spei diffinitione certitudo ponitur: spes

Diffini- est certa expectatio beatitudinis, ex gratia
tio spei. diuina & meritis proueniens. Contingit au-
tem ex defectu liberi arbitrij ponentis ob-
staculum peccati, vt peccator deficiat à cõ-

secutione

secutione beatitudinis. **S. Tho. 22. q. 18. arti.**
4. Habet ergo certitudinem magnã ex fi-
de & charitate spes sancta, & veluti duab⁹
columnis nititur ac roboratur, quib⁹ subla-
tis ruit. Columnę vero eius sunt gratia Dei
& merita, quæ ex operibus sanctis nobis
obueniunt quemadmodũ nuper diximus.
Vnde coniectari licet magnitudinem spei
sanctæ in Deipara virgine, Erat nimirum
gratia plena, & aded plena vt tota se ei in-
fuderit plenitudo gratiæ. Erat etiam meri-
tis magnis ac propemodum innumeris re-
ferta, ergo spes eius omnium sanctorum
spem supergressa est: ob id matrẽ spei san-
ctæ se se appellauit. O quoties mira dulce-
dine illecta, & feruenti amore Dei rapta,
cum regali propheta dicebat: et nunc quæ
est expectatio mea, non ne Deus? quasi
dicat: num, mea refert, de diuitijs mundi **Psal. 38.**
cogitare, aut de honore quicquam loqui?
Sectatores mundi quæ mundi sunt quæ-
rant, & spem suam in eis figant: ego ad ma-
iora conscendam: quæ æterna sunt votis
omnibus appetam: & soli Deo fidam. Et
iterum: expectans expectaui dominum, &
intendit mihi. Ecce fratres non satis est **Psal. 39.**
semel in domino sperare, nisi frequenter,
imò indefinenter in illo confidamus: hoc

Declamatio sexta

sibi vult verbi eiusdem repetitio: expectās expectaui dominum. A cūtare oportet nos virtutem hanc, quā tantopere Deus diligit Speret Israel in domino, ex hoc nunc, & in seculum, inquit in alio psalmo. Vultis videre quā sit speciosa spes in oculis Dei? Quod subinde intulit audite: & intendit mihi. orationem meam non horruit: Hilari vultu eam audiuit: & quod expectabam mihi euenit, voti mei compos effectus. Breue quidem verbum, intendit mihi, nihilo secius confidentiæ & solatij plenum. Dicam ego quamuis peccator & confidenter dicam, idque mei similes dicere audeant. Expectans expectaui dominum & intendit mihi. Quænam consolatio esse potest pœnitentibus verè, & amarè delicta sua lugentibus, nisi vna spes veniæ? Hic ille tertius filius est Iacob, qui non ob aliam causam vocatus est leui, hoc est, additus: non datus, sed duob' primis superadditus est: nempe nisi timor & dolor peccati præcedant, spes veniæ in anima non oritur. Qui enim post patrata scelera sine satisfactione sibi de impunitate blanditur, non tam sperigitur, quā presumptione eliditur. Absq; dubio quanto quis frequentius, quanto vehementius de suoreatu interno dolore afficitur

Nota.

Gen. 29

Figura.

in festo expectationis.

125

citur, tanto certior, tanto securior indulgentiæ venia efficitur, & spes in eo roboratur. Vnde scriptum est. Secundum multitudinem dolorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Non ab re spiritus sanctus paracletus, id est consolator dicitur, quia animam pœnitentiæ lachrymis afflictam, tam frequenter quam libenter consolatur. Illam sanè frequenter visitat, illam libenter confortat, & ad spem veniæ plenè reformat, quā sua flagitia flere considerat. Cæterum virgo Maria omnis peccati expers, non veniam expectauit vnamquam puerum Iesum in vtero suo gerens, summo opere natum desiderans sæpissimè verba hæc repetens, dicebat: expectans expectaui dominum, & intendit mihi. Expectans eram in domo mea orans, & petens consolationem Israel, saluatorem mudi & Messiam tot vaticinijs decantatum. Deus autem sua gratuita bonitate intendit mihi, mittens Gabrielem paranympum cœlicū, qui me salutauit, summi numinis voluntatem referauit, & de ineffabili incarnationis mysterio docuit: cui assensum præbui, sciens spiritus sancti operatione, me matrem filij Dei affuturam: qui vt sponsus benignus meam seruabit virginitatem.

Psal. 93

Psal. 39.

Q. 5

Tunc

Tunc me orante ac dicente: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum: ex templo exaudivit & intendit mihi. Nunc vero partus mei tempore adveniente, vehementer cupio dilectum filium meum videre: pannis inuolucere: vberibus meis lactare. Quis det te fratrem meum, ut inueniam te foris, suggentem vbera matris meae, deosculente, & nemo iam me despiciet, dicebat sponsa. Quippe quae vehementer aestuabat intueri filium Dei ex matre natum. At vehementiori affectu virgo sancta eadem verba loquebatur, tum corde, tum ore.

Canti. 8 ¶ Non utique virgo sancta cruciatus partus sui timebat, imò quae se filium Dei parituram non ignorabat, ab elogio infelicitatis Euae liberam haud dubitabat. Nec eam latebat illud Esaiæ: Germinas Germinabit ficut liliū, latrābūda & gaudēs. A ppositissima cōparatio fratres: Siquidē vt liliū absq; corruptione, suo tēpore floret, maioreque pulchritudinem eō iam orto habet: sic virgo sancta postquam primogenitum suū enixa fuit, altiore dignitate fuit illustrata: & theotocos, id est mater Dei efficitur. Le-
5. Esai. 3 tabunda & gaudens preduxit florem, sole
Simile. ipso pulchriorem. Ego, ait Saluator, flos cā
Canti. 2 pi, &

pi, & liliū conuallium: campus vomere nō sulcatus, nec fimo impinguarus, nec humo semine feminat⁹: sed Spiritu sancto & cultu regio confitus, alma virgo est. Ager cui benedixit Dominus rore caeli plenus Maria fuit, Saluatorem nobis pariens. Quibus verbis hoc dicā ignoro, dicam vt balbutiens. Flos florem peperit: virgo Maria virginem Saluatorem mundo edidit. O candens liliū bone Iesu, o florem rosarum omnium vernātium pulcherrimū, cuius decorem Sol & Luna mirantur: & cuius fragrantia mortuos viuificat: te totis medullis cordis mei, videre desidero: te toto pectoris mei affectū pulchritudinē tuā intueri concupisco Iesu optime. Idque affabre sponsa nobis depingēs ait: Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Candidus est flos noster Iesus, quia filius Dei patri cōxqualis, de quo sapientis ait: Candor est lucis aeternae, speculū sine macula, imago bonitatis illius. Rubicundus quidem est, quoniam homo qui in oratione, in columna, & in cruce cruore suo roseo, rubricatus fuit. Quidni nos homuncij domos luteas habitantes huius pulcherrimi floris decorem aspicere appetamus, quando teste Petro, etiam angelici r. Petri. r
 spiri-

Canti. 5

Spiritus, in eum aspiceret desiderent? Venerunt statem lilij huius & mirabilem pulchritudinem ut cumque vobis fratres arundineo stylo delineauimus: nunc matris suae candorem & puritatem virginalem, paucis explicemus. Vereor equidem, & expauesco, ne virgo sacra de eius puritate mihi dicturo, dicat illud psalmi: Quare tu enarras Iustitias meas, & assumis praeconia puritatis meae in os tuum? Adsit Spiritus sancti gratia, quae nos doceat, qualis & quanta sit species suae virginalis & perennis integritas non solum mentis sed carnis. Nunc charissimi testimonium Salomonis audiamus de vir

Pro: 30 ginitate Deiparae loquentis. Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro: Viam aquilae in caelo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, viam viri in adolescentia. Quis obsecro potuit istam unquam cognoscere? Non facile est suspensae in altum aquilae elatione pennarum, rursus sui vestigia intueri, cum lineam volatus ducat in aere. Rursus, nauim quis deprehendat in fluctibus gradientem. Crebra semper & inquieta est sui mutatio, dum vendis sequacibus, aut obruitur quod praecessit, aut opprimitur quod sequutum est. Quis in petra serpentis signum agnouit, cum & mate-

materia saxorum sit dura, & lubrica serpentium natura? Aut quomodo possunt viae viri in iuuetute agnosci: qui unde veniat, aut quo eat, nullatenus deprehendi potest? At, quid haec symbola significant iam attendite. Aquila hoc loco Christus significatur, qui post latam bundam resurrectionem, partaque gloriosa victoria de Satan, velut aquila aduolauit super caelos caelorum, sedes ad dexteram patris. Tulit insuper praedam saeculi, homines quos e faucibus inimici raperat, captiuam ducens captiuitatem. Haec aquila est de qua psalmus: Renouabitur Psal. 102 ut aquila iuuentus tua. Nam sicut aquila colona, ita mater nidi vni est, nec ad procreandam sobolem aliud aliquando cubile quaerit, & pullos educit implumes contra faciem feruidi solis, ut qui aegram & inuvalidam corusco radiorum appulsu acie submiserit oculorum, materno damnatus arbitrio, fratrum consortio separetur, & eijciatur in terram. Et sicut avis ista serpentum inimica est, quos cum in aere alarum remigio subuectando supportat, hos ad unco rostro & unguibus diuellit, ac deuorat, calore suo interno noxium illud virus extinguit: ita Christus Iesus unam diligit ecclesiam, tradens semetipsum pro ea, & ut

Declamatio sexta

& vt aquila nidum suum, quem ab æstu persecutionis alarum defendit vmbra-
culo: Sic quoque extra ecclesiam projicit, in
quibus lumē fidei infirmum est, qui ignea
euangelij lucem vitijs secularibus inqu-
nati ferre nō possunt. Ad hæc vt aquila ser-
pentes deuorat & calore decoquit interno:
ita Christus Deus noster percussio draco-
ne, Laceratoque diabolo, dum humanum
sibi corpus assumpsit, peccatum quod ho-
minem tenebar obnoxium tanquam per-
niciosum virus extinxit. Dicēte Paulo. De
peccato damnauit peccatum in carne sua.
Et iterum, eum qui non nouerat peccatū,
pro nobis peccatum fecit. Id est sacrificiū
acceptabile pro delictis totius mundi. Nō
ergo valet hominis intellectus indagare,
quomodo illa tanta maiestas de cælo di-
gna fuerit venire, & iterum in altum redi-
re. Quis obsecro dignoscere poterit quo-
modo uerbum Dei in uirgine uenerit? vt
repente Spiritu sancto operante conciper-
ret, & tam felicem conceptum partus
virginalis effunderet? quem totus mun-
dus capere aut ferre non valet? Aliud
quod difficile iudicabat erat uia serpentis
super petram. Hanc petram Christum Ie-
sum esse ambigere non debemus, de quo

Apo-

in festo Expectationis.

128

Apostolus. Bibebant autem de spiritali cō 1. cor. 10
sequenti eos petra, petra autem erat Chri-
stus. Eodem attinet illud psalmi: In petrā Psal. 60
exaltasti me. Et in Deuteronomio: Suxit Deut. 32
mel de petra, oleūque de saxo durissimo.
Verum de Christo uelut è fonte, duo flumi-
na nobis emanant: alterum dulcedinis, al-
terum olei pietatis. Serpens suapte natura
diabolus uocatur, eò quod occultè serpat,
& quod sensus hominis tenuiter illa ben-
do pertentet: Quos si euicerit, medullis se
hominum, atque ossibus implicat, & emer-
git. Is sœuus serpens in homine Christo Ie-
su, nulla malitiæ suæ uestigia potuit impr-
mere unquam, quamuis illum ausus fuerit
rētare. Vnde Dominus ait: Venit princeps Ioan. 14
mundi huius. & in me non habuit quicquā.
Perinde ac si dicat: Nil peccati in me ad-
inuenire potuit. Nihil proficiet inimicus in Psal. 88
eo, & filius iniquitatis non apponar nocere
ei: hoc regalis Propheta olim de Iesu uo- 1. Petri. 2
ticipatus est. Nempe ipse peccatum nō fe-
cit, nec inuentus est dolus in ore eius. At
quis nostrum tantus erit, qui dicere audeat
mundum est cor meum? Sibilus serpen-
tis sic nos inuasit, sic heu scœdauit, vt in pec-
catis concepti simus, & filij iræ nascamur. Ecclesię
¶ Caterum nauis uia in mari abdita, & ab calamur.
scōdita

Rom. 8

scōdita est. Nauis hæc sancta ecclesia, in sa-
lo mūdo huius est cōstituta, quæ crebris vē-
torū fluctibus, tentationū plagis & verbe-
rib⁹ defatigatur: imò turbidī fluctus huius
seculi potestates, conantur ad saxa eā per-
ducere. Quippe quæ si vndarum procellis
sæpe vexatur, nihilominus naufragium pa-
ti non potest: nam in arbore eius, id est in
cruce, Saluator noster erigitur, in puppi pa-
ter residet gubernator, proram paracletus
seruat spirit⁹. Hæc per angusta huius mūdi
freta duodeni Apostoli, & prælati ducunt.
Mare mundus turgidus dicitur, vbi hære-
ticorum antra plurima, latratu falsi carmi-
nis resonant, qui blandiusculis verbis, ac
tyrannorū rabida persecutione aut in scyl-
lā, aut certe in Charybdim deducere nun-
quam cessant. Veruntamen fideles omnes
in hac nauis protecti, gētiliū fyrtes, & pe-
stilentes hæreticorum hēreses, scopulosque
euadimus. Equidem nauis Ecclesiæ Ro-
manæ, etsi quotidie seculum hoc, tanquā
pelagus fortiatum infestum, nunquam eli-
detur ad saxum, nec ad profundum emer-
getur. Iuxta illud, portæ inferi non præuale-
bunt aduersus eam. Et rursus: Ego orauī
pro te ne deficiat fides tua. Has vias nauig-
antis ecclesiæ nouit nemo: quia in tempo-
re diræ

Nota.

Mat. 16

re diræ persecutionis, comprehendi nō po-
rest, quomodo viuida per interitum, &
diues per damna reddatur. Vnde ait Pro-
pheta: In tribulatione dilatasti mihi. Cre-
psal. 4
scebatque populus Dei quondam, eo am-
plius, quo magis tyrannus rex Pharaō illū
opprimebat: ad eandem imaginem, chri-
stianorum populus crescit, cuius typum il-
le gerebat. Quid superest?

¶ Viam viri in adolescentia penitus igno-
ro. Hebræi legunt in adolescētula. Vir ille
Saluator est, de quo in actis apostolorum.
Viri fratres audite hæc verba. Iesum Na-
zarenum virum à Deo dilectum, in vobis
virtutibus & signis & portētis approbatū.
Huius via in iuuentute agnoscī nō potest,
hoc est in hac vita mortali & breui. Quis
æstimare animo poterit, quanto amore è
cælis ad hanc laboriosam lachrymarū val-
lem descenderit: in quas vias beneficiorū
circa genus humanum fuerit ingressus? dū
cælis lumen, claudis gressum, mortuis vitā
præstitit? Mira sunt quæ retuli, & ab eis vi-
sa qui virum Iesum comitabantur: sed
viam ipsius in adolescētula matris sua di-
gnissima nemo nouit: fide tamen tenemus
illibata & credimus. Sic vir potens hic trā-
sivit per eam ac si non ingruuisset eam,

Virgini-
tas Ma-
riæ.

R Ita

Declamatio sexta

Ita ingreditur & egreditur ab ea, vt matrem dimittat intactam, virginem absque corruptione. Ego sum via ait Dominus: & ideo via in Maria, fecit viam sine via. Aperi virgo ait sanctus Bernardus, prapara gremium quia ecce facturus est tibi magna qui potens est: Aded vt pro maledictione Israel, beatam te dicant omnes generationes. Concipies, sed sine peccato: grauida eris, sed non grauata: paries, sed sine tristitia: Nescies virum, & gignes filium. Filius paternae charitatis, erit corona tuae castitatis: Sapientia patris: erit fructus yteri virginalis. Confortare ergo virgo foecunda, casta puerpera, mater intacta. Ex quibus facillime quis colligere poterit, quam mira fuerint huius potentissimi viri vestigia in puella matre sua.

¶ Nec obstat, aut aliquid officit, quod Saluator noster Iesus bis eam mulierem vocauit, tum in nuptijs, tum etiam in cruce pendens, quin toties fuisse virginem appellatam inuenies apud Lucam. O mira sacrorum librorum harmonia & concentus: sic locus locum explicat, vt nec iota vnum, quod alteri aduersetur inuenias. Aristotele testante, omnia vera

S. Ber.
ho. 3. sup
missus.

Ioan. 2
Ioan. 19

in festo Expectationis

130

vera vero consonant. Quauis vsitator vulgo loquendi modus, mulierem viro cognitam explicet: tamen Hebraeorum, nec non sacrae scripturae vsus est, vt mulier pro foemina quacunque illa sit, siue virgo corrupta sumatur. Vnde diuus Anselmus, & sanctus Thomas. 3. p. q. 28. ar. 1. explicantes illud Pauli. Misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret, sic aiunt. Ex muliere, id est ex matris carnis substantia, sine virili admitione: ideo filius Dei qui in diuina virtute manens Deus erat, veram naturae mortalis infirmitatem, quam non habebat induit. Quid quod primum nomen Euae ante peccatum impositum hoc fuit? Aedificauit Dominus Deus costam, quam rulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Videtis charissimi Eua adhuc virginem mulierem vocatam. Hinc Athanasius exponens Apostoli sententiam: Factum ex muliere, dixit Apostolus, non per mulierem, ne occasionem inueniant, qui per virginem asserunt tanquam per canalem aliquod, Dominum processisse in mundum, id falso omnino existimantes.

S. Tho.

Gala: 4

Gene: 2

S. Atha.

R 2 Sed

Declamatio quinta.

Sed ex muliere: hoc est, ex ipsius mulieris substantia, corpus accipientem virginalis vteri fructum prodijisse. Ecce quomodo mulieris nomen, ad virginem extenditur, quoniam nomen naturæ est. Rursus in eadem Genesi: Serpens erat calidior cunctis animantibus terræ, qui dixit ad mulierem. Et iterum Adam respondit, mulier quam dedisti mihi dedit mihi, & comedi. Apertum est ex ijs locis, Euam virginem adhuc viro incognitam, mulierem appellari. In Leui. 15 Leuitico ponitur lex mulieris fluxum sanguinis patientis, & infirmitas illa tam virginibus quam corruptis communis est. Imò sanguinariam quam Saluator noster sanauit simbriæ suæ tactu, asserunt nonnulli doctores Martham Magdalena sororem fuisse: & hanc colit ecclesia, vt virginem. Apertius in numeris: Mulier si quidpiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate puellari, si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit. Ecce nomen mulieris pro virgine sumptum. In Deuteronomio hoc ipsum inuenies præceptum de muliere in bello capta: vbi tam de virgine, quam de corrupta lex illa

in festo Expectationis.

131

illa intelligenda est. Nonne vtraque poterat esse captiua? Nonne vtraque poterat esse vxor? Quid plura comemoro? Nonne Saluator dixit, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœcharus est eam in corde suo? Si de vtraque Dominus hoc non protulit, qui immoderata concupiscentia virginem vidisset, non peccaret, neque mœchus esset. Lucas beatam Martham virginem mulierem vocat dicens: Mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Sunt & alia innumera loca, quibus ostendi potest, mulieris nomen ad virginem etiam protractum fore. Dum ergo Dominus matrem suam benedictam mulierem compellat, facilis erit sensus, si quæ dicta sunt conspiciantur. Sanctus Cyrillus in Leuiticum exponens illud Pauli ad Galatas. 4. Nō pro muliere corrupta asserit locutum fuisse Apostolum, sed pro sexus conditione. Quin & Eliezer videns Rebecam ad fontem puellam virginem dixit: Hæc est mulier quam præparauit Dominus filio Domini mei. Ergo Paulus quando filium Dei factam ex muliere dicit, sexum ætatem ve innuit: & virginitalis gloriam à Maria benedicta minime tollit.

Matt. 5

S. Cyril.

R 3

¶ Quod

Declamatio sexta

¶ Quod autē saluator dixerit, mulier quid mihi & tibi? Secundum dicitur Augustinum tracta. 8 super Ioannem, ob id hoc loquebarur, quia Deus erat, & non secundū quod homo miraculum illud erat facturus. Ex matre sancta fragilitatem & infirmitatem sumpsit: ex patre caelesti virtutē & diuinitatem, quasi diceret: quod de me facit miraculum non tu genuisti: sed quia genuisti infirmitatem meam, tunc agnoscam te; cum ipsa infirmitas pendebit in cruce: Hoc est, nondum venit hora mea. hæc ille. Sanctus Gregorius epistola. 42. Hoc ipsum testatur: vel eum sancto Cyrillo dicamus, quod virgo pia accommodū tempus miraculo præuenire visa est: ideo respondit Christus nondum aduentasse tempus, & horam tempestiuam patranda miraculum, sed tantisper differendum esse quod petiisset. Opportunitate oblata dulcissimæ matri oblectus est: quæ sententia desumpta est ex diuo Hiræneo, qui fuit valde eruditus in scriptura. li. 3. c. 18. contra valentinum. Chrylustomus ho. 21. in Ioannem, nondum venit hora mea: nondum cognitus sum presentibus, nondum sciunt vinum deesse. Egeni cū beneficium accipiunt, plurimam habēt gratiā, qui

S. Cyril
li. 5. su-
per Ioan-
nem. c. 5

in festo expectationis.

132

qui non indigent, non itidem eam intelligunt. Beatus Bernardus sic ait. Quid mihi S. Ber. & tibi mulier? Quid tibi & illi Domine? ser. 2. do. Nonne quod filio & matri? tu es benedictus mi. i. eius fructus vteri eius immaculati. Nonne post o. ipsa est quæ saluo pudore concepit, & sine cta Epi corruptione peperit? In eius vtero nouem phania. mensibus moratus es, & eius vberibus lactatus, cum illa duodecim annorum factus de Hierusalem descendisti, & eras subditus illi. Sed manifestè iam video quod nō velut indignatus hoc dixisti: Cum venientibus ad te ministris, quod illa suggestit lumbens fecisti. Propter nos fratres Christus sic respondit, ne plus æquo sollicitet parentum cura, necessitudines illæ non impediant exercitium spirituale. Denique Basilus magnus. ho. 21. to. 1. mulier tenerum animal est, cui conditor teneriorem naturā dedit, vt paruulos humanius & benignius educaret. Vt ergo puer probè nutriatur mulieris natura dulcior est, & humilior creata: mulieres itaque quantumuis iratæ filiorum citissimè solent misereri. Ad hæc necessitatibus aliorum, pietatis officio, & tenera anima clementia subuenire, munera elargiri, solatia prestare, infirmis deseruire, cum afflic-
R 4 Etis

Luc. 2

S. Basili.

etis lugere, cum latantibus latari. Quid plura? Omnia omnibus sæpe fiunt, tene-ritudinis natura coacta: quod tam longe abest à viris, quam quod longissime. O nunquam satis laudata mulierum clemētia: O tenera & amore nunquam fatigata mulierum viscera. O nomen pietatis immēsa. Obserua quid Dominus dicat: Nū quid obliuisci potest mulier infantem suū, vt non misereatur filio vteri sui? Non dixit, nunquid māter, sed nunquid mulier? Nam mulier pietatis & amoris signa, ac si mater esset indigenti demonstrat.

Esaï. 49

¶ Iam hæc omnia perpendamus quantò perfectius sacratissimæ Mariæ cōueniant. Quæ nā fuit vel vnquā futura erit, ex matrum amplissima penu, que ea copiosius ac fructuosius matris officia consummari-rit? Quas ob res Christus Iesus cuius oculis cūcta subiecta sunt cognoscēs, dulciter matri respondit, velut pietatem eius admirans. Quid mihi & tibi mulier est Quod est: O mulier quæ quia virgo intacta & mater mea es, veri⁹ quā aliæ mulieres, mulier appellaris, & præstantius mulieris officiiū implet. O mulier cuius est aded fœmineū pectus, & miserationum abundantia plenum vt aduocatam te nunc primo ostendas pec-

Nota.

das peccatorum, & ipsorū necessitatibus in posterum mederi, velle agnoscaris: mihi quem omnium necessitatum liberatorē copiosissimum, cunctis clementibus profi-teris, placet sanè, placet tuæ pietatis miseratio: tua hæc sunt clemētiæ innata officia: inde sēper te beatā prædicabunt orbis terrarū nationes. Idcirco tu tuo interuētricis ministerio functa, cōuiuantiū indigētiā & ruborem timens, consultò voluisti sponsi & sponsæ necessitatis laborem præuenire: Verum nondum venit hora mea, neq; etiam tua. Mea interest, plus animarum quàm corporū habere rationem: nihilo-minus faciam quod pie postulas: fas non est vt auerta in faciem meam. En fratres quam nihil obstat Mariæ virginis integritati, quod Saluator noster mulierem eam vocauerit. Quam virginitatem Pelagius & Tendius hæretici abnegantes, Hispaniæ nostræ partes lustrantes vipereum hoc vitus euomere ausi sunt. Heu tāta est diris ho-stis nostri inuidia, tantaque ad zizania dif-ferenda solertia, vt breui pestis hæc iniqua, omnem propemodum inuaderet Hispaniam. At sanctus Illesonius Toletanus archiepiscopus, sacrarum literarum limpidissimus indagator, ac virginitatis Deipa-

Mariæ clemētia.

S. Ille-sonius.

re zelator strenuus, librum scripsit de virginitate Mariæ miro stylo editum: in quo prophetarum vaticinijs, euangelistarum dictis, doctorumque sententijs Mariam virginem permanisse probauit. Vnde summi Dei gratia & Dei genitricis ope, hæretici effugati fuere: & regnum Hispaniæ emundatum ab hac horrenda blasphemia. Deinde alma virgo, iam victoria parata, in templum Toletanæ ciuitatis descendens, attulit vestem illam cælestem quam dedit diuo Illesonso, vt sacra celebraret illa indutus. O donum mirabile, o priuilegium insignem, o miraculum omni veneratione dignum, imò à seculo nunquam simile auditum. In cuius perennem, perpetuamq; memoriam, vir sanctus festum hoc expectationis Mariæ instituit, in quo liber virginittis Deiferæ Mariæ ab eo editus legeretur: cuius verba hæc sunt. Ecce insolito modo, insolito ordine & iure, in vna persona, in vno corpore, virginitas & maternitas simul copulantur: alternat honor matris & virginis, alternat pudor virginis & matris, & neutrum cedit vlli: quia ambo vnum, & diuersa idem. Non matrè virginittatis deserit decus: non virginè maternus impedit partus, nec matrè violat pudor virgineus. Affuit

vt

Nota.

vt parturiret virgo sancta, lege parturitionis ignota. O virtutum omnium Deus, o factor o mirabilium omnium author, hoc facto miserationis tuæ thesauros aperies, pietatis tuæ arcana demonstrans, riuos clementiæ emittens in redemptionem meam, filiū tuum ex virgine Maria mūdo dedisti. Per quem peccatum ablatum est, & mors destructa, salus omnibus collata, regnum cælorum promissum, & paradisi porta reферта. Tibi laus, tibi gratiarum actio, tibi gloria & imperium, per infinita seculorum secula. Amen.

Appendices annotationes.

¶ Annotandum est primò, qd spes orthodoxa, maximè ex approbatione in tribulatione oboritur. Dicente Apostolo: tribulatio patientiā operatur: patientia probationem, probatio verò spem: spes aut nō cōfundit, quia charitas Dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis. Ro. 5. Sensus est: Tam est bona tribulatio, tãq; frugifera, quãuis carni fragili amara, quod gemam illā pretiosam nobis afferat, quæ etiā martyribus palmā præbet. Imò vt idē ait Apostolus, patientia opus perfectū habet: tribulatio sanè occasionem dat, vt patientes simus, quippe quæ probationem parit.

Annotatio. i.

Declamatio sexta

parit. De qua scriptum est: beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ quam repromisit Deus diligentibus se. Ecce quod nos euehit probatio in tribulatione patienter perpeffa: probatio quidem spem exhibet. Qui sibi iam exploratus est, & ob Deum fortiter præsentia mala pertulit, vehementer erigitur in spem vitæ cælestis: spes autem non confundit, non frustratur sperantem, imò sortitur certum euentum. Nemo deijciatur in tentationibus quæ tantum valent ad roborandam spem: resistamus satanæ, & fugiet à nobis, & accedent angeli ministrætes, vt de saluatore nostro Iesu legimus diabolum in deserto vincente, non sibi sed nobis, qui mancipia eius eramus.

2. ¶ Secundo, spes iustorum vera est & certa: nam Deo innicitur. Vnde illud: tu es dominus spes mea: & sequitur, altissimum posuisti refugium tuum. Ideo fidenter Apostolus clamat, scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. S. Tho. 22. q. 18. ar. 4. At contra impiorum spes fallax & inanis est: ideoque vt lanugo inconstans esse dicitur in scriptura, quæ à vento hac & illac rapitur. Et in Iob. 41. Iob legimus: ecce spes eius frustrabitur ei.

¶ Tertio,

in festo expectationis. 135

¶ Tertio, spes sancta magnam secum affert latitiam, & innata est sibi exultatio. Hinc scriptum est: spe gaudetes. Et in Esaia. 66. Ro. 12. serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis. S. Tho. 22. q. 18. ar. 3. impiorum autem confidentia maximam tristitiam habet; vt in pessimo Cain perspicuum est. Huc pertinet illud: tota die contristatus ingrediebar. Vnde liquet spem velut pignus & arrhabonem esse animæ, quo roborata miro gaudio affecta, absque rædio labore, laborando non deficiat vnquam. Est virtus hæc theologica in voluntate sita. S. Tho. 22. q. 18. arti. 7.

¶ Quarto tandem, sacerrimam virginem imitemur, eius verba quotidie dicentes: saluatorem tuum expectabo domine. Non vtique vt paruulum Christum Iesum in cunis vagientem iam videamus, aut fasciolis inuolutum vbera matris lambentem. Sed spes nostra magna, eo nos adiget, vt in maiestate sua venturam videamus, cum Apostolo clamantes. Saluatorem expectamus, dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Hæc spes fratres, comes indiuisa sit nobis, nã cum apparuerit Christus vita nostra, tunc apparebimus.

Declamatio septima
rebimus & nos, cum ipso in gloria, aposto-
lo teste.

IN FESTO PURIFICA TIONIS DEIPARÆ

Mariæ declamatio
septima.

THEMA.

¶ Accepit eum Simeon in vlnas suas, & benedi-
xit Deum, & dixit. Nūc dimittis seruum tuum
domine: secundum verbū tuū in pace. Luc. 2.



Emoriæ lireris proditum est cha-
rissimi, in reedificatione templi
Salomonis post captiuitatem Ba-
bylonicam, iuuenes vehemen-
ter exultasse: & magno iubilo latatos fuisse,
rem tam diu desideratam videntes. At
contra senes sientes tristabantur, quique
quondam templū illud tot diuitijs, ac stru-
cturis pretiosis decoratum agnouerant, exi-
stimabant sanè, domum domini nūquam
pristinam pulchritudinem posse artingere:
eam ob rem lachrymis habenas dātes, ob-
nixè lamentabantur. Vate sacro aduentan-
te Aggeo, quē dominus populo suo dilectō
destinarat, pro sua virili senes plorantes so-
lari

in festo purificationis. 136
lari conatus est, dicens. Confortare Zoro- Agei. 2.
babel dicit dominus, & confortare Iesu fi-
lij Iosedech sacerdos magne, & conforta-
re omnis populus terræ dicit dominus exer-
cituū. Adhuc modicum & ego mouebo
cælum & terram, & mare, & aridā, & mo-
uebo omnes gentes, & veniet desideratus
cunctis gentibus: & implebo domū istam
gloria. Magna erit gloria domus istius no-
uissimæ plusquam primæ, & in loco isto da-
bo pacem dicit dominus. A commodatissi-
ma prophetia hæc est, & maximè omniū,
solemnitati hodiernæ congruens, ideo lu-
bet singula rimari: adsit spiritus sancti gra-
tia, vt hoc almæ virginis Mariæ ope possi-
mus. Ait ergo dominus qui verè & solus
dominus omnipotens est. Ego dominus, &
non est alter, nam ipse dominantium dñs Efa. 45.
est. Sed quid ait? Adhuc modicum. Quā-
uis tēpora multa transiere, ante quam Chri-
stus Iesus offeretur in templo, modicum
illud vocat, alludēs ad illud. Expectare mo- Apoc. 6
dicum, donec impleatur numerus fratrum
vestrorum. Hoc responsum datum est cla-
mantibus sub altare Dei & dicētibus: qua-
re domine non vindicas sanguinem no-
strum: diem extremum mundi optabant
plane, quo induent iusti corpora sua, vt
tol

Declamatio septima

sol splendentia. Iuxta illud. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Talis ergo phraſis eſt vſitatiffima in ſacra ſcriptura, vt omne tempus, etſi mille annorum ſit, æternitati qua Deus gaudet, ac ponitur collatum, modicum atque velut momentum eſſe videatur. Sequitur: ego mouebo cœlũ & terrã. In Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro, vna cælum & terra ſunt agglutinata. Filius Dei cælum eſt, imo cælorum creator, ſplendidior & altior cælo. Terra verò humanitas eius eſt, quam ſua munificentia, in vnitatem perſonæ vniuit, vt nos redimeret à peccatis omnibus, & e faucibus draconis ſæuiſſimi potenter eriperet. Mare almam Deiparam dicere poſſumus, ob innumeras eius virtutes, quippe quæ vt fluuij ad eã decurrũt, ipſa minimè redundante aut intumefcente. A rida beatus Ioseph vocatur, virginittatis voto decorata, ad eo frugifera, vt ſpiritu ſancto operãte, Maria ſponſa eius benedicta pareret filium Ieſum, in quo benedicta omnes gentes ſunt. Ij omnes iter a gentes Hieroſolymã adẽunt, templum gaudentes intrant, & tunc gloria domus Iſrael mirum in modum accreſcit, & in loco illo pater cœleſtis dedit pacem, afferens filium ſuum Maria & brachijs ſuis tenẽs. De qua

mira

Nota.

in feſto purificationis.

137

mirabili pace Apoſtol' clamar ipſe eſt pax Ephe. 2.
noſtra, qui fecit vtraque vnum. Populum vtrunque diſſidentem & gladiatoricè pugnantem ſuo ſanguine agglutinauit, pacem exhibens ijs qui longe, videlicet gentibus, & ijs qui prope, hoc eſt Hebræis: quos in vnum corpus, vnam fidem, vnũq; baptiſma copulauit. Quam pacem in ſuis vniuerſis dẽs ſitam, vir iuſtus Simeon, miro iubilo raptus ſeſe cõtinere nullatenus potuit, quin clamaret. Nũc dimittis ſeruum tuum dñe ſecũdum verbum tuum in pace. Nos fideles tã præcellenti theſauro cœleſti ditati, vt iuuenes illi gaudebãt vidẽtes tẽpli deſtructi renouationem, diem hũc celebrãtes ingẽti alacritate perfuſi, tũ Dei ſummi largittatẽ, tũ etiam humilitatem virginis vehementer magnificamus.

Luce. 2.

¶ Ecce Aggeus propheta ſuo vaticinio, ſuc cincto ſermone ſancti euãgelij nobis retexuit hiftoriã: quã ob rẽ ſas erit ſingulatim eũcta rimari, quo in ſecũda parte declamationis nonnulla de hoc cantico tot myſterijs pleno differamus.

¶ Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Euange Marię ſecundum legem Moyſi. Quod in lium. grecis codicibus varia ſit lectio, in ſingulari & in plurali habẽtibz pronomen, eius,

S parui

Declamatio septima

parui refert: vbi nec sanctus puer Iesus, nec
 alma virgo mater purificatione vlla indige
 bant. Res in proapatulo est, si quis penitus le
 gem Mosi scrutari velit. Leui. 12. vbi elegan
 ter dictum est. Mulier si suscepto semine
 pepererit. Vulgarem modum conceptioni
 nis explicans, vbi sola Dei mater libera
 ostenditur: quippe quæ non lege communi
 sed spiritu sancto operante mirabiliter
 concepit. Iuxta illud Angeli ad Ioseph:
 quod in ea natum est, de spiritu sancto est.
 Vt enim summo operante Deo concepit
 Christum Iesum, sic mirabiliter peperit, vir
 ginitate eius seruata. Quid ergo cum virgi
 ne benedicta lex Mosi, quæ ad matres cor
 ruptas tantum spectat? Verum lex Mosi
 eam addixit hodie ad templum, sed non
 illius balbutientis, qui dixit. Non sum elo
 quens ab heri & nudius tertius, ex quo lo
 cutus es seruo tuo. Non inquam lex illius
 Mosi qui typus tantum erat, sed veri Mosi
 Christi Iesu assumpti ex aquis, calamitatis
 & laboris vitæ huius. Cuius stupenda hu
 militas & patris caelestis obedientia tam
 fuit mirabilis, vt octauo die cultro lapi
 deo fauciatum circumcissionem accepit, ma
 gno cum dolore. Par erat quidem vt fi
 lium Dei humilem, humilis ac benedicta
 mater

Nota.

Exod. 4

in festo purificationis.

f. 8

mater per omnia imitaretur. O si nos filij
 Adæ superbi, omni supercilio abdicato, tam
 matris intactæ, quam filij sacrosancti am
 plecteremur exemplum. O si omnis arro
 gantiæ radice penitus euulsa, arbor hæc pul
 cherrima in corde nostro altius mitteret ra
 dices. Sacram euertere paginam fratres, &
 inuenietis, nihil crebrius, nihil vehemen
 tius nobis inculcare quam humilitatem. Di
 scite à me ait dominus, quia miris sum &
 humilis corde. Animaduertite, vbi vera hu
 militas sita sit: non in veste pannosa tan
 tum, non in verbis aut oculis submissis,
 quæ humilitatis signa sunt, sed in corde:
 hoc est in voluntatis propriæ abdicatione,
 in sui ipsius abiectione, & amoris peculia
 ris resignatione. Quid ergo post hæc homi
 nis te offeres? Quid superbia inflatus ince
 ras? Porrentosa planè est superbia, quam
 filij Dei & suæ matris humilitas non pro
 strare valet. Hinc sanctus Thomas: si
 cut plenitudo gratiæ à Christo deriuatur
 in matrem, ita decuit vt mater pia hu
 militati filij conformaretur: quique su
 perbis resistit humilibus autem dat gra
 tiam. Ideo sicut Christus Iesus legi hand
 obnoxius, onera legis sponte subiit: sic
 voluit matrem legis implere obseruantias.

Matt. 11.

Humili
 tas Ma
 rix.

Iaco. 4.

Declamatio septima

Gala. 4. 3. p. q. 27. ar. 4. Huc pertinet quod Aposto-
 lus ad Galatas scripsit: vbi venit plenitudo
 temporis, misit Deus filium suū factum ex
 muliere, factum sub lege, vt eos qui sub le-
 ge erant redimeret: & adoptionem filiorū
 reciperemus. Ecce dilectissimi, quare salua-
 tor circūcidi, & in tēplo presentari voluit:
 vt legem ex Deo fore ostenderet, & nobis
 tum obedientiæ, tum verò humilitatis exē-
 plū pręberet: & vt Iudęis calūniæ occasio-
 nem admiret. Ad eandem imaginem can-
 didissimā mater omnis peccati expers, ob-
 miram Dei obedientiam & humilitatem
 suam, purificationis cęremonias non spre-
 uit: quin legem Mosi cui nō erat obnoxia,
 penitus impleuit. Dicebat intra se illud
 Pauli, omnia mihi licent, sed non omnia
 expediunt: omnia mihi licēt, sed nō omnia
 ædificant. Vos fratres auream hanc senten-
 tiam pectoribus vestris figite: ne licen-
 tia vestra offendiculum pariat infirmis, vt
 optimē sanctus Apostolus commonefacit.
 verbum illud terrificum ob oculos semper
 habentes, est quidem annotatu dignū. Vñ
 illi per quę scandalum venit. Mira res quę-
 admodum filius Dei tributum impendit
 exactoribus dicens: ne scandalizemus eos:
 vade ad mare & in ore piscis inuenies sta-
 terem,

Nota .

1. cor. 10

Matt. 18

in festo purificationis.

139

terem, solue pro me & pro te. Sic Deipara
 Maria, vt pote tanti magistri discipula, ne
 paruulis offendiculum daret, templum a-
 diit: & quę angelis ipsis purior erat, purifi-
 cationis iudicia non abhorruit.

Matt. 17

¶ Caterum si dominus & legislator tanti
 fecit sacramenta legis antiquę, quippe quę
 ipsum venturum pręsignabant, quę breui
 abolenda erant ipso aduentate, quanti nos
 oportet facere sacramenta legis nouę, quę
 ipsum iam venisse palam ostendūt? A due-
 nientibus nouis vetera projicietis dicebat
 dominus. Habemus sacrum baptismā nos
 fideles, abscedat vmbra videlicet circūci-
 sio, quę iam noxia est. Habemus vnicū il-
 lud sacri altaris holocaustū, abeat quoduis
 animalū & volatiliū symbolū sacrificiū.
 Iam iam filius Dei Iesus, qui sedet in thro-
 no maiestatis suę intonuit. Ecce noua facio
 omnia. Perinde ac si dicat: legalia & cere-
 monialia legis primę, nunc lethalia, ac mor-
 tifera sunt. Idque sponsa in canticis indicās
 ait: dilectus meus pascitur inter lilia, donec
 aspires dies & inclinentur vmbre. Quan-
 doquidem sole iustitię orto, Christo Iesu
 nato, qui lux mundi est, vmbaticę figurę
 legis omnes euauerunt, & omnino aboli-
 tæ sunt. Quid causę fuerit, vt puerpera fi-

Leu. 16.

Declamatio septima

liam enixa. 80. dies arceretur ab ingressu tēpli, dicendum quia fœmina frigidioris naturæ est quã masculus, ideo tardius mater purificatur à profluuiō sanguinis: quo profluuiō nihil magis monstriferum, teste Plini. li. 7. ca. 17. nio: sterilesunt eo tactæ fruges, ferrum rubigo protinus corrumpit, fructus arborum decidunt, canes eo degustato statim in rabiem incidūt. Ecce miser homo quo liquore conceptus es, ne ceruicem erigas: & de ijs satis.

Plini. li. 7. ca. 17. & li. 28. cap. 7.

Text.

¶ Tulērunt illū in Hierusalem, vt sisterent eum domino. Sicut scriptū est in lege dñi. Quia omne masculinum adaperiens vuluā sanctum domino vocabitur. Altera lex ad paruulum natū attinebat, qui trāsactis. 40. diebus domino presentabatur. Exo. 13. pro quo agnūm turturē & columbam parentes dabant: inopes verò duos turtures siue duos colūbarum pullōs. Virgo sancta, vt erat pauper spiritu, in elemosynas pauperum diuitias quas Magi obtulerūt Christo Iesu, expenderat: & nō lentē sed festinanter, illorū necessitatem subleuauit: de qua Salomon olim prophetarat: manum suā aperuit inopi, & palmas suas extēdit ad pauperes. Verūm qui palmas extēdit nihil se detinere in dicat, dicēs cū propheta: dñs regit me, nihil

Exo. 13.

Prou. 31.

in festo purificationis.

mihī deerit. Hebræce: dñs mihī pastor, nihil mihī deerit. Cui alludit illud Petri: omnem sollicitudinē vestram proijcientes in eū, quoniam ipsi cura est de vobis. Non vt otio vacetis hæc dicta sunt, nam protoplasto & posteris eius dictū est: in sudore vultus tui vesceris pane tuo: & in psalmo, labores manū tuarū quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit: sed ne anxie cibaria, vestesue quærat, eam ob rem sollicitudinē vestram proijciatis in Deum oportet. Considerate volatilia cali, quæ nec serunt neq; metunt, & pater vester cælestis pascit illa. Quo schemate pulchrè saluator, nos laborare admonet. Nūquid volatilia in nidulo suo cubatia garricientiq; aluntur & pascuntur? Equidem diluculo surgentia volitant hac & illac, cōmoda cibaria sibi quærentia. Sic beata Dēipara teste beato Hieronymo, ac laborans intra lares, non otia batur, sed sibi & puero Iesu, cibos & vestes ministrabat. Ad hæc, Ioseph faber lignarius nullatenus otiosus pane victitabat. Eam ob rem virgo sancta, quicquid aurī, thuris & myrrhæ, à Magis accepit in Berthelem, totum egenis spōte erogauit: & paupertatis amica pauperem oblationem attulit. Theophilatus autem in turture

Gene. 3.

Psal. 127

S. Hier.

Declamatio septima

Theo- castitatem eo quod compare mortuo nulli
 philarus alteri copuletur, in pullis columbarum fœ-
 cunditatem intelligit: est quidem columba
 nimium fœcunda. In Maria vtrūque adin-
 uenimus, castitatem virginalem, & fœcun-
 ditatem: concepit & peperit nobis saluato-
 rem virgo permanēs. Atqui vt tantū tāque
 mirificum beneficium Hebræis collatum à
 domino, obliuioni non traderetur, quando
 in Ægypto Deus omne primogenitū inter-
 fecit, etiam regis verlutī Pharaonis, vt po-
 pulum Israël dimitteret, sancitū est, vt om-
 ne primogenitum dedicaretur Deo: Et hoc
 est dicere, sanctum domino vocabitur: erit
 ei dicatum; & sacrarum. Vos nūc dilectissi-
 mi summopere laborate, vt primogenita
 Deo offeratis. Principium Diei creatori ve-
 stro dicite, gratias agentes ei pro tot bene-
 ficijs vobis impensis: ecclesiā adeuntes; sa-
 cram eucharistiam omni reuerentia & tre-
 more adorete quotidie: primò regnū Dei
 querentes, & iustitiam eius, & cætera om-
 nia adijcientur vobis. Primēuā etatem &
 floridam iuuentutem Christo Iesu offerete,
 non senectam tantū vt quidam improbi fa-
 ciunt, dicentes. Non prætereat nos flos tem-
 poris, non sit pratum quod non pertranseat
 luxuria nostra. O infœlices cæcucientes,

Nota.

Sap. 2.

o stulti

in festo Purificationis.

141

O stulti & tardi corde ad credendū: Quæ
 est vita vestra, nisi vapor ad modicum pa-
 rens, vt bene testatur sanctus Iacobus? Ij Iaco. 4
 proh nefas, primogenita mundo mendaci
 & drabolo versuto exhibēt sponte: & Chri-
 sto qui se pro eis hodie in templo patri ob-
 tulit, & tandem in ara crucis obiit, senectu-
 tem quā ipsi odiunt offerre nituntur. Hinc
 sanctus Athanasius: Oblatus est Christus
 cælesti patri in templo, vt nos ipsos Deo of-
 ferre doceat. Quod verò sacra virgo. 5. Si
 cliis filiū redemit nos. obtinuit, vt illo die
 fieret, alioqui sacerdotum erat & ministe-
 rio templi deputatus. Prælagiebat emptio
 hæc aliam maiori pretio faciendam, quan-
 do quinque plagis in cruce Saluator nos
 omnes redemit. De qua emptione inquit
 Apostolus: Empti estis pretio magno, glo-
 rificate & portate Deū in corpore vestro. 1. Cor. 6
 ¶ Quid quod Deipara quamuis pauperū
 oblationem dedit, etiam diuitum hostiam
 obtulit? Agnum siquidem, brachijs suis fe-
 rebat, de quo Baptista in ripa Iordanis cla-
 mauit: Ecce agnus Dei ecce qui tollit pec-
 cata mundi. En vnicū sacrificium pro-
 delictis hominum patri cælesti offerendū:
 Ecce agnus innocens qui coram tondente
 se obmutescet, & non aperiet os suum. O
 S 5 agnum

Numes

1. Cor. 6

Esa. 53

Declamatio septima

agnum Dei summi, ad eod̄ mansuetum vt
in patibulo crucis pro suis crucifixoribus
oraret. Quo modo Christ⁹ Iesus de omnib⁹
bene mereri non studeat, qui iniuriæ im-
memor, dolorum oblitus, pro ipsis carnifi-
cibus cum lachrymis patrem exoravit? Ex
clamat sanctus Cyrillus, & quidem recte.

S. Cyril.

O profunditas scientiarum sapientiæ &
scientiæ Dei: offert hostias qui per singu-
las hostias honoratur cum patre. Figuras
legis custodit conditor, sicut Deus, legem
custodiuit vt homo. Nec silentio prætereū
dūm est, quod diuus Athanasius hoc loco
annorauit. Ideo bina iussit offerre, quia ho-
mine consistente ex anima & corpore, du-
plum à nobis poscit Deus, castitatē & mā-
suetudinem, non solum corporis sed ani-
mæ: alioquin erit homo fictor & hypocrita,
gerens in tegumento occultæ malitiæ, in-
nocentiā apparetem. Cauete vos obsecro
fratres mei, hypochritarū more vos ipsos
seducatis, sed vt filij lucis ambulatis, subdole
nihil agētes. Vidistis quid hæc oblatio insi-
nue, tūc sequētia euāgelij prosequamur.

Athanas.

Textus.

¶ Et ecce homo erat in Hierusalem. Et ho-
mo iste iustus & timoratus, expectans con-
solationem Israel, & Spiritus sanctus erat
in eo. Mira imago sancti viri natiuis ac vi-
uidis

in festo Purificationis.

142

uidis coloribus, nobis hic graphicè depin-
gitur: vt agnoscamus quales nos esse oportet,
si Christum Iesum vnus fidei & chari-
tatis amplectari affectamus. Animaduertat
quisquē vestrum charissimi, in quibus
brachijs puer Iesus requiescere cupit. Ec-
ce homo erat in Hierusalem. Quamuis ho-
minem cum appellarit, dubium non est,
quin fuerit sacerdos. Theophylacti senten-
tia hic facebat, quæ cōtrarium asserit, quin
doctorum cateruam sequentes sacerdotē
illum fuisse dicimus. Suadet hoc, quod in
fine testatur beatus Lucas: Benedixit illis
Simeon: sacerdotibus duntaxat, mandatū
erat in lege benedicere populo, & benedi-
ctio conscripta est. Numc. 6. Imò pars cæ-
remoniarum erat illa benedictio: Quem
admodū sacerdotes hodie, in fine rei sacre
populo benedicim⁹, dicētes: in vnitatē Sā-
cti spirit⁹, benedicat vos pater & fili⁹. Cæ-
terū peculiare erat sacerdotibus pueros su-
scipere oblatos, nō alijs quālibet sanctita-
te cādīdatis. Ergo quod homo appellatus
sit in euangelio, mysterio minimè vacat.
Quas ob res singula explanare Domino
adiuuante, pro nostra virili enitamur. Ec-
ce homo. Pape, quid mirum si homo vnus
Hierosolymæ sit, quippe quæ tam magna

Nota.

Num. 6

S 2 tamque

Nota. tamque opulenta ciuitas erat? Verum vt
philosophus ille sapientia præditus Dioge-
nes face accensa meridie, Athenarum pla-
team percurrens, interrogatus quid quære-
ret, respondit: Hominem quæro: sic inter
millia hominum tunc, etiam nunc cum
Diogene lucerna accensa dicere poteri-
mus, hominem aliquem quærimus. Non
qui more belluarum gulæ inferuiat, oble-
ctamentis carnis vacet: Non inquam, ho-
noribus inhiantē, diuitias adamantē quæ-
ro: talis heu passim inuenitur. Sed hominē
quæro, qui ratione dūce, singula operetur:
qui fallaces diuitias posthabeat: volaticos
mundi honores vltro spernat: abstinentia
carnis mot^o effrenes coerceat. Talem ego
hominem quæro, quem si inuenero tūc ex-
clamare iure cū Luca ausim: Ecce homo,
Luc. 2 Vt̄ fideli, de quo illud Psalmi dici potest:
homo cum in honore esset, non intellexit:
comparatus est iumentis insipientibus, &
similis factus est illis. Vbi beatus Ambro-
sius: Peius comparari brutis, quam nasci.
Suapte natura bruta rationis sunt exper-
tia, homo malitia dominante, vt bellua ef-
ficitur: Sed vbi erat ille homo? Num Ba-
byloniæ barbarorum leges adimplēs? Nū
in Ægypto, simulachris mutis inferuiens,
aut

aut Pharaoni obediēs? Absit. Ecce homo
erat in Hierusalem. In visione pacis mora-
batur: non modo in terrestri, sed mente in
ea quæ sursum est ciuitate, quæ libera est
degebat: Et cum Propheta cantabat: **Psal. 122**
tes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hieru-
salem! Felix orthodoxus, qui quauis mun-
diali conuersatione sprete, cum apostolo
dicere valet: Conuersatio nostra in cælis
est. Is sane magna potitur spiritus liberta-
te, ingēti voluptate, iugique alacritate per-
fruitur, compedibus peccatorum, ac mani-
cis delictorum, quibus erat antea compe-
ditus cōfractis. Vnde sanctus Augustinus:
O fratres, in cælo sit mens, & hic erit re-
quies. Nonne mulieri quam Ioānes vidit,
datę sunt duę alę, vt volaret in desertum?
Fide & charitate tanquam duplici penna,
in altū nos erigamus, imō æthera penetran-
tes angelorū choros superem^{us}, donec acie
intellectus defixa, Deū optimū in sua ma-
iestate contēplemur. Simeō vir factus cor-
pore Hierusalē tantū erat, corde ciuitatē
cælestem habitabat: nam Augustino teste,
Plus anima vbi amar quam in corpore.
¶ Et homo iste iustus & timoratus, expe- **Textus.**
ctans consolationem Israel, & Spiritus san-
ctus erat in eo. Tor encomia euāgelista de
Simeone

Declamatio septima

Simeone profert, vt nihil supra. Priusquã virtutes hæc quatuor disseram⁹, animad uertendum vel maximè est, quam ob rem bis vocatus sit homo? Sat erat semel dicere, homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & ad veritatem historię enarrandam nihil deerat. Veruntamen si altius re indagare velimus, aliquid sacramenti ibi laret. Quandoquidem fideli sat non erit, vt suapte natura sit homo, nec sufficit, sed necessum est vt bis homo sit, natura & gratia Dei decorat⁹. Sola fides gratia Dei facta victoria nostra est quę vincit mundum, carnis lenocinia exterminat, Zabulum seuisimum euincit, prostermitque. O quam multi natura duntaxat homines sunt, desiderijs suis seruientes, fallacem mundũ, & ea quę mundi sunt adamantes. Ij planè immanes belluaz potius quam homines iure sunt appellandi. Alioqui Propheta quidam de illis nõ diceret: Computruerũt iumenta in stercore suo. O ingēs nefas, quos Deus tanti facere dignatus est, vt ad imaginem suam eos crearet, iumentorum more viuentes iumenta nuncupantur. Simeõ bene merito bis vocatur homo, quique legem Dei seruabat & iustus erat. Isidorus libro decimo etymologiarũm. Iustus dicitur

Nota.

Ioel. 1

S. Isido.

in festo Purificationis.

144

turquia ius custodit. Beatus Augustinus. li. de moribus Ecclesię, sic iustitiam diffinit: Iustitia est amor Deo tantum seruiens. Si tamen iuris peritis fidem damus: Iustitia est perpetua & constans voluntas, ius suum vnicuique tribuens. Hęc completa est diffinitio, nisi quod actus pro habitu ponitur, qui per actum specificatur: Habitus enim ad actum dicitur Philosopho teste. Vnde S. Tho. 22. q. 57. ar. 2. Hanc diffinitionem iustitię iuxta Aristotelem, potuissimus sic ordinare. Iustitia est habitus, secũdũ quẽ aliquis cõstanti & perpetua voluntate, ius suum vnicuique tribuit. Est autẽ factis consuetum apud authores, quod habitus, per actum diffiniatur: vt sanctus Augustinus super Ioannem, fides est credere quod non vides. Ecce qualiter diffinitiones quas adduximus optimę sunt. Iust⁹ erat vir sanctus Simeon Deum amando, in quo amore dilectio proximi includitur. Quę verò Deũ & proximũ diligit legẽ impleuit, in qua oĩs iustitia sita est. O beati quę iusti sunt, mãdata Dei adimplètes, de quibus Psalmographus ait. Latamini in Dño & exultate iusti, & gloriãmini omnes recti corde. Verum homo iustus nil superfluum habere potest, quin vt Apostol⁹ ait. Haben-

Psal. 31

Declamatio septima

Habentes alimenta & quibus tegamur ijs contenti sumus. Is aliena non appetit propria vltro inopibus elargitur, totus à Deo pendet, sibi prorsus diffidens. Te enim vidi iustum in omni terra, dixit Dominus ad Noe. Tam pulchra tamque decora est iustitia, vt oculos summi Dei ad se rapiat. Ideo charissimi toto nisu in hoc incumbamus vt iusti simus, legemq; Dei opere impleamus. Sequitur: & timoratus. Nam beatus homo qui semper est pauidus. Timor iste fratres non feruilis est, sed filialis, qui etiam in caelis conseruatur. Timor Domini sanctus permanet in seculū seculi. Nempe tantum quiuis sanctus timet Deum patrem munificum offendere, quantum diligit. Vel si Græcum consulamus textum, timoratus, hoc est, pius vel religiosus. Quā pietatem siue religionē indicat nobis verbum sequens. Expectans consolationem Israel. Videtis (ni fallor) quam sit vera illa Pauli sententia, charitas non quærit quæ sua sunt. Peculiaris amor, vt est rudis cuncta vtilia sibi appetit, nihil sibi curæ est de proximi bono: At charitas nobilis vt filia summi regis, quod alijs commodum & bonum est percipit, & nullum non mouet apud, vt alijs prodesse queat. En charitatis

Gene. 5

Prou. 28

Charitas.

in festo Purificationis.

145

tatis insigne, ecce signum amoris Dei, si aliorum solatium, & proximorum lucra, toto pectore desiderātes, quæ vestra sunt nõ quærat: vnde quarta virtus oboritur in nobis, quippe quæ maxima laus huius viri est. Et spiritus sanctus erat in eo. Talis ac tantus hospes, tale templum auro & margaritis ornatum exquirat, iustitia fulgeat timore & pietate, ac charitate irradiet oportet, qui templū Spiritus sancti est. Regnū Dei clamat Paulus, non est esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Videtis fontem limpidissimum, ex quo duo illa flumina dimanant, ex iustitia orthodoxa, pax cælica in conscientiam decurrit, & gaudium iuge nunquam deficit. Cui alludit illud Saluatoris ad discipulos suos. Regnum Dei intra vos est. Quisquis imperare appetit, & diademā regni adipisci desiderat, iustus sit decet mandata legis Christi adimplens, & subinde rex & princeps pacis erit, gaudens, & lætitia ingenti perfretetur. Erat quidem Spiritus Sanctus in Simeone, vt rex in folio suo quiescens: erat vt imperator aulam suam inhabitans, animę potentias omnes, nec nõ corporis sensus gubernans. O felicem hominem, bis quaterque beatum, in quo Spiritus

Ro. 14

Luc. 17

T tus

Declamatio septima

Eccl. 24

tus sanctus est. Audite dulcedinem tanti hospitis fratres, vt votis omnibus eum excipere affectetis. Spiritus meus super mel dulcis ait Dominus, & hæreditas mea super mel & fauum. Quorsum in specie columbæ super Christum Iesum apparuit in Iordane, nisi vt hoc inuolucro, suam dulcedinem & mansuetudinem nobis subindicaret? Equidem experimento compertissimum est, columbã nihil amaritudinis habere: suapte natura feile carêt, quod passer culi habêt, atq; pisciculi. Super mel dulcis paracletus est, eam ob rem carceres terros, flagella, fornaces, & rogos flammantes, acutissimos gladios, & probra, ob Christi honorem perpessa dulcorare cõsuevit. Quod palam videre est, in Petro cruci affixo, in Bartholomæo decoriato, & Paulo decollato. O Spiritus sancte, illabere peccatoribus nostris statim, vt nobis quæ carni fragili amara sunt dulcescant, & quæ delectabilia sensibus nostris apparent amarescant, & absintho amariora sunt effecta. Caligat noster intellectus, mēs deficit, lingua obmutescit, vbi verbũ hoc quauis breue, enarrare cõrēdit. Spiritus factus erat in gō. Quid altius obsecro? aut quid sacratius, vtiliusve, de hoc viro iusto dici potest?

Spiritus sanctus.

¶ Et

in festo Purificationis.

146

Textus.

¶ Et respōsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem nisi videret Christum Dñm. Ecce preces supplices & instātes huius sancti viri, tacite insinuat nobis sanctus Lucas. Affectu feruentissimo, diu noctuque, Deum optimum præstolabatur Messia diu desideratum aduentum, olim præfiscis patribus summopere prophetatũ. Et cum regali vatē obnixè orabat. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Nunquid vanè constituisti filios hominũ? Cum Eſaia precabatur. Vbi est Domine zelus tuus, & fortitudo tua, & mansuetudo viscerum tuorum, & miserationum? Et iterum emitte agnum Dñe dominatorē terræ, de petra deserti ad montē filia Siõ: At cũ spõla vociferabatur. Quis mihi det te fratrem meũ fuggētē vbera matris meæ, vt inueniã te foris, & deosculer te, & nemo me despiciet? Tales erāt voces & preces, his similes quas vir factus, indefinēter emittebat, singulta & innumera suspiria iactans. Qui cũ apprimè doctus in sacra pagina esset, videbat regale sceptrũ ablatũ, & Iacob vaticiniũ adimpletũ. Nō auferetur sceptrũ de Iuda, nec dux de femore ei⁹, donec veniat qui mittēdus est, ipse erit expectatio gentium.

Psal. 84

Eſai. 63

Canti. 8

Ge. 49

T 2 Intue-

Declamatio septima

Ge. 49 Intuebatur Herodem alienigenam idumam
sua tempestate regnare in Israel. Ad hæc
Dani. 9 in Daniele legerat. 70. annorum hebdo-
mades, hoc est, 490. anni à secundo an-
no Darij Artaxerxis longimani, vsque ad
aduentum Christi fore. Vnde conijciebat
iam Mesiæ tempus instare, & pro foribus
esse, & quo propius adesse putabat tempus
Mesiæ, eo ardentius cupiebat illum vide-
re: quippe quem totus Israel expectabat
consolatorem: quod sanctum desiderium
à se ipso non habebat, nam sufficientes nõ
sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex no-
bis, sed omnis sufficientia nostra, ex Deo
est. Habebat hunc pium affectum à Spiri-
tu sancto, à quo omnes virtutes accepit,
quibus clarus fuisse perhibetur. Ipse spiri-
tus erat in eo, dirigebat & cõsolabatur eum.
Mira res, quam sit Deo gratum sanctorum
desiderium, dicente Salomone. Desiderium
iustorum omne bonum. Nõ futilia hæc &
fugacia bona iusti appetunt, sed toto corde
spernunt: Deum amant, Deum videre af-
fectant: & hoc est omne bonum. Vnde ad
Moysem dictum est: Ego ostendam tibi
omne bonum. Atqui Salomon rursus ait:
Desiderium suum iustis dabitur. Solatiũ
magnum hoc est, quo maximè amici Dei
gaudent,

gaudent, certo certius scientes, quodd suo
tempore Deus optimus desiderium eorum
implebit. Idè Spiritus sanctus qui in eo
habitabat, reuelauit ei arcanum hoc. Iuxta
illud psalmi, oculi Domini super iustos, &
Esa. 30 aures eius ad preces eorum. Et in Esaia. Ad vo-
cem clamoris tui, statim vt audierit, respõ-
debit tibi. Poterat quidem Simeon dicere
illud Zachariæ: Respondit Dominus an-
Zacha. 1 gelo qui loquebatur in me verba bona,
verba consolatoria. O verbum bonum ni-
misque consolatorium: nõ videbis mortem
nisi videbis Mesiam, qui est via veritas &
vita. O quanto iubilo raptus sapissimè in-
tra se dicebat cum Dauide: Non moriar, Psa. 117
sed viuam & narrabo opera Domini. Hoc
oraculo admonitus, exhilaratus templum
Domini adijt.
¶ Et venit in spiritu in templum, hoc est Spi-
ritu sancto suggerente venit ad domum Dei,
sua relicta domo, spiritu diuino actus gra-
diebatur tanquam Dei filius. Qui spiritu
Dei agitur, ait Paulus ij filij Dei sunt. Vos Rom. 8
fratres Ecclesias Domini & templa fre-
quentate: in templo virgo sancta filium suum
inuenit duodecim annorum natum; inter
doctores sedentem: Nõ inter cognatos &
notos Iesum inuenire quiuit. Domus Dei
T 3 domus

Declamatio septima

domus orationis est, ad eam conuolantes Christum inuenietis: vt Simeon non intralares tuos, sed in templo Domini Iesum adorauit, & ingenti gaudio eum amplexatus est. At ecclesiam aduentes in spiritu intrate, magnopere cupientes conciones sanctas audire, & eucharistiam fide integra, charitateque sincera adorare, vestris & mundis pectoribus excipere. Nam qui dignè manducat hunc calicem panem, viuere in æternum, quemadmodum Saluator suis verbis pollicitus est. In spiritu venite in templum Dei, cum tremore & timore dicentes. Verè non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli. Vix miseris qui templum Dei profanantes, & ibidè spurca verba loquentes, spiritu diaboli ducti templa aduunt. Hos Saluator flagello iracundiæ suæ foras mittret dicens. Domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Verum piratarum more, & latronum improborum instar nonnulli Christiani templa Dei expoliare, & profanare non erubescunt. Deus optimus suâ dignatione tot malis in templo eius patris medeatur: Quæ mala singulatim explicare, hic erubescimus. Nos verò à iusto Simeone discamus, in spiritu templum adire, quoties

Nota.

Gen. 28

Nota.

in festo Purificationis.

148

tics Christum Iesum adorare, & verba eius audire contendimus: Alioqui tanquam temerarij latrones erimus. Anabatistæ hic taxantur, qui Saranæ ductu, in sylvas, aut in priuatas domos se recipiunt, quo sua opera indigna esse ostendant, quæ proferantur in lucem. Contemnunt publicos ecclesiarum conuentus, eò quòd qui male agunt lucem odiunt, ne arguantur mala opera eorum. Qui autem templum conscendunt bono affectu, discendi, orandive, aut rem sacram audiendi, iustis Simeonis vestigia sectantur. Nunc sequitur: Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo. ¶ Mirabile dictu, quam sit munificus, quamque liberalis Deus amicis suis, ecce Simeon plura accipit quam petere ausus est. Petierat à Domino gratiam, vt oculis suis posset cernere Christum Domini, Deum pariter & hominem: & ecce in vlnas suas illum accipit, videt & tangit, intuetur & amplexatur. Promissum à Spiritu sancto eò tendebat, vt Christum videret ante mortem tantum, ipse tamen extendens manum suam in retribuendo vt restatur Dauid, plus exhibet quam promisit. Hinc

Textus.

Nu. 17

Declamatio septima

Gene.3 Aaron germinare, veruntamen flores & fructus ipsa protulit: quod perpulchrè annotat doctor strenuus Augustinus. Itaque diabolus mendax plus promittit & minus exhibet, vt in Eua conspicuum est, quam ipse decepit. At cōtra Deus qui verax est, non solum quod semel pollicetur largitur. sed plus confert dilectis suis quam pollicitatio indicabat. Quod de diabolo dixim⁹ vos fratres de mundo fallaci & de carne iniqua intelligite: vt foli Deo fidatis, qui dat affluenter, & non improperat. Eodem attinet quod Apostolus admonet, qui potens est facere abundantius, quam petim⁹ aut intelligimus. Caterum prætereundum non est, quo tempore Deus seruo suo pollicitationem impleuerit, nempe quādo suo fungebatur ministerio. Tunc Mēsiā de fideiatarum & diu expectatum agnouit, tunc inquam, suis vlnis tenuit, ac magna fide adorauit. Nonne magi alioqui sapientes stellarum cursum contemplabantur, vbi stellam fulgētissimam Saluatoris ortum præfagentē viderunt: Vidimus stellam eius in oriente (aiunt) & venimus adorare eum? Atqui pastores vigilantes erant super gregem suum, quando angelus Dñi Christi natiuitatem illis nunciauit. Deniq; Andreas

in festo purificationis.

149

Andreas & Petrus, Ioannes & Iacobus piscatores erant, & suo poriebantur officio dū saluator ad insignem dignitatem apostolicam eos vocauit. O si pastores ecclesie super greges suos inuigilarent, excubias agentes, & animarum salutem querentes, vt par est, quomodo Christus illos visitaret, & charismatum dona eis impertiret. O si reges & principes omnesque magnates regna sua sic moderarētur, vt æquitas, iustitia, & pax reipublice sic abundarent, vt mali pœnis commertis plecterentur, & boni ac virtute candidati, tum honore, tum etiam stipendio sibi debito subleuantur hinc Apostolus de præfecto populi loquens ait: nō enim sine causa gladium portat, ad vindictā malefactorum, ad laudem verò bonorū. Sicut itaque omnes tam prælati quam principes, atque iudices fungantur ministerio, de omnibus semper bene mereri studentes, si dominum dominātium Christum Iesum volunt habere, & ei per omnia placere. Et de sacro euangelio hæcenus verba thematis iam explicemus oportet.

¶ Accepit eum Simeon in vlnas suas, & benedixit Deum & dixit, nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbū tuum in pace. Quis nā obsecro fratres valeat pro

Declamatio septima

dignitate enarrare, et si tulliano polleat sermone, quanta letitia vir iustus fuit raptus, quòue gaudio spiritali perfusus ubi limina templi inuisit, & plusquam lynceis oculis hac & illac aspiciebat, an foelix mater puerum Iesum portaret? Tunc feruentius orare cœpit. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Inspiciebat matrè diuites infantes suos ferre, tot monilibus, vestibusque pretiosis ornatas, magno apparatu & comitatu gradientes, quibus visis dicebat intra se. Neutiquam, mater Melsiæ mudi fastum amat, quin pauper & humilis est, ornatum seculi nihili pendens. At ubi Ioseph vidit, & Mariam virginem suis brachijs puerum Iesum baiulantem, vt erat humilima Deipara flexis genibus filiam suam obtulit, non modo sacerdoti Simeoni, sed patri cœlesti verba Abigail dicens. Accipe benedictionem hanc, quam ancilla tua attulit tibi hodie. Quæ quidem oblatio longe iucundior, & complacitior fuit patri, quam regi Dauid irato, illa quam obtulit Abigail. Vnde cœlestis patris & Dauid eadem est responsio. Benedicta tu quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea. Ecce quomodo ira Dei cessauit,

Psal. 48

1. R. c. 28.

Nota.

ne

in festo purificationis.

ne Nabal superbū, id est genus humanum perimeret Deus. Imo vt Esau quondam valde iratus erat contra Iacob, cupiens vindictam de illo sumere, at videns Rachel & filium eius Ioseph euestigio irruit in amplexus & oscularus est fratrem suum: sic pater cœlestis quamuis Liam & filios eius contemplatus esset, hoc est sacrificia & holocausta veteris legis inspexisset, non penitus furor iustitiæ eius in filios Adæ sedabatur. Mira res, veniente alma Dei matrè, & Christo Iesu, summi numinis ira, in maximam misericordiam & clementiam immutata est. Cæterum Simeon senex nomina Ioseph & virginis interrogat: cumque de familia Dauid eos fore intelligeret, puerumque Iesum in ciuitate Bethlechem natum, protinus ante piam matrem genua flectens ait. Comple desiderium meum, o inter benedictas benedicta, & præbe mihi infantem pulcherrimum, cælorum astris, & iubare ipso speciosorem. Quo suscepto præ gaudio lachrymatus est dicens. O desiderate cunctis gentibus, iam lætus moriar, qui ante hac admodum afflictus vixi, quia vidifaciem tuam, & superstitem te relinquo. Tunc cum sponsa in canticis clamauit

Gene. 33

Figura.

Simeonis fides

Ge. 46.

falsi

Declamatio septima

fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Et rursus: inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Verum Messiam post tot annos desideratum reperi, vlnis meis teneam vinculis amoris comprehendam, suspirijs & gemitibus, quasi compedibus alligabo eum, ne vnquam me deserat. Quas ob res in domum matris meæ, que ecclesia sancta est illum introducam, & in præcordijs pectoris mei, fide & dilectione ipsum irretire cõtendam. Sanè si Abraham vidès Iesum in spiritu, ante annos bis mille & eo amplius, Ioan. 8. gauisus est, saluatore testante: quo iubilo, qua læuitate Simeon iustus, dominum Iesum suis manibus tenuit? Profecto quod sentire summo opere introrsus appeto, verbis explicare nequeo. Mirabile dictu, cuius calciamenta sanctificatus præcursor portare, sese indignum profitebatur, is in vlnis suis sacerdos Simeon lætabundus fert. Stupenda res, senex puerum portabat, puer autem senem, & mundi machinam regebat. Ibi re nouata est vt aquilæ iuuentus eius, factusq; Psal. 102. senex in puero Iesu puer. Vbi beatus Augustinus puer Iesus ad senem venit, qui mundum veteratum inuenit. Vos fratres exuertes veterem hominem cum actibus suis, nouum

in festo expectationis.

151

nouum qui secundum Deum creatus est, induite post hac, & dilectum infantem Iesum inuenistis, tenuistis que, nec sufficit inuenire, nisi mordicus eum teneatis. Non dimittam te Iesu bone, Iesu pulcherrime, nisi bñdixeris mihi, nisi gratia tua piacula mea. Gen. 32. deleas, omniumq; charismatum dona effusissimè tribuas. Nò dimittam te quoad vixero, donec exhalata anima te ipsum facie ad faciem videam, videndo diligam toto corde, & diligedo gloria tua fruam. Quid plura charissimi Simeon spū Dei afflatus, Messiam Iesum infantem agnouit, adorauit & tenuit brachijs suis, quem miseri cæcucientes, verba vitæ æternæ concionantem, miracula stupenda patrantem, agnoscere noluerunt. O insignem stultitiam, execrandam que ingratitude. Ioan. 1. In propria venit & sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt, potestatem dedit eis filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius.

Enim verò quod non vlna vna, sed duabus Iesum acceperit Simeon non nihil sacramenti habet. Non satis est fide sola, velut altera manu Christum gestare, sed altera manu opus nobis est, vt operantes Dei legem, fidem nostram operibus astruamus. Siquidem, fides sincera: vt Rachel clamare. Gen. 30. tare Figura.

Declamatio septima .

tare non desinit. Da mihi liberos, alioquin moriar. Rachel suapte natura fides ipsa est, Iacob vir eius orthodoxus quisque, benedictionis fructus opera sancta, quæ nisi ad sint, fides confestim emoritur: dicente Iacobo. Fides sine operibus mortua est. Obseruare hic quo dementia, nostræ tempestatis hæretici deuenerunt, non in peccato mortali fides omnino euanescit neque moritur. Itaque non infidelis manet adulter homicidæne, sed fidelis mortuam fidem habens. Nec alio spectat quod in Esdra legimus, nempe Hierusalem reedificantes, altera manu tenebant gladium, altera opus faciebant, Rhophæa bis acuta & quouis gladio ancipiti penetrabilior sacra fides est, per quam sancti viri & gigantes robustissimi, regna omnia potenter vicerunt, vt pulchrè Apostolus testatur. Hanc fidè habeamus necesse est, quia sine fide impossibile est placere Deo. Veruntamen, credentes operibus bonis vacemus, quo Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, ijs lapidibus viuus cõstruentur, legè Christi impleamus. Quæ non admodum grauis est, ad portandum, vt nõnulli falso autumant, cuius iugum uehemèter suaue, & onus leue appellatur. Quod quidè dilectus Apostolus experimè

to

in festo purificationis.

152

to agnoscebat dicens. Præcepta eius grauiora non sunt. Lex illa vetus iugum pöderosum nimis fuit, ita vt patres antiqui quamlibet sanctitate conspicui, portare nullatenus illud potuerint. Id que manus Mosi graues indicabāt. At Christi lex sancta, rã est gratia & oleo lætitiæ referta, vt nihil grauaminis, nihilque ponderis præ se ferat. Hinc Esaias dixit euāgelium sacrum à longe inspiciens. Computrescet iugū, à facie olei, hoc est. Gratia Christi Iesum inundante, legis veteris onus euanescet. Vtraque manu Christū Iesum teneamus oportet, si boni Simeones esse cupimus fide & dilectione madata eius seruantes, vt ipse quiescat in nobis, nos que in illo. Vt qui alligantes onera grauiora & importabilia saltem vel digito nolunt ea mouere. Tales sunt qui magna de virtutibus, & pœnitentia iactantes, quæ minima legis sunt nec adimplent. De quibus conquestus dominus ait: pópulus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Seria sunt ista fratres, intentissimo corde ea audite. Profecto nisi in hac vita Christus Iesus, in vlnis vestris quieuerit, nec vos morte aduentante in brachijs illius requiem inuenietis. Vnde illud canticorum concinere minime poteritis. Læua eius

1. Ioan. 5

Figura.

Esai. 10.

Esai. 29.

sub

2. esdr. 4

Declamatio septima

Cantic. 2. sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Text. ¶ Sed audiamus modo quomodo Simeon sui voti compos factus Christum dominum benedixerit, & pulchrum carmen decantauerit. Benedixit Deum & dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. Vbi Theophilus: dominum vitam & mortis eum agnoscens, iam mori non pauet. O rem stupendam, & scitu dignam, fratres, ante quam vitam videret, quasi carcere corporis vinctus erat, nunc Christo Iesu inspecto, qui vita aeterna est omni timore expulso, fidenter mortem preestolatur, velut cum Apostolo clamans. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. O nos inimum tepidos, qui morte iam expuncta, & a Christo in cruce superata, adhuc viuere tantoperè cupimus & necis timore perculsi, mori pertimescimus. Non sic diuus Martinus pastor dignissimus: sed quid ait: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. Ecce vir probus nec mori tinuit, nec viuere recusauit: imò fiat voluntas tua, inquit. Vnde beatus Basilius: iustorum vox ea est. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Nempe super hoc mundo & flebili eius mora in-

Psa. 119

gemiscunt

in festo purificationis.

153

gemiscunt amici Dei. Rurfus sanctus Ambrosius ait: vide iustum velut corpoream carcere molis inclusum, velle dissolui, & esse cum Christo. Sed qui vult dimitti, veniat in templum, veniat in Hierusalem, expectet Christum domini, verbum Dei manibus suis accipiat & brachijs fidei, & amoris complectatur. Tunc dimittetur, vt non videat mortem, qui viderit vitam. In pace seruum tuum dimittis inquit: in Christo Iesu, qui pax nostra est, & hostilem culpam ad se deleuit, in pace que exuperat omnem sensum, & omnem intellectum, de qua Esaias. Se-

Esa. 32.

Apo. 14

V

calica

Declamatio septima

Luce. 2. calica predicantem audiret: nec dum predicantem sed tot portenta facientem videret? Quādoquidē iudeorum versutiam, & rabiem contra Christū Iesum futurā hūc ignoravit: quod palā fecit, quando virgini vaticiniū horribonū deprōpsit. Ecce hic positus est in ruina, & in resurrectionē multorū in Israel. Et tuā ipsius animā pertrāsibit gladi⁹. Ecce quā dilucidē saluatoris nostri passionē, paucis verbis depinxit, nec nō & martyrium sacrosanctē matris schemate quodā presagiuit. Quāquam magno intrinsecus dolore tactus hoc dixerit. Maluit igitur ab hac vita migrare in pace, quā bellū intestinū Hebræorū, aduersus Iesum videre, quāuis in limbū patrū erat descensurus, illic animam gloriosam Christi verbo vnitā expectās. Mirabilis sane petitio hęc, quam pauci admodū hodie offerūt Deo. Imō vt scribō diuus Hieronym⁹ cōtēstat, cū nihil dulcius vitā sit in hac vita, nemo tū est senex, qui nō se vnum annum existimet victurū. Cygneum hoc, & mellitum canticum prosequamur.

Text. ¶ Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Beato Ambrosio teste in suo hexamerō, cygnus suapte natura, triduo ante mortē frequētius ac suauius solito canit. Cui persimi

lis

in festo purificationis.

154

lis esse videtur annosus cantor n̄r Simeon, quippe qui voce dulcisona saluatorē mūdi tenēs, & acie fidei irruerata contēplās hoc mellifluū carmē plurimis scātēs mystērijs cantauit. Cur ita gaudēs ex hoc seculo nequā exire poposcerit, nūc subindicat, dicens: quia viderūt oculi mei salutare tuū, perinde ac si dicat. Si enixē te dñc precatus sū, vt iubeas me de hoc ergastulo retro exire, & animam meā liberare, de domo lutea, quā tot annis habitauī ingemiscēs, ratio potissima hęc est, quia tū corporis, tū animæ oculis saluatorem mundi intuitus sum. Eā ob rem nulla re iam delector in hac calamitosa vita, imō degustata spiritali dulcedine desipit omnis caro. Securus ab eam post hac, viuere egre feram, mori oblectamento magno mihi erit. Scio bone Iesu & optime scio, te venisse in mundum non vt partes iudicis agas, sed vt saluetur mundus per te. Tu pastor ille bonus es, qui ouē perditam querere magno cum labore & infudatione venisti, humeris que impositam ad caulas angelorum reducas, gaudens & gliscens. O nos beatos fratres, qui hęc ore & corde profiteamur, scientes & incunctanter asserentes non esse nobis aliud nomen datum sub celo, in quo oporteat nos,

Nota.

Ioan. 3.

Luce. 15.

V 2

saluos

Declamatio septima

Acto. 4 saluos fieri. Iesus salus spes, & vita nostra est. Christo hoc munus gratiæ collatū fuit, vt per ipsum omnes salutē inuenirēt, ideo aptē vocatum est nomē eius Iesus, hoc est, saluator, angelo hoc nomen benedictum pronunciante, nō solum in atri sed etiā Ioseph qui nutritius futurus erat. S. Tho. 3. p. q. 37. ar. 2. Vos charissimi adorātes sacram eucharistiam, vel eam suscipientes confessione omnium peccatorum facta vt ius est, corde & ore dicite. Nūc dimittis seruum tuum domine secundū verbum tuū in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Benedicito dñm qui fecit te & inebriantē Eccle. 32 te ab omnibus bonis suis, ait ecclesiasticus. Verē panis ille viuus qui de cælo descēdit vt nos aleret, & oblectaret mentes nostras mira sua suauitate Christus est, qui nos fecit ad imaginem & similitudinē suam. Ipse inquam est, qui omnibus bonis suis in sacro altari nos inebriat. Iuxta illud. Calix Psal. 22. meus inebrians quā præclarus est, & spōsa ait. Comedite amici & inebriamini charissimi. Planē qui ad hoc mirabile & saluberrimū sacramentū edendum ad eunt amici sint vel charissimi oportet. Nā qui vt Cant. 5. traditor peissimus Iudas accedit, is reus erit corporis & sanguinis domini. Atqui ami-

ci

in festo purificationis.

155

ci comedunt non nihil laborando, dum se preparant ad sanctam cōmunionem. Charissimi bibunt & inebriantur expeditius sese examinātes, iuxta illud Apostoli. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Charissimi vt sunt perfecti mellita dulcedine huius ineffabilis sacramenti inebriantur, ita vt omnium creaturarum obliti sui que im memores, vnum cogitare, vnum duntaxat concinere valent, dicentes. Nunc dimittis seruum tuū domine secundum verbum tuū in pace. Et iterum quam magna est multitudo dulcedinis tuæ, quā abscondisti timētibus. Scitē dictū est abscondisti: nam hoc manna absconditum, nemo nouit nisi qui accipit. Obsecro vt frequentius accedatis, & illud gustantes videbitis quam suauis sit dominus. Modō vilissimis Ægypti pabulis spretis, fide & charitate dealbati & mūdati, hanc regalem mēsam adeatis. Sequitur in cantico, quam sit utilis omnibus aduentus Messia.

Euchari
stia.

Corint.

Psal. 30.

¶ Quod paraisti ante faciem omnium populorum. Saluatorem eum appellās, à mirifico officio eum laudauit, & nūc bonum commune insinuat Christū esse, eò quod non tātum Israëliticum populum, sed om-

Text.

Declamatio septima

nes totius mundi gentes lucrari venerat.
 Proinde Esaias scripsit. Videbunt omnes
 Esai. 52. fines terre salutare dei nostri, & in psalmo.
 Notū fecit dñs salutare suum in conspectu
 gentium reuelauit iustitiam suam. Et iterū
 Esai. Esaias. c. 49. Parū mihi est, vt sis mihi ser-
 uus, ad suscitandas tribus Iacob, & fœces
 Israel conuertēdas. Dedi te in lucē gentiū
 vt sis salus mea vsq; ad extremū terra. Ma-
 gnificū oraculum hoc & maximē annotā-
 dum, cui consonat illud Apostoli. Nūquid
 Israel tārū Deus, nōnē & gētiū? & alibi:
 in Christo nō est distinctio iudai & græci.
 S. Cyril. Beatus Cyrilus ad tēpus verba hæc refert.
 lus. Fuerat autē Christi mysteriū quod patuit
 in vltimis tēporibus seculi, preparatū ante
 mūdi originem. Germanior tamen sensus
 apparet prior, & literę accommodatior.
 Quam utilis fuerit orbi terrarū aduen-
 tus Messia in fine cantici ostendit.
 Text. ¶ Lumē ad reuelationē gētiū & gloriā ple-
 bis tuę Israel. Obseruandū hic est quā exa-
 ctē, & perspicē Simeō loquatur de nego-
 tio euāgelij, seu de Christo ipso. Gētes pre-
 ponit Iudeis, ijs dicit missum ad gloriā, gē-
 tribus verō ad reuelationē, vt illuminentur,
 & cecitate pristina amittāt. Iuxta Esaię ora-
 culū. Esai. 9. Populus q̄ sedebat in tenebris, vidit
 lucem

in festo expectationis.

156

lucē magnā. Habitātib⁹ in regione & vm-
 bra mortis, lux orta est eis. Ecce infelicitas
 gētiū, tenebris insidebāt potissimē incitia
 laborantes, vt Ægyptij tenebris dēfissimis
 inuoluti, Ideo maximē lumine fidei egebāt
 sicq; propria sapientia diffisi, & suis factitijs
 idolis abdicatis, veritatē euāgelij amplecte-
 rētur. Vñ Zacharias cecinit. Illuminare ijs
 qui ī tenebris & in vmbra mortis sedēt, ad
 dirigēdos pedes nros in viā pacis, & salua-
 tor de se ipso ait. Ego sum lux mūdi, q̄ se-
 quitur me nō ambulat in tenebris, sed ha-
 bebūt lumē vitę. Videre est quātum cecitas
 inualuit apud gētes, & quā innumera ido-
 la colebāt. Bruxilius philosophus vita fun-
 ctus Romæ dimisit ducēta octuaginta mil-
 lia deorū, ad custodiā ciuitatis, iuxta nume-
 rū ciuiū qui tūc tēporis erat. Res quidē sa-
 tis monstrosa & horrenda dictū. At Iudæi
 quāuis vnū Deū verū adorabāt ppēsi val-
 de in idolatriā, immolauerūt filios suos & fi-
 lias suas demonijs & nō Deo, teste prophe-
 ta. Et gloriā plebis tuę Israel. Verē Chri-
 stus in gloriā magnā celsit hebræorū, eo
 quod ipsis promissus, ex ipsis nat⁹, ipsis dog-
 mata salubria ore suo benedicto prædica-
 uit. Sed vt sctūs Athanasī⁹ inquit, tenuiter
 lege illuminabātur, ideo non dicit quod lu-
 V 4. mē

Lucę. i.

Nota.

psal. 105

f. Atha. me protulerit eis. Et gloriam plebis tuæ Israel. Memorās antiquam historiam, quòd sicut olim Moyses dominum alloquendo gloriosam gessit faciem: sic & ipsi diuinam humanitatis lucem pertingetes, verus abijciantes velamē, in eadem imaginem transformarētur, de gloria in gloriam. Hæc Athanasius sapientissimè quidem. Iure ergo dictum est, & gloriam plebis tuæ Israel, nā salus ex Iudeis. ¶ E quibus apostoli selecti sunt, vt per orbem longe lateque sanctum eūangelium prædicarent, vitæ splendore ac miraculorum radijs coruscarent. Quæ omnia non vulgaris gloria fuit plebi Israeliticæ. Magnificatur igitur Christus in hoc cantico, ratione salutis omnium, quia mediator est Dei & hominum. Ratione lucis gentium, & ratione gloriæ Iudeorū. In primo clemētia eius, in secūdo sapiētia, in tertio maxime potētia illius splēdet. Pax Christus est, quia salus, & redēptor: & ideo lux, quia doctor: gloria est nostra, quoniā merces sanctorum magna.

Sūma. ¶ Nos fratres saluatoris & Dei paræ exemplū ob oculos habētes, tēplū Dei ad eam gratiarū actiones ei agētes, pro tot beneficijs nobis impēsis quāquam immeritis. Humiliemus nos qui purificatione, tanquam

noxij

noxij egemus, & pœnitentiā agentes sacramentali exomologesi corda nostra abluiamus. Equidē si purificatione non esset nobis opus, Deus opimus non diceret. Lauamini & mundi estote, auferre malū cogitationum vestrarum ab oculis meis. Hostias offeramus mundas, non arietes, vitulos, aut columbas, quæ omnia vmbatica erant, sed corpora nostra & mentes, à cōragio peccati liberas, quas apostolus hostias videntes, sanctas, Deo placentes appellat. Cæterum Christum Iesum in vlnas nostras excipiamus, fide & opere, ei interuenientes, nam ipse vt nutritius Ephraim in brachijs suis portat nos, vt ipse ait. In brachijs meis portabam eos, sicut nutritius Ephraim. En quantum nos diligit Deus noster, qui non alienis sed proprijs vlnis, nos portare confitetur, quod in ares fastidio aliquid quando habentes filios non faciunt. Gestantesque Christum Iesum, canticum nouum ei concinamus, magnificantes eum, qui sua munificētia, nos inuisere dignatus est. Vt salutare nostrum sit, pacem nobis concilians, imò pacificans per suum sanguinem, quæ in cælis, & quæ in terris sunt. Quia homo factus propter nos, gentibus cæcutientibus & in tenebris sedentibus,

V s lumen

Declamatio septima

lumen indeficiens sit, Iudæis autem ex quibus natus honor & ingens gloria, & cunctis se diligentibus merces magna. Cui virtus & imperium sit, cum patre & Spiritu sancto, Amen.

¶ Appendices annotationes quædam.

Annotatione I. ¶ Primò notandum, quod Christus Iesus Hostia vera est, ad quam omnes hostiæ legis veteris referuntur sicut figuræ ad veritatem. Præsentari tamen voluit in templo: nam sicut filius Dei non propter seipsum factus est homo, & circumcisus in carne, sed vt homines faceret Deos, & spiritualiter circumcidamur: sic propter nos sistitur Domino, vt discamus nos Deo præsentare, & hoc circumcisione facta vitiorum: alioquin neminem decet diuinis conspectibus apparere. S. Tho. 3. p. q. 37. ar. 3.

¶ Secundò humilitatis doctor, cum esset legislator, legi parere instituit, vt vbiq; deiectionis exemplum viuendum nobis relinquat. Opere, prius quam verbis, cõmone faciens nos, vt supercilium deponentes, Ad. & superbiæ renuntiemus, quâ heu malo nostro ab eo contraximus. Itaque puer Iesus in templo quinque siclis redemptus à matre

in festo Purificationis.

158

matre benedicta, clam ad nos clamat: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. O putredo & vermis, lutulentus homo, quid post hæc superbis: Quem obsecro hõmunculum iam non pudeat ceruicem erigere, cum ille verè Dominus, verè summus, sic se humiliaret, vt etiam crucem subiret, & per summam deiectione sui, promeruit ad summam euehi dignitatem? dicente Paulo. Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen.

¶ Tertio Saluator in templo offertur, vt Davidis prophetia sit impleta. Suscepimus misericordiam tuam in medio templi tui. Hanc misericordiam Simeon suscepit, suscepimus & nos, & quicumque sunt præordinati ad vitam. In medio templi sistitur misericordia hæc, nõ in angulo, quia non est acceptio personarum apud Deum, vt notat sanctus Bernardus ser. primo. huius festi. Longè est hæc gratiarum actio à voce illa gemetis: Dñe in celo misericordia tua.

¶ Quarto, Deipara Maria quamuis legis edicto obnoxia non fuit, legis ceremonias neutiquam contempsit, vt potè verè humilis & filij sui discipula. Planè humilitatis signam Mariæ.

Declamatio septima

gnum est, cum a postolo clamare. Omnia mihi licet, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia aedificant. Hinc discant, quibus sint poenis digni, qui licentiosius viuentes, alijs scandalum prebent: dicente Domino. Vñ illi, per quem scandalum venit.

5.
Esa. 53

¶ Quinto, Saluator mundi oblatus est, quia ipse voluit hodie, veluti Esaias propheta- rat. Sed quid nos offeremus, aut quid retri- buemus illi pro omnibus quæ retribuit nobis? Ille obtulit pretiosam hostiam, qua melior nulla: nos demus quod possumus, offeramus nos ipsos. Ille se ipsum obtulit, tu verò quis es, qui te ipsum offerre cun- ctis? Bone Iesu, duo minuta habeo, corpus & animam, vtinam hæc tibi perfectè in sa- crificium laudis possim offerre. Hæc san- ctus Bernardus, ser. 3. huius festi.

6.

¶ Sexto, maximè notanda est sacræ fidei nostræ viuacitas, quippe quæ plusquã lyn- ceos habet oculos. Quis nõ stupeat perspi- cacitatem fidei nostræ vel rapida cogita- tione contemplans? Hæc rudes pastores fe- stinanter ad præsepium Christi, Magos ab Oriente adduxit, & in diuersorio Do- minum celorum adorauit. Hæc infantem Iesum in templo agnouit, & Saluatoris præco-

in festo Niuum.

præconia, cunctis instantibus personauit, magnificis honorauit titulis, salutare lu- men gentium, & gloriam Iudeorum Chri- stū appellas. Quid plura? Fides quæ per di- lectionem operatur, Iesum sauciatum, spi- nis coronatum, clauis confossum, in cruce pendentem, regem celorum & dominum omnium, palam profitetur. Vos charissi- mi, fortes in fide, mundo, carni & diabolo resistite, quo salutis æternæ brauium, capes- serè valeatis. Vbi non solam fidem, quam regnare hæretici aiunt laudamus, sed eam pro virili nõstra comendamus, quæ nec o- tiosa est, nec absque charitate operatur, apostolo Paulo teste.

Galat. 5

DECLAMATIO O-
CTAVA IN FESTO
beatæ Mariæ virginis
ad Niuem.

THEMA.

¶ Candor est lucis æternæ, speculum sine macu- la, imago bonitati sillius. Sapien. 7.



IRABILE quidè fra-
tres nobis apparet, quod post
tot miracula diuina virtute
patrata, almæ virginis Mariæ
preci-

Declamatio octaua

precibus hoc duntaxat sancta ecclesia Romana tanta hodie celebritate colat, quod niue de caelo descendente, in aestiuus calori bus, Romae apparuit. Enim verò vt alius rem adeò stupendam saltem compendio dicam. Tempore Liberij papae a beato Petro quarti, patritius quidam nomine Ioannes tū nobilitate & sanguine ingenuus, tū mōrum virtute praeclarus, multarum diuitiarum opulentia diues, simul cum coniuge sua, quam sibi Deus optimus dederat, beatissimam Deiparam sibi in principuā dominam & aduocatam delegerat. Haec quidem orbatū obnixè vno ore parique corde ambo almā virginē, orabāt dicētes. Sacerrima celorū regina, tibi vota nra persoluim⁹, & si fragiles ac immeriti sim⁹. Tu vt affoles tuae pietatis viscera nobis ostēde, ita vt vitā nostrā & oīa quae in terris tanquā homines possidemus solita miseratione dispone. Illud potissimè in nostris votis est, vt filio tuo, tibiq; nra semper deseruiat aetio. Nostraq; facultates, tibi in aliquo beneplacito obsequio expēdātur. Mira res fratres, nec pietas Dei precibus eorū defuit, neq; benigne virginis aures obturatē sunt. Quin & eorū vota Deus optim⁹ ex alto prospiciēs, petitiones illorū instituit sancto

in festo Niuinum.

160

sancto fini tradere. Itaque quando telluris germina exiccari solent, solis ardore cuncta adurente, quinta die mensis Augusti, volens beata virgo Maria locum aedificandae sibi ecclesiae insinuare, quadam nocte, subito natura temporis reluctante, nix è fursum descendit, quae tantum locum construendae basilicae operiens, miraculum ex algore ministravit. Eadem nocte virgo sancta, sui visione portentum stabilivit, tū Liberio papae, tum etiam patritio & uxori eius apparuit, edocens illos de mirando ac nouo oraculo, & de ecclesia sibi erigenda Romae, largius reuelauit. Idque summus pontifex cum omni clero vniuersaque ciuitas, statim opere implevit, inexhaustas gratias vniuersa turba red dens virgini gloriosa, pro tam mirifico, tamque memoria digno miraculo facto.

¶ Nempe charissimi ratio ipsa postulabat vt tanti miraculi festū & celebritas quotannis in virginis gloriam coleretur à fidelibus, eò quòd suapte natura nix candorem mirabilem & decorē habeat. Atqui Deiparae virginis tā est admirabilis pulchritudo, vt etiā angelos ipsos vicat puritate; spō si sui testimoniū tā audiam⁹ vt niue ipsam candidiorem agnoscamus. Quā pulchra
es ami-

Declamatio octaua

es amica mea, quam pulchra es & decora. Ea non semel, sed pulchram eam esse asseruit Spiritus sanctus duplici pulchritudine: quoniam nos admoneat, almam virginem intus & foris mirabiliter speciosam fuisse. Iterum laudare eam sponsus contendit eodem capitulo dicens. Ecce tu pulchra es amica mea. Imò ut Luna pulchra prædicata & electa ut Sol. Hinc verba nostri thematis ei iure conueniunt, quanquam de filio Dei qui est sapientia patris, literalis sensus loquatur. Eam ob rem primo de Christo Iesu, secundo de sanctissima eius genitrice thema nostrum explicabimus. Roboret mentes nostras Spiritus sancti gratia, qua freti quæ promissimus, etsi impares, persoluere valeamus.

¶ Candor est lucis æternæ speculum sine macula, imago bonitatis illius. Hæc tam excelsa, atque profunda de filio Dei dicta sunt, quo eius maiestatem & æqualitatem cum patre agnoscamus, vel ut melius dicā todo corde credamus. Verum beatitudo, & felicitas nostra charissimi, in hoc sita est, ut Christum Iesum Deum verum, de Deo vero genitum profiteamur. Paris periculi res est, uti sanctus Leo papa testatur, si Christum tantum hominem, aut solummodo

Leo papa.

in festo Niuuium.

161

modò Deum confiteamur. Quandoquidem ut homo est, quem virgo sancta Spiritu sancto operante concepit & peperit: atque Deus est ex patre generatus ab æterno. Cui pater omnipotens ait. Filius meus es tu ego hodie genui te: vbi hodie nõ tempus sed æternitate. m subindicat. Vnde Apostolus clamar: Tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hereditauit. Cui angelorum dixit Deus filius meus es tu, ego hodie genui te? Argumento irrefragabili deitatem Saluatoris ostendit Paulus, quo Ariana pestis retundatur, quæ fere omnem Orientalem plagam degrassata est, non parcens ætati, sexui, vel statui vlli. Aduersus hanc huiem & immanissimam ferã, ab inferis profectã, pro sua virili callentissimus literarum sacrarum doctor Augustinus pugnavit, beatissimus Hieronymus totius ecclesiæ Iubar fulgentissimum, sanctus Ambrosius & sanctorum patrum carerua, infraacto animo, contra hanc diram bestiam dmicantes non parum insudarunt. O infelices vestra malitia obcæcati, parumper gradum figere, & à Christo Iesu arcanum hoc discite. Ego ait & pater vnum sumus. Planè vnitas substantiæ, & personarum plurali-

S. Tho. 1
p. q. 31.
ar. 2
Hebr. 1.

S. Aug.

Ioan. 10

Declamatio octaua

tas breui verbo innuitur. Vnum pater & filius sunt, potentia maiestate, & deitate: sed alius pater & alius filius, ita vt personarum confusio nulla sit. Verum fratres altiora hæc sunt, quam intellectus nostri indago rimari quear, veruntamen, qui est in sinu patris ipse nobis narravit. Filius veniens in mundum abdita hæc nobis pandit: ipse magister & doctor noster benedictus, abdita quæque sua munificentia, non merito nostro referavit. Quin vt ipse testis est, in hoc foelicitas nostra consistit. Hæc est vita æterna, ait, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Fieri non potest, vt pater cælestis agnoscat, filio non cognito: sunt quidem (vt theologi aiunt) nomina hæc correlatiua: ita vt alterum, alterum inferat Scotus. i. d. 5. q. 2. Miror Aristotelem ethnicum qui ordine perfectionis dicit perfectissimum cognoscibile à nobis naturaliter dixit esse Deum. Et in hoc ponit foelicitatem naturalem. Ethicorum 10. Non autem sub ratione patris & filij & Spiritus sancti, naturalis cognitio Dei haberi potest, sed fide sacra mentem nostram illuminante.

Ioan. 17

Scotus.

Hic

in festo Natiuitatis.

162

Hic Dei filius tribus rebus quæ optime comparatur, candori lucis, speculo perpolitato, & imagini. A damusim singula exponam. Filius Dei candor lucis æternæ est. Nam sicut lux radij suum profert, ita pater filium suum intellectu generat. Vnde in symbolo sancta Ecclesia intinctanter profitetur: Lumen de lumine, Deum de Deo, filium Dei generatum. Perspicuum est & rationi satis consentaneum, quod si Sol esset æternus, radius eius æque esset æternus. Ad eundem modum pater cum sit æternus, ex substantia sua æternum generat filium. Et ab utroque Spiritus sanctus, amor vtriusque procedit. Iuxta illud: Spiritus sanctus quem ego mittam vobis a patre. Itaque lux æterna pater candorem habet, qui est filius. Idque Apostolum non latuit. Qui cum sit splendor gloriæ ait Paulus. Ecce candorem lucis æternæ, nunc splendorem patris vocat, quo generationem æternam nomine splendoris nobis inuauat. O candorem mirabilem, quo angeli & omnes cæli ciues illuminantur. O pulchritudinem ineffabilem cuius scintilla cælos decorauit, prata florifera & quicquid pulchrum visum est depingit.

Ioan. 15

Hebr. x

X . 2 Atten-

Declamatio octaua

Attendite fratres quam sit candor hic expectabilis, quam & toto pectore desiderabilis. Gemmarum omnium fulgor, margaritarum vernantium decus, velut stilla huius pulcherrimi fulgoris est. Verum filij Dei summi ea vox est. Pulchritudo aperi mecum est. Imò omnium creaturarum species & decus, à Deo tanquam à fonte dimanat. Hinc diserte Plato dixit. Illud ipsum consideremus, nam si vultus quidam, aut aliquid talium pulchrū est, quippe hec omnia fluunt: sed ipsum pulchrū dicimus, quod semper quale est perseverat. Ecce qualiter quæ fucata sunt & pulchra apparent, taxauit; Deum solum pulchrum reputans, quia semper est talis, apud quem non est vicissitudinis obumbratio. Er iterum 3. lib. de republica. Quod maximè est pulchrum, & maximè amabile.

Psa. 49

Nota.

¶ Cæterum is qui lucis aternæ candor pulcherrimus dicitur, speculum sine macula etiam sit oportet. Quandoquidem speculum, si luce non careat, & ante se faciem optimam habeat, tunc summam perfectionem attingit. At cū verbū Dei lux sit, & patrem suū perfectè suapte natura representet, speculū perfectissimū sit oportet. Verū in hoc speculo beatus Petrus patrem caelestem

in festo Niuuim.

163

lestem viderat vbi interrogatus à Christo respondit: Tu es Christus filius Dei viui. Mat. 16. Ecce in filio agnouit patrem, tanquam in speculo perposito nihil maculæ habente. At contra, qui eum Heliam, aut Ioannem baptistam, aut vnum ex prophetis fore asserabant, cæcutientes iudicabant toto caelo errantes. O rem mirabilem, Philippo dicenti, Ostende nobis patrem & sufficit nobis, iure optimo dictum est. Tanto tempore vobiscum sum & non cognouistis me? Philippe qui videt me videt & patrem meum. Perinde ac si dicat: Ego speculum sum ab omni macula peccati alienam, quisquis me fidei oculis intuetur, videns me, qui filius sum, & patrem meum videbit simul cui æqualis sum, eandem naturam, & æternitatem, cum ipso habens. Videtis (ni fallor) dilectissimi quo modo filius Dei speculum patris sit, expers cuiusuis maculæ.

¶ Denique qui lucis aternæ est pulcherrimus candor, & speculum absque macula, is & imago bonitatis patris sui est. Ecce vt nuperrimè diximus, quam sit ex omni parte perfectum hoc speculum; lucem & imaginem præ se ferens. At hæc imago, non ex ære, marmoreve,

Declamatio octaua

fabrefacta fuit, non cineribus aut diuer-
 sis coloribus picturata; verum huiufce-
 modi imago fatis imperfectè repræfen-
 tare folet, eo quod os habeat, non tamen
 loquitur, oculos poffidet, videre mini-
 mè poteft. Itaque fiue imaginem propriã
 quis in aere fpeculum afpiciens confide-
 ret, fiue quamlibet aliam humano inge-
 nio structam intueatur, fubinde imper-
 fectam agnofcet, quoniam mortuum fi-
 mulacrum videt. At verò filius Dei ima-
 go patris eft, non emortua fed viua, fi-
 cut pater habet vitam in femetipfo fic
 dedit filio vitam habere in femetipfo ait
 Saluator nofter, ne quis in re tam gra-
 ui quoquo pacto ambigere poffit. *Quin*
 & vita æterna ipfe eft, iuxta illud. Ego
 fum refurrectio & vita. Refurrectio no-
 ftra eft, qui nos è maufolco in extremo
 die fufcitabit, & vita eft, atque fons o-
 mnium viuentium tam in caelo quam in
 terra. Eas ob res Apoftolus filium Dei
 figuram fubftantiæ eius appellat. *Qui*
 cum fit fplendor gloriæ, inquit; & figu-
 ra fubftantiæ eius, hoc eft, ex patris cæ-
 leftis fubftantia genitus, Deus de Deo.
 Vnde homo ad imaginem Dei factus,
 non eft imago Dei. Filius vero Dei per-
 fecta

Ioan. 5

Ioannis

Hebr. 1

in fefto Niuium.

fecta imago eft patris. Ratio quia in
 perfecta imagine nihil deeft quod infit
 illi, de quo expreffa eft imago. Notum
 eft autem vniciquæ quod in homine
 inuenitur aliqua Dei fimilitudo quæ de-
 ducitur à Deo, tanquam ab exemplari,
 non tamen eft fimilitudo fecundum æqua-
 litatem, quia infinitum excedit exemplar
 hoc tale exemplatum: & ideo in homi-
 ne dicitur eſſe imago Dei, non tamen
 perfecta. Id quod palam facit præpoſi-
 tio illa ad,acceſſum quendam fignificans,
 qui competit rei diftanti: vt latius ſanctus
 Thomas 1. p. q. 92. ar. 1. tractat. Eft ergo fi-
 lius Dei imago patris perfecta, perfectè
 implens illud cuius eft imago: eam ob
 cauſam ſemper dicitur imago Dei non
 ad imaginem Dei ſanctus Thomas ibi-
 dem, ad ſecundum. Splendet itaque ima-
 go Dei in Chriſto, vt imago imperatoris
 in proprio filio ſibi connaturali: in homine
 aut, ſicut in aliena natura: quemadmodum
 imago regis in numo argenteo. Hæc ſan-
 ctus Augu. in libro de decem chordis: & S. Aug.
 eft perpulchra comparatio. Cæterum boni-
 tatis Dei Chriſtus Ieſus imago nuncupa-
 tur, & bene: nã teſte Dionyſio, bonum eſt dif-
 fuſiuum ſui ipſi. Vnde magnus philoſophus Pla-
 li. de. di-
 X 4 to ui. nomi.

Declamatio octaua

to diserte loquitur? est dicēs: bonitas Dei fu-
it causa factionis mundi. Sanè vt soli pecu-
liare est, hac & illac, radios suos spargere,
ita bonitati Dei proprium est, seipsam cō-
municare. Quam bonitatem vel maximè
Deus pater erga nos ostendit, quando fi-
lium suum misit in similitudinem carnis
peccati. Huc spectat illud beati Ioannis.
Ioan. 11 Sic Deus dilexit mundum vt filium suum
vniuentum daret. Quorsum dilexit,
mundum tot sceleribus inquinatum, hor-
rendum, innumeris delictis obnoxium?
Nempe quia pater beneuolus, quia so-
lus bonus & in seculum misericordia e-
ius. Dilexit mundum fallacem, vt effice-
ret veracem: dilexit scedum vt sole pul-
chriorem redderet: dilexit denique in mū-
dū, vt sua gratuita dignatione faceret mū-
dum: dicente Iob. Quis potest facere mū-
dum de immundo conceptū semine? Nō-
ne tu qui solus es? Id est, tu solus Domine,
tu in cuius ditione cūcta sunt posita, tu Do-
mine qui tuapte natura bonus, tu inquam
& non alter homines iaculo diro peccati-
ti fauciatos sanare, atque mundare potest.
Huic sententiæ optimè concinit quod A-
postolus ait. Propter nimiam charitatem
qua dilexit nos Deus, misit filium suum fa-
ctum

in festo niniuum.

167

ctum ex muliere, factum sub lege, vt eos
qui sub lege erant redimeret. A des te cha-
ritissimi obsecro; nusquam nimium legitis
Deum, nisi in amando salutem nostram:
violentiam charitatis hoc verbo apostolus
nos edocet, qua victus Deus optimus qui
charitas est, nobis filium suum dedit. Ecce
imago bonitatis Dei, in qua nisi cæcuciant
homines palam agnoscent quam bonus sit
Deus, non tantum ijs qui recto sunt cor-
de, sed etiam improbis & sceleratis, quos
sic allicit, vocat, expectat patienter, & ve-
nientes amplexatur gaudenter. Idque per-
spicuum est in parabola de filio prodigo,
quem subinde vt pater vidit à longe veniē-
tem, accurrens hilari vultu eum suscepit,
amplexus & oscula dulcia ei præbēs. Que
omnia eo attinent, vt luce ipsa clarius pa-
tris caelestis bonitatē videamus in Christo
Iesu. Quippe qui candor est lucis æternæ,
speculum sine macula, & imago bonitatis
illius.

Gala. 4.

Luce. 15.

¶ Cæterum de Christo homine verba hæc
exponere non abhorret à vero. Sanè vt ho-
mo est, peccatum non fecit, nec inuētus est
dolus in ore eius. Quique vt erat animā
eius beata, & in corpore mortali, fruebatur
tamen essentia diuina. Mirabile dictū ipse

1. Petr. 2.

S. Tho. 3 solus in hac vita, simul viator & comprehensor. q. 34. hensor erat: vnde audacter inimicis inferre. 4 stantibus dixit. Quis ex vobis arguet me de peccato? Profecto si saluator quoquo modo. Gre. li. 2. do peccatum haberet, sufficiens redemptor non foret, quin & ipse alio indigeret saluatore. Vt ergo absque peccato fuit, candor lucis eterne dici poterit, ob mirabilem innocentiam suam. Eadem ratione speculum sine macula vocatur, atque imago bonitatis Dei. Nonne, hoc speculo fracto, anima separata à corpore, vbi in cruce pro nobis obiit, centurio cum suis militibus hominem & Deum agnouerunt? Verè filius Dei erat iste, ait dux & milites eius. Hominem mortuum ostendunt, & verum filium Dei esse profiterentur, huius candoris & bonitatis testis est omnis plebs dicens. Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. Testis est vxor Pilati consulens viro suo. Nihil tibi & iusto illi. Testis oculus est tandem Pilatus ethnicus, voce magna clamans. Iesus nihil mali fecit. Et iterum, innocens ego sum à sanguine iusti huius. Testantur & hoc pluraque miracula, quae solo verbo ipse patrauit, vt sua sanctitas conspicua esset cunctis. Ad eum vt caluniatoribus diceret. Opera quae ego facio ipsa testimonium perhibent

perhibent de me. Et iterum si mihi non creditis operibus credite. Sed nunc ad Deiparam virginem veniamus & eius innocentiam cadiam pro modulo nostro iudicare incipiamus. Candor est lucis aeternae, speculum sine macula, imago bonitatis illius. Mitto hodiernum euangelium ed quod illud explicauimus tum in festo praesentationis Mariae, tum etiam in solennitate expectationis. Inibi elogiū virginis mulier illa voce magna intonat dicens. Beatus venter qui te portauit & vbera quae suxisti. Enim verò talibus erat encomijs euehenda Deipara, que mundo perditio edit saluatoris. Nonne vt iam meminimus, venter Mariae vt aceruus tritici erat, vallatus filijs virginitatis & puritatis? Venter eburneus distinctus sapphiris in canticis canticorum benemerito est appellatus, de cuius puritate sapiens sic ait. Candor est lucis aeternae. Sanctus apostolus de omnibus praedestinatis sic inquit. Qui elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. O ineffabilem summi numinis charitatem, o stupendam Dei dignationem erga nos: nondum erant angeli, caeli aut orbis non apparuerat, & nos in Christo Iesu pater nos delegerat. Quid dignum offeremus domino

2. Pars.

Eph. i.

Nota.

domino pro hoc primo & ingenti dono nobis elargito? Verum quicquid possumus & habemus, totum tam benefico patri debemus, & adhuc debitores sumus, quia in filio suo Christo Iesu auctore mundi creatione nos elegit. Scopum tamen tam magnae dilectionis attendamus oportet: non ut honores volatiles, aut diuitias perituras, carnis oblectamenta queramus: haec plane bona non sunt, que suos possessores bonos minime efficere queunt: imò improbi & vitij addicti eis plus abundant quam viri probi. Electio nostra fratres eò tedit, ut simus sancti, virtute conspicui: & ut verbis sancti Cypriani utar, ob id nos elegit dominus in Christo, ut vigeat apud nos fidei & spei robur, & inter ipsas seculi labentis ruinas erecta mens permaneat, virtus immobilis, nunquam nisi lata patientia, & de Deo nostro anima secura. Ita ut cū propheta nos horrante dicamus: ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Vinea licet fallat, & olea decipiat, æstuans cāpus arefcat, quid hoc ad Christianos? quid ad Deiseruos, quos paradifus inuitat? quos gratia & copia regni cælestis expectat? Nā qui sancti sunt & immaculati, natiuitate terrena expositi, spiritu recreati Deo nati, non

f. Cypri.
li. i. cōtra
demetri.

Abac. 3.

non iam mundos sed Deo viuunt, cum apostolo audent asserere. Viuo iam non ego, Gala. 2. viuunt autem in me Christus. Obseruandum quidem fratres, quod non fat erit nos sanctos & mundos esse coram hominibus, quippe qui mendaces sunt in stateris, ea que foris sunt videntes, sed coram Deo sancti sim^o oportet, cui nuda & aperta sunt omnia, Apostolo teste.

● In hac electione mirabili que ante mundi constitutionem in Christo Iesu facta est, potissimè virgo Maria selecta fuit, ut esset sancta & immaculata, in charitate in conspectu Dei: non sicut alij sancti, qui prius ceciderunt in retiaculo diaboli, Ad peccatum hæreditantes. Hos lauit dominus pretioso cruore suo & sanctificauit, Mariam verò sic elegit & prælegit, ut immunis esset à quouis peccato. Vnde eius beata anima gratia Dei præuenta nitidior fuit niue & lacte ipso candidior. Quem mirabilem candore sortita est à luce æterna filio Dei, cui placuit in sponfam & matrem illam habere. Hinc beatus Cyprianus, sermone de f. Cypri. natiuitate Christi: erat ei priuilegiū, quod nulla mulier, nec ante nec deinceps meruit obtinere: nam erat simul mater & virgo, singulis titulis insignita. Vnde & matri pleni

Declamatio octava

plenitudo gratiæ debebatur, & virginitas
 bundantior gloria: quæ carnis & mentis in-
 tegritate insignis, spiritali & corporali in-
 tus & extra Christi præsentia fruebatur.
 Ecce charissimi quam sit miranda puritas
 sacrae virginis, & præconijs creberrimis
 collaudanda. Sapienter admodum locutus
 est, qui dixit. Decuit virginem ea purita-
 te nitere qua maior sub Deo nequit intel-
 ligi. Angelorum & omnium spirituum puri-
 tatem, virginis almae candor exuperat, ut
 par erat. Tria namque sunt quæ habent quã-
 dam infinitatem, humanitas Christi vnita
 verbo, beatitudo hominis creata, & mater
 Dei. S. Tho. 1. p. q. 25. artic. 6. Quæ ergo ad
 præcellentem dignitatem ante secula fuit
 electa, ius erat ut maiori sanctitate esset cõ-
 spicua. Rursus, speculum est sine macula:
 equidem virtutes omnes ut atra in celo, sic
 in Deipara sancta fulgent: aded ut ipsa ver-
 ba filij sui suo modo proferre queat. Disci-
 te à me quia mitis sum & humilis corde.
 Quanta mansuetudine & mititate nitebat,
 quæ vna cum filio iuxta crucem stans ora-
 bat, pro carnificibus dicens. Pater ignosce
 illis, quia nesciunt quid faciunt. Plus dolo-
 ris virgo benedicta habebat de peccato
 occidentium, quam de morte filij sui, cui
 maxi

S. Tho.

Nota.

in festo niuium.

168

maximè compatiēbatur: velut stupore, &
 ecstasi rapti ibi erat, altius opus nostræ re-
 demptionis, & acutius angelicis spiritibus
 contemplans. Quid verò de eius mira hu-
 militate dicam? quando excelsus domi-
 nus, è celo sic eam intuitus est, ut in aluo
 eius inclusus carnis nostræ fragilitatem in-
 dueret. Mira res vehementerque miran-
 da, filius Dei cum in forma Dei esset, non
 rapinam arbitratus est, imò splendor glo-
 riæ & figura erat substantiæ eius, non ta-
 men est confusus se ad formam serui exi-
 nanire: ut qui de fraternitate eius glorian-
 tur, & volunt ascendere, non erubescant
 descendere. Sed eidem scalæ cum Iacob
 enitantur, & cantantes canticum graduum,
 ab imis ad superiora conscendant. O dñe
 exclamat sanctus Cyprianus stola martyrij
 laureatus, quæ admirabile est nomē tuum:
 verè tu es Deus, qui facis mirabilia. Nō iã
 mundi huius staturam admiratur, non stabi-
 litatē terræ, cum eam cõplectatur volubile
 firmamentum, non lunæ incrementum, non
 solem semper integrum & laborem eius
 perpetuum, nō tēporū vicissitudines, in qui-
 bus quædã arēt quædã virēt, quædã remuif-
 cū. Miror Deū in utero virginis, miror oī-
 potētē in cunabulis. In breui poterat patrari
 negotium,

Hebr. 1.

f. Cyprii
 ser. nati,
 Christi
 Iesu.

Nota. negotium, & tantus labor abbreviari ad
 solum Christi verbum, sicut factus est mū-
 dus, sed elementario mundo dignior est ra-
 tionalis homo. Quod ex eo, quod in eius
 obsequium facta sunt omnia, facile credi-
 tur. Hic planè me totum stupor comple-
 ctitur, & cum propheta Abacuch cano.
 Cōsideraui domine opera tua, & expaul.
 Videtis charissimi, quomodo omnipotens
 sese humiliarit, humilitatem Mariæ respi-
 ciens: quippe quæ nisi tanta humilitate pol-
 leret, mater Dei non foret effecta. Hic est
 primus religionis introitus, sicut in multi-
 dum primus Christi ingressus, vt quicumq;
 piè vult viuere, humiliter de se sētiat, neq;
Humili- supra se in mirabilibus ambulet: imò vt
tas. beatus Cyprianus perpulchrè ait: funda-
 mentum sanctitatis semper fuit humilitas,
 nec in celo stare potuit superba sublimitas.
 quam primam gratiam ingrediens mun-
 dum paruulus noster Iesus nobis attulit,
 iam opere insinians quod postea dixit o-
 re. Nisi efficiamini sicut paruuli, non intra-
Mat. 18. bitis in regnum cælorum. Post filium dile-
 ctissimi, speculum habeamus Mariam o-
 portet, ob oculos semper & vbique heroi-
 cas eius virtutes considerātes imitantēq;
 Clamat & quotidie voce grandi personat
 Deipara,

Deipara, nos dormientes excitans, apostoli-
 sententia vtens. Imitatores mei estote, si-
 cut & ego Christi. Etenim vox est matris,
 nos tenere amantis, & pietatis viscera no-
 bis ostendentis. Nos fratres aure surda hoc
 non audiamus: imo speculum nobis sit vir-
 ginis alme immaculata vita. De qua diuus **f. Amb.**
 Ambrosius. lib. 2. de virginitate. Sit nobis
 tanquam in exemplari scripta virginitas vi-
 raque Mariæ, in qua sicut in speculo spe-
 cies castitatis & forma virtutis refulget.
 Hinc sumatis exempla, vbi tanquam in
 exemplari magisteria sunt expressa probi-
 tatis, quæ quid corrigere, quid fugere, quid
 agere debeatis ostendunt. Quid nobilius
 Dei matre? Quid splendidius ea, quæ splē-
 dor lucis æternæ elegit? quid castius ea, quæ
 sine cōtagione generauit? Erat Maria cor-
 de humilis, verbo grauis, animo prudens,
 loquendi parciore, discendi studiosior, non
 in incerto diuitiarum, sed in prece pauper-
 ris spē reponēs: intēta operi, omnib⁹ bene-
 uelle, maioribus assurgere, æqualibus non
 inuidere, fugere iactātiā, virtutē amare.
 Quādo hæc vultu læsit parētes, fastidit hu-
 milē, derisit debilem: quando vitauit pau-
 perē? Nihil erat in actu inuerecundum, nō
 incessus solutior, nō vox petulātor, vt ipsa
 Y corporis

corporis species simulachrū fuerit mētis, & figura probitatis. Domus bona, in ipso vestigio debet agnosci. Quid in singulis moror? Talē inuenit angelus Gabriel, talem euangelistę demonstrauit, talē spiritus elegit. Quę digna fuit ex qua Dei filius nasceretur. Ecce quę lucidū & nitidū habemus orthodoxi omnes speculū. Hęc intuēs spōsus laudibus effert uehementer. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. ¶ Imago bonitatis Dei virgo Maria est, in qua vel maximē tum sapientia, tū potētia, tum deniq; bonitas summī numinis apparet. Nimirū hęc tria in cūctis creaturis mirabiliter lucent: alioqui apostolus non dixisset, inuisibilia Dei per ea quę facta sunt intellecta conspiciūtur a creatura mundi. Et in ecclesiastico legimus: à magnitudine speciei & creaturę, poterit eorū creator uideri. Hoc est quod theologi dicunt, in creaturis uestigium esse Trinitatis, in homine autem imago Dei elucet. Sāctus Augustinus lib. 6. super genesim: hoc excell. t. in homine, quia Deus ad imaginem suā eum fecit: propter hoc, quod dedit illi mentem intellectualem, qua prestat pecoribus. Quę quidē Dei imago ob mirabilē Marię sanctimoniā, in ea uehementer splendet. Verū si

testimo

Simile.

Rom. 2.

f. Th. 1. p. q. 3. ar. 2.

testimonium diui Dionysij. 4. c. de diui. no S. Dio. mi. accipim⁹, radius solaris maximē habet nyfius, similitudinē diuinę bonitatis. Ratio quia solem ipsum indicat, & cūctis uidētibus cōmunicat. O virgo benedicta, o super omnes ignara delicti, tu domina solē iustitię Christū Iesum nobis ostēdisti: nec dū ostēdisti, sed quod plus est, uirgo intemerata illū mirabiliter nobis genuisti, peperisti quę. Equidē fratres mei si radius solis symbolū est, & imago bonitatis Dei, quanto magis Deipara summī numinis simulachrū erit: Quippe quam super angelorum agmina Deus euexit? Vx sceleratis, qui imaginem Dei sibi innatā spurcitiā peccati obicurantes, diaboli imaginē prę se ferūt. Vx iterū superbia turgidis, liuore inuidię sauciatis, carnis lenocinia adamantibus, quibus saluator noster ait: vos ex patre diabolo estis, Ioā. 8. & uoluntatem eius uultis adimplere. Ecce non natura, sed malitia homines iniquos, filios tam infelicis patris constituit. Voluntatem eius uultis adimplere inquit: uestigia praua eius sectari uobis placet, non autem dogmata mea uultis audire, & immaculatam meam uitam imitari. Hos graphicē depingit sanctus Iob, quo eos agnoscamus, & ab eorum commercio

fugiamus. Effè sub sentibus delicias cõpu-
rabant. Dixerat paulò superius. Qui inter
huiuscemodi lætabantur. Verum quia trã-

S. Greg. sitoria attendunt, quæ percipiunt, & perma-
li. mora. nentia intueri negligunt, bona stabilia per-
dunt. Et cū amore tẽporalium flagrant, verã
letitiam volentes ignorant. Quã si studiosè
agnoscere vellēt, quã flẽda sunt gaudia quę
appetunt viderēt. Sic deluui fugaci sibi sedu-
ctiõne blandiuntur, exultantes cū malefe-
cerint, & lætantes in rebus pessimis. Atqui
velint nolint super vepres ambulant, & si

Nota.. falsò delicias se inuenire credant, miscetur
tamen eorum gaudijs plerunque tribula-
tiones: atque ex rebus ipsis, quibus super-
biunt flagellantur. Neque sine grauius cu-
rarum molestijs possunt tẽporalia quę ap-
petunt, vel non habita querere, vel quæsita
seruare. Hæc omnia profestò miseros ho-
mines pungunt, sed easdẽ punctiõnes, ipso
rerum tẽporalium amore victi & inebria-
ti non sentiunt. Vnde rectè dictum est: esse
sub sentibus delicias computabãt. Quorũ
quisque illud Hieremiã dicere potest. Ine-
Tren. 3. briauit absinthio. Nempe ebrius quod pa-
titur non sentit: peccator qui absinthio pec-
cati inebriatur, non intelligit amaritudinẽ
qua repletur, mundi gloriam diuitiãque si-

tens-

tiens, multas calamitates inuenit & ama-
rũ est quod bibit. Sed quia hoc nimis in-
hianter bibit, eiusdem amaritudinis ma-
lum discernere minime iam præ ipsa ebie-
tate nõ sufficit. Hæc sanctus Gregorius. li.
20. c. 16. Equidem qui diaboli filij sunt &
imaginẽ bestiaẽ adorant vt in Apocalypsi
Ioãnes testatur, ij miseri sunt: quos prophe-
ta Oseas deplorat. Ephraim vitula edocta
diligere tritiram. En qualiter grauium la-
borum iugo sponte colla submitunt: imò
& gloriam Dei mutauerunt in imaginẽ
vituli comedentis fœnum. O vos miseros
qui vt vitula laboribus assueti plerunque,
etiam si relaxati, ad eundem laboris vltim
non cõpuli sed spõte reuertimini. Audite
precor mellitã, Christi Iesu vocem, & ca-
uete ne grauentur corda vestra, in crapula,
& curis huius seculi, & superueniat in vos
repentina illa dies. Et iterum venite ad me
omnes qui laboratis & onerati estis, & ego
reficiam vos. Tollite iugũ meũ super vos,
quod quidẽ suauẽ est, & onus meum leue.
At contra filij huius seculi malũ sub senti-
bus degere, & instar vitulę tritirã diligere,
more belluarũ viuere, quã iugũ dñi suauẽ
humeris portare, & imaginẽ Dei in se ipsis
fide, charitate & spe alijsque virtutibus de-

Ose. 10

Luç. 11.

corare. Sancti viri autem, in hoc toti sunt, & omni solertia eò incumbunt, vt almæ virginis contemplant, charitatem, aliasque virtutes contemplant, toto nisu eas imitari appetant. Sed nunc sponsum audiamus puritatem virginis laudantem.

Cantic. 2. ¶ Ego, ait sponsum, flos cæpi, & liliū conual-
 lium: sicut liliū inter spinas, sic amica mea
 inter filias, magnifica sunt encomia ab ore
 sponsi profecta, in gloriâ sanctissimæ suæ ma-
 ris, precor charissimi attentione ingenti au-
 diatis, & sedula memoria ea recolatis. Sese
 Christus Iesus florem appellauit, non hor-
 ti, non lectuli, sed cæpi. Lectulus flores habe-
 re potest, tamē illatos non innatos: hortus flo-
 ribus abundat, sed industria humana & vi-
 gilia, ac mortalium cura prognatis: capus
 autē, nemine colente, stercoreate, aut impin-
 guate, citra vomeris, ac rastri operā, fatio-
 neque, flores profert: et si experimento cre-
 damus, rose cæli vel pluuia ager in defa-
 ctus, fragrantia lilia, specte ornatus; amœ-
 nissimò ridetia germinat: Flos ergo hic Ie-
 sus Nazarenus, in Nazareth quæ flos inter-
 pretatur conceptus, sic ait, ego flos cæpi: non
 hortuli, cui humana adhibetur manus, non
 ex viro conceptus sum, absit: sed mystico
 spiramine. Nempe cui humana cura adhi-
 betur,

Christus
 flos.

betur, inde marcescit & deficit: Ego verò
 sine hominis adminiculo, ex virginali ve-
 ro ortu processi. Merito ergo Christus lili-
 um campi nominatur, cui nec Salomò in
 omni gloria sua potest comparari. Quanta
 suauitate sit fragrans, aspectu suauis, & for-
 mosus olfactu, delectabilis flos hic, indefi-
 cienter vernans, naturaliter mundus, ori-
 ginis suæ radicibus semper inhærens, vt po-
 te à patre procedens nunquam ab eo diui-
 sus, nec intellectus creaturæ potest capere,
 nec lingua enarrare. Sed quod plus stupori
 habet, illud est quod sequitur. Sicut lili-
 um inter spinas, sic amica mea inter filias:
 Vnde Maria vt liliū fragrans? Vnde perpe-
 tuo nitore pollens, vt valeat lilio comparari?
 Nonne ex propagatione concepta, & huma-
 no generata commercio? Apud quidē, nā ro-
 sa inter spinas orta spinarū expers apparet,
 priuilegio gratiæ id actū est non natura tan-
 tum: quæ in primis patribus corrupta, om-
 nes filij Adæ in peccato concepti, filij iræ
 nascimur. Eam ob rem spinæ omnes filiæ
 vocantur, nā nos delictorū aculeis obfiti, &
 sauciati sumus: illa gratia Dei fulta, sem-
 per immaculata manes, & originalis noxæ
 nescia, vt cadens liliū oculis Dei maximo-
 pere placuit. O sacra & per omnia lauda-
 bilis

Cantic. 2.

Maria
 flos.

Declamatio octaua

bilis foemina, quae per gratiam Dei maledictione explosa, amica Dei cocepta & orta, iure lilio comparatur. Nepe flos hic de radice Iesse ascendens cadore, & odore mirabilis, ta est pulcher, vt angelis ipsis sit expectabilis. Super quem dubio procul septiformis spiritus dona, vt grana aurea septem requiescunt, locupletius quam super cunctos sanctos quamlibet sanctitate conspicuos. Vnde propheta regi⁹ pulchre cecinit. omnis gloria filie regis abiit. Quid plura? ex hoc flore mirabili flos Christ⁹ produit, mundum odore suo replens, refrigerans angelos, vniuersum orbem letificans. Ecce quomodo nulli quam virgini Mariae valeat verius, proposita similitudo accommodari.

¶ Labet in ijs immorari paulisper fratres, vt palam agnoscamus, tum almę virginis candorem, tum etiam vt quam maxime omnium puritatis sit amator Christus Iesus videamus. Nempe beatos mundo corde vocauit Christus, eo quod munditiam vnice amantes Deum ipsum in sua pulchritudine & gloria videbunt post huius vitę cursum. Non testem alium, sed Christi-feram virginem adducamus in tam feriare. Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia. Vbi sanctus Bernardus

psal. 44

Matt. 5.

in festo Niuium.

173

us egregie ait. Sponsa se prauentam a Deo illius opera profert dicens. Dilectus meus mihi. Ipse prior dilexit nos, idcirco vicem reddentes diligamus eum. Nec eligere nos potuit ante mundi constitutionem, vt nuper ostendimus, nisi lubens nos diligeret Deus. Et quoniam amor Dei amorem parit animae, & illius praecurrens intentio, intentam facit animam, sollicitudoque sponsi reddit eam sollicitam, ideo ait. Et ego illi. Hae sanctus Bernardus. ser. 69. super cantica. Nescio qua vicinitate naturae ait ibi, cum semel reuelata facie gloriae Dei speculari anima coeperit, mox illi se conformari necesse est, atque in eandem imaginem transformari, A postolo teste. Igitur qualem te paraueris Deo, talis oportet appareat tibi Deus. Nam cum sancto sanctus eris, & cum innocente innocens. Quid ni fratres, aequē & cum amante sit amans, Christus cum anima inuenta inuentus, & cum sollicita sit sollicitus? Ecce inquit ego diligentes me diligo. Mira res: non ipse la dubitat se a Deo amari, quoniam amoris eius flammam in pectore ardere sentit, & cum regio propheta clamat. Inflammatum est cor meum: & in meditatione mea exardescet ignis. Quandoquidem sedula

S. Ber.

Psa. 17

Prou. 8

Nota.

Y 5 vitæ

Declamatio octava

vitz Iesu meditatio quippe quifcopus vitæ
noſtræ eſt, dilectionis prunas in corde no-
ſtro accendit, & roguſ ingens in præcor-
dijs noſtris exardet, non dolorem ſed dul-
cedinem ineffabilem generans: adeo vt a-
liquando cum diſcipulis Chriſti vociferā-
tes dicamus. Nonne cor noſtrum ardens
erat in via dum loqueretur nobiſcum? Ne
que alioſum ſpectat illud Lucæ euange-
liſtæ. Apparuerunt illis diſperſitæ linguæ
tanquam ignis, ſeditque ſupra ſinguloſ eo-
rum: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto.
O ignis qui ſemper ardeſ, & nunquam ex-
tingueriſ, ait ſanctus Auguſtinuſ, incende
totum cor meum, ne adulteriniſ amori-
buſ vlluſ iam pateat locuſ. Sed quid hoc
eſt, vt anima quaſi ſibi ſoli intendere di-
cat dilectum? Planè ſibi ſoli intendere glo-
riatur, quamuiſ cuncta ſua prouidentia gu-
bernat & moderatur: nam quæ ſe Chriſto
obtulit omnibuſ mundi rebus poſthabitiſ,
ſeque totā ei deuouit ſic fidet in eo, vt ma-
gnam fiduciam habeat cum Propheta cā-
tans. Dominuſ regit me, & nihil mihi dee-
rit. Iterum dicam, tanta fiducia dicit dile-
ctum intendere ſibi, ſeque illi, quod nihil
præter ſe & illum videat: Rectè ergo ma-
ter Dei benediſta dixit. Dilectuſ meuſ
mihi

Acto. 2

Pſal. 22

in feſto Niuium.

174

mihi & ego illi. Filiuſ adamauit eam ſu-
per omneſ muliereſ, etiam ſuper omneſ
ſanctuſ & angeluſ, ipſa verò totam ſe circa
crauit vbi dixit. Ecce ancilla Domini fiat Luce. 1
mihi ſecunduſ verbuſ tuuſ.

¶ Quod verò annectit, qui paſcitur inter
lilia: quam ſit puritatis amicuſ filiuſ Dei
oſtēdit. Iuxta illud qui diligit munditiā Pro. 22
habebit amicuſ regem. Equidē nihil eſt,
quod æquē amicitiam Dei nobiſ conciliet
quam cordiſ munditia, quæ egregiè in
niuiſ albedine deſignatur, & in candidiſ-
ſimo lilio. Atqui vt ſimilitudo ſuapte na-
tura cauſa eſt dilectioniſ, ſic qui candor
eſt luciſ æternæ Chriſtuſ Ieſuſ, candenti-
a lilia quæritat, quo inter illa paſcatur:
Sed quantum iſto eſt, qui vt agnuſ inter
lilia paſcua quarat? Nonne omniſ caro Matt. 6
fœnum & omniſ gloria eiſ quaſi floſ
fœni? Nunquid non fœnum hodie eſt,
& eras in clibanū mittitur? Sed voſ
chariſſimi vigilanter a duertite, agnuſ Dei
eſt qui tollit peccata mundi, vituluſ ſa-
ginatuſ eſt, qui pro nobiſ ſe obtulit in cru-
ce. Attendite non pabuluſ hic deſignari,
ſed locū. Nec dictū eſt liliſ paſci, ſed iter
lilia, ſuper ſydera regnat & cū hominibuſ
cōuerſatur. Humilia de ſpōſo cōmemorat
ſpon

S. Ber.

sponsa, nam ex quo factus est homo, cœpit plus agnosci & amari à nobis. In altissimis Dñs, in imis dilectus, vt ait sanctus Bernardus. ser. 70. super cantica. Amabat super æthera, quia nusquam, & nunquam nõ potuit amare qui amor est, sed donec ad lilia descendit, & pasci inter lilia comperit, nec sic amatus à nobis nec dilectus Clarius hoc dicam: amatus est à prophetis & a patriarchis, sed non priusquam visus inter lilia pasci. Viderunt eum, nam ideò videntes dicti sunt: quin & Abraham vidit diem eius, vidit & gauisus est. Nempe vt erat eis vnica fides ipsi Christum viderunt, & acquiescentibus venturum prædicauerunt. Quid est credidisse, quam vidisse? Videmus nunc per speculũ in ænigmatate postea facie ad faciem, teste Apostolo. Videtis charissimi, quo pacto ad lilia descendit, & inter lilia pasci dignatus est, is qui omnes pascit, sumus quidem omnes oues pascuę eius: vt in psalmo legimus. Descensus ad nos dilectũ fecit illum, eò quòd non potuit ante diligi quam agnosci, iam hæc reflectio in spiritu quærenda est, nam corpoream cogitare ridiculum esset: imò ipsa lilia spiritalia sunt. Sed ò sponsa prudentissima, nonne hic est quem gemitibus

Canti. I

extre-

extremis orabas, Ostēde mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie? Si ergo in cęlo pascens & cubans sponsum asseris, quomodo nunc inter lilia pasci ostendis? Verũ tunc temporis in sublimi erat celestes spiritus pascens, sed iam iam semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo: ideò iam omnium pastor pascitur inter lilia. Ab ecclesia visus est, & ad amatus, ab inope inops, vnice dilectus propter similitudinem.

¶ Sponsus itaque cum sit virtus patris, in virtutib⁹ complacet, & in eis summopere oblectatur: & cũ sit lilium inter lilia comoratur: cum sit candor lucis æternæ, candidis pectoribus delectatur. Et quidem pascbatur olim corporaliter apud Mariã & Martham, eò quòd sorores illæ lilia erant, candore & odore virtutum, potissimè pierate fragrabant. Quid dico pascbatur recubens? simul & pascbat sorores sanctas & mira deuotione alebat: ideò cum pascitur ipse pascit dilectos suos. Mirabile dictũ, quantum dulcedinis capiat inter nos, delicię meę cum filijs hominum esse, inquit. Dicam & ego delicię meę esse cum Christo Iesu, nihil seculi amans,

Lucę. 10

Pro. 31

sed

sed relinquens omnia creatorem omnium
 sequar, & todo corde illum solum diligā
 qui est omnia in omnibus. Inter lilia vsq;
 modo pascitur dilectus, dum pauperes su
 bleuantur eleemosynis, infirmi recrean-
 tur, vincti per vos soluuntur, Christo Iesu
 Mat. 25 dicente, quod vni ex minimis meis fecistis
 mihi fecistis. Accipite regnū quod paratū
 est vobis à patre meo. Auari improbi nō li-
 lia sed sentes sunt, caput Saluatoris lacerā
 tes, nā spinea corona illa pauperū exacto-
 res, & raptores diros præfagiebat. Hos pla-
 nē ingehennam ignis Dominus mittet per
 petim cruciandos, quoniam eo esuriēte
 in paupere fideli, & sitiente nec aquam de-
 derunt. Eam ob rem nec gutta aquæ data
 est diuiti infelici, qui ientacula panis La-
 zaro benedicto abnegauit. Crucior in hac
 Luc. 16 flamma ait improbus. Cruciaberis miser
 & pœnas commeritas lues in perpetuum,
 eo quod non lilium, sed spina in hac vita
 fuisti. Nos verò fratres demus operam
 vt lilia simus, candentia lilia virtutum
 in mente habentes. Audite speciosita-
 tem sponsi vt admiratione rapti, pulchri-
 tudinem eius adamare, & imitari con-
 tendatis. Specie tua & pulchritudine tua,
 Psa. 44 intende prospere, procede & regna. Pro-
 pter

pter veritatem & iustitiam, & man-
 suetudinem, deducet te mirabiliter dex-
 xtera tua. O verè amandum, & totis
 medullis cordis ampectendum sponsum S. Ber.
 ait diuus Bernardus sermone septuage-
 simo super cantica. Nimirum veritas,
 mansuetudo, & iustitia, tria lilia sunt pul-
 cherrima, quibus maximè ipsi indige-
 mus. Bonum lilium veritas contra ser-
 pentis versuti mendacium, quo delusit
 Euam. Ego ait, sum via, veritas, &
 vita. Bonum etiam lilium mansuetudo,
 qua vallatus fuit comprehensus, flagel-
 latus, spinea corona lauciarus, & tan-
 dem ferreis clauis cruci affixus: hac
 mansuetudine aduersarios vicit, eosque
 gloriosè prostrauit. Bonum denique li-
 lium iustitia, qua roboratus mundum
 profligauit. & Satanam superauit, for-
 tem armatum peruenens, & spolia eius
 accipiens.
 ¶ Ceterum si nos fideles, veritatem loqua-
 mur cum proximo, si mansuetum in ad-
 uersis animum nō despondentes fortes si-
 mus, si denique iustitiam operemur man-
 data Dei penitus custodientes, tunc li-
 lia candentia erimus non de terra sed è
 celo orta. Quid de alijs virtutibus dicam?
 Tot

Declamatio octaua

Tot sunt lilia nitore & odore miro fragrantia, quot sunt virtutes. Fides, spes, charitas, fortitudo temperantia, prudentia, iustitia pulcherrima lilia sunt in conspectu Domini vehementer speciosa. Vnde in candela
 Exo. 40 bro aureo septem lucernæ ex præcepto
 Figura. Domini ardebant, & in quouis hastili lilia insculpta erant. Flos utique fructus expectatio certa est. Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum: Ecce flores iusti fructus sunt honoris
 Pfal. 91 & honestatis. Et in aliò Psalmo. Iustus ut palma florebit, & sicut cedrus Libani multiplicabitur. Hæc omnia de virgine benedicta cumulatus dicuntur, quæ sanè tot habuit lilia, tor fulra fuit floribus, quot virtutes, & priuilegia. Quare ipsa germinauit ut lilium ante Dominum, & ut palma floruit, quando virginitatis claustro seruato peperit Saluatorem mundi. Mirabilis utique res, & omni admiratione digna, inter lilia maternitatis & virginitatis Dei agnus Iesus pascebatur, vehementer delectatus, puritate & innocentia beatissimæ Mariæ. Ea namque est de qua dicere cœpimus illud sapientiæ. Candor lucis æternæ, speculum sine macula, & imago bonitatis Dei. Fas erit charissimi, ut quamprimum al-

in festo Niuium.

177

mū almam virginē tanquā speculum ob oculos habeamus, eam toto corde laudantes, mirabiles eius virtutes imitantes. Equidem dum amator liliorum veniet, & ita inuenerit, non dedignabitur iā pasci apud nos, imò apud nos faciet pascha. Quod si lilium innocentia non habemus, qui post baptismum sacrum tot delicta patrauimus, vestem illam candidam dilacerantes, saltem poenitentia candore dealbemur, cum Dauide orantes: Lauabis me & super niuem dealbabor. Sic sanctæ Mariæ Magdalænæ peccata fuerunt diluta: sic sanctus Petrus lachrymis mentem suam abluuit: sic tandem quotquot poenitentiam egerunt delictorum suorum sordes depoluerunt: pollicente Domino ac dicente. Si fuerint peccata vestra sicut vermiculus, ut lana alba erunt. Habemus fullonem Christum Iesum qui dilexit nos & lauit nos in sanguine suo: habemus Deiparam aduocatum apud filium: non est quod timeamus leonem rugientem Zabulum: imò Christus lauabit nos dono gratiæ suæ & super niuem dealbabimur: ipso præstante cui sit gloria cum patre & Spiritu sancto, Amen.

Esai.

Z

¶ Appen-

¶ Primo annotandum quam sit Deipara virgo misericordia plena, quippe quæ orationes seruorum suorum Iohannis patritij & vxoris eius non spreuit. Quin eorum pijs precationes ex alto exaudiens, eos vehementer consolari decernens, Romæ stupendo miraculo locum insinuauit in quo basilica, in honorem sui construeretur. Vbi eius humilitas & beneficentia maximo pete splendent. Eodem charitatis affectu seruum suum sanctum Illesonsum archiepiscopum Toletanum quondam inuisit, & de cælestibus thesauris pretioso munere decorauit, vestem qua rem sacram perageret ei præbens. O verè augustissima regina cælorum, tu fontem misericordiæ intra viscera tua nouem portasti mensibus, quid ni pectus miseratione plenum gestes? Quid ni piam matrem erga homines te inuocantes ostendas, quæ Deum & hominè Spiritu sancti virtute genuisti, virgo quæ peperisti? Procido coram te virgo sancta (ait seruus & zelator virginitatis tuæ sanctus Illesonsum) rogo te vt obtineas deleri facta peccati mei, vt des mihi loqui, & de fendere synceritatem fidei filij tui, seruire filio

Oratio
S. Illesonfi.

filio tuo & tibi: illi vt factori meo, tibi vt genitrici factoris mei. Hoc peto, hoc opto, hoc per te accipere cupio. lib. de virginitate Mariæ. c. 12.

¶ Secundo, quod albedo virginitatem subindiget, liquet ex illo Apocalypsis. 3. quod de virginibus scriptum est. Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Et iterum cap. 7. Amicti stolis albis sequuntur agnum quocumque ierit. Vnde aptè nimis symbolum datur, vt agnoscant locum vbi erigenda erat ecclesia in laudem virginis Mariæ, quæ virgo concepit, & virgo peperit Saluatorem. Nec officit philosphorum ceterua dicentium: non datur penetratio dimensionum. 3. phys. Nec aduerfatur hæreticorum sententia: partus miraculosus fuit, vbi Christus nascens vltus est dote subtilitatis, vt exiens de sepulchro clauso surrexit. S. Tho. 4. d. 30. arti. vlti. Hinc sanctus Augustinus. Sicut exijt de sepulchro clauso, ita natus est de virgine sancta clauso virginitatis signaculo. Iuxta vaticinium Esaie: Esaï. 7
Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: quod est interpretatum, nobiscum Deus.

¶ Tertio, quam insignis sit virtus puritatis atque virginitatis, vlex eo perspicuum est

Declamatio octaua

cunctis, quod filius Dei ex virgine nasci dignatus est. Nā teste beato Illesonso, quem admodum ex patre in æternitate nascitur absque corruptione generātis: sic nasci voluit ex virgine matre. Verum qui sine dōne munda mortuus in cruce, vt mortem nostram occideret, voluit inuolui, & mausoleum in quo nondum quisquam positus erat elegit, palam ostendit quanti faciat animā & corporis puritatem. Verum in celo neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli, Saluatore ipso testante.

Luca

4.

Sapi. 4

¶ Quarto, virginitas in sacrosancta Ecclesia Romana, vt lilium cādet, & angelis ac hominibus speciosa est. Vnde illud: O quam pulchra est casta generatio cum claritate, immortalis est memoria illius, quoniam apud Deum nota est, & apud homines. Quid obsecro laudabilius dici potuit de castitate? En elogiū mirabile, cum admiratione prolatum, vt ad tam egregiam virtutem mortales allectare possit Spiritus sanctus, cuius verba ea sunt.

5.

Cant. 7

¶ Quinto, quantopere sponsus cęlestis hęc virtutem cęlicam, in terra plantare desiderabat vox illa subindicat in cęticis. Videamus si floruit vinea nostra. Equidem vinea Domini domus Israel est, in qua flos pulcher-

in festo Niuuium.

179

pulcherrimus cādet apud virgines. Vnde sanctus Cyprianus. lib. 4. episto. 2. epistola. Floret Ecclesia tot virginibus ornata, & castitas ac pudicitia tenorem glorię suę seruat. Nec quia adultero pœna laxatur, continentię vigor frangitur.

¶ Sexto, quisquis gemmam pretiosam virginitatis semel amisit, & hoc candidissimum lilium puritatis obrinere non valet, pœnitentię lauacro dealbetur necesse est, vt Christo Iesu placere queat. De ijs qui à vita sua mala resipiscunt, & serio fructus dignos pœnitentię faciunt, regius Propheeta ait. Niue dealbabuntur in Selmon mōs est Selmō, & pulchrè pœnitentiā indicat, di cęte angelo ad Loht ē Sodoma egredientē: in mōte Saluū te fac. Enim verò, cōtrictio, confessio, & satisfactio pœnitentię partes, lilia sunt candentia quibusuis rosis fragrantiora, & cunctis vernātibus gem-

6.

Psalms.
Gen. 19

mis, in oculis Dei pulchriora: inter quę lilia sponsus Iesus hilaris & gaudens pascitur.

Z 3 ¶ IN

Declamatio nona

**IN FESTO ASSUMPTIONIS DEIPARÆ,
DECLAMATIO
Nona.**

THEMA.

¶ Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Luca, 10.



VA M sit fratres mei festiuitas hodierna laudibus euehēda inexhaustis, magnoque iubilo celebranda, in qua alma Dei mater super æthera gloriosa ascēdit, nemo ad eō stupidus, aut rudis est, qui ambigat. Sanctus Bernardus de hoc sublimi festo loquens ait. Sublimis ista dies, & splendidior sole fulgurans, in qua virgo regalis ad thronum gloriae euehitur in sede honoris seder etiam naturam angelicam sollicitat ad videndum. Tota conglomeratur angelorum frequentia, ut videant reginam à dextris filij sui, in vestitu deaurato, & in corpore immaculato, circumdatam gratiarum varietate. Sed qui-

in festo Assumptionis.

180

quibus laudibus seruitus hominum, reginam efferet angelorum? Quæ præconia dilaret mortalis angustia, vel officia subministraret, cui caelestia patent, & famulantur obsequio cæli ciues, quibus dignam honoribus plausus hominum acclamabit in terris, quam spirituum agmina beatorum, ingiter venerantur in caelis. Non est profecto facultatis humanæ virginem gloriosam ut meretur efferre: res ita habet fratres, nihilominus silere à laudibus Mariæ nobis filioliis eius non expedit. Imò dies magni nuntij est, vnde si tacuerimus, & nūtiare noluerimus, sceleris arguemur magni. Sanè illud paralipomenon rectè dicitur. *para. re possumus.* Facta est grandis celebritas, in Hierusalem, qualis à diebus Salomonis filij David regis Israel, in ea vrbe facta non fuerat. Equidem in ætherea Hierusalem post ascensionem admirabilem Saluatoris, tam ingens solennitas facta non est, ut in hac celeberrima die, virgine gloriosa *Psal. 17* volante super cherubim. Faxit Deus, ut sentire corde, & ore depromere aliqua valeamus in laudem Christi Iesu & gloriosæ Mariæ matris eius. Seriem consuetam obseruantes, primo sacram euangelij lectionem explicabimus; deinde thematis

Declamatio nona

tis nostri verba, pro modulo nostro exponere incumbemus. Euangelium hodiernum sic habet.

Euangelium. ¶ Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Græcè oppidulum habetur, nam in Bethania vbi hæc gesta sunt, castrum erat quamuis oppidum aut ciuitas non esset. Dominus utpote animarum zelator, & nimium humilis, circumibat ciuitates & castella prædicans regnum Dei, humilitatis admonens euangelicos concionatores, qui si spiritum Christi habent, non tantum in opulentiis ciuitatibus, aut in curia, sed in vicis, & oppidulis, vltro verba Dei propinare emittantur. Verum qui contra faciunt, populi auram venari videntur magis quam animabus fidelium prodesse.

Philip. ¶ Quos Apostolus merito taxat vbi ait. Quidam propter contentionem, alij propter inuidiam, quidam propter bonam voluntatem, quidam ex charitate Christum prædicant. Ecce quam varij sint prædicatores in Ecclesia, quamque diuersum prætendant finem. Utinam omnes ex charitate prædicarent, sine qua velut cymbalum tinniens aut æsonans quisque erit, ludens labores & operam, imò stulto labore seipsum consumens.

in festo assumptionis.

181

sumens. Saluator noster Iesus sese speculum vite nostræ per omnia præbens, adiit Bethaniam, oppidulum aut vicum, quo regnum Dei prædicaret, volens omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, quamlibet rudes & inopes atque paucos. In hoc castello erat domus Lazari, & fororum eius, veluti beatus Ioannes contestatur. Martha verò suscepit illum in domum suam. Iam incipiunt mysteria, & magna referantur sacramenta, fratres. Ecce qui tribus digitis molem terre appendit, potentia, sapientia, & bonitate sua cuncta ordine miro gubernans, quiq; serib' clamat, cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum, is ipse mutauit habitum, ut de rege Israel quodam legimus, & ingressus est prælium. De quo habitu stupefactus Apostolus ait. In similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo. O prodigium prodigiosum, o ineffabilem charitatis ardorem, qui toti orbis dominus est, instar peregrini lares alienos non horret, & qui vulpibus foucas & cauernas, passerculis nidos præbuit, vbi caput suum reclinet habere noluit. Vah vobis qui opulenti estis in Sion & confiditis in monte Samariæ, ait dominus. Vah qui agrum agro iungitis, &

Ioan. 11.

Esa. 66

3. Re. 22.

Mar. 8.

domum domui copulatis: nunquid vos soli habitabitis in terra? Videte. obsecro eorum regem in diuersorio Bethlehemiatico natum, in praesepio arcto, non in cubili eburneo reclinatum, pannis, non sericis indumentis vestitum: videte & atpedite nudum in patibulo crucis pendentem. Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quaritis mendacium? Pudeat vos non quae seria & vera sunt bona, non toto pectore amare, & magistrum vestrum Christum Iesum vestigia non sectari. Dic mihi auare qui questus liuore inardescis, & nullum non moues lapidem, vt saltem parum auri argentue valeas capessere? Dic mihi curas es tu, noster an exterus, cuias inquam es tu, epicurus an orthodoxus? Verum qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Ecce quam ob rem saluator pauperem vitam gerens, in quoddam castellum lubens intrauit, nos edocens paupertatem, methodum, seu viam esse breuem, qua ad caelum itur.

Nota.

Et mulier quedam Martha nomine excepit illum in domum suam. Multi Christum suscipiunt in alienam domum non in propriam, zelum quidem habentes, no tamen

Rom. 10

men secundum scientiam. Ij tum regum statum, tum etiam prelatorum factum reformare volunt: nec clericis aut religionis parcentes, quo minus suis verbis, ne dicam murmuracionibus, ad perfectione eos adducant, seiplos deserentes, & nihil minus quam de lege domini adimplenda cogitantes. O execrandam modis omnibus fugientem cecitatem, alios virtute & immaculata vita nitere appetunt, se vero sordidis moribus adigunt. Audi peccator & ne obsurdescas, tibi dominus loquitur, ad te quotidie clamat. Fili prebe mihi cor tuum domum tuam exhibe saluatori vt in corde tuo habitet: de aliena vita quid tua? Vnquisque onus suum portabit. Suscipe regem tuum humilem, te dimittens & humilians: patientem Iesum extipe, patienter cuncta ferendo aduersa: esto pauper spiritu, & hospitem habebis diuitem, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei absconditi: quique si aperueris ei, coenabit tecum gratiam suam subinde largius tibi impertiens: Apoc. 3. nam caput eius plenum est rore gratiae, & vt te ditaret ad te venit. Antequam Iacob intraret domum Labam pauper erat, Postea diues factus est valde. Idque tibi Figura.

Prou. 23.

Gal. 6.

Apoc. 3.

contin

Declamatio nona

continget ad introitum veri Iacob Christi Iesu, domin⁹ animæ tuæ benedicet. Quin & omnium charismatum donis ipsa abundabit, & multò melius quàm domus Obede don benedicta fuit, ad ingressum arcæ fœderis, mens tua benedicta erit, omnigena benedictione spiritali. Itaque quod semel gestum euangelista in Bethania narrat, id

S. Bern. quotidie erga nos fit, vt exactè sanctus Bernardus nota. sermone. 3. huius festi. Iesus ad ostium cordis nostri stat & pulsât, vt si quis ei aperuerit intret cœnaturus cum illo. Vis homo hoc intelligere & castrum tuum custodire? Audi dominum dicentem. **Pro. 4.** custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit. En castellū tibi à domino traditum, vt vigiles & excubias agens, custodias illud: etenim diabolus rāquam leo rugiens circuit quærēs quem deuoret: at nos in vtrāque aurem dormiemus charissimè? vigilate & orate ne intretis in tētationem. Quin & corpus nostrum quod corrumpitur, & aggrauat animam, castellum est, cui stodiam illud oportet. Sed videte quibus excubijs & vigilijs apostolus illud custodiebat. Sic curro nō quasi in incertum: sic pugno non quasi aërem verberans: sed

1. Cor. 9 castigo corpus meum, & in seruitutem redigo

in festo assumptionis.

183

digo, ne cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar. Stupenda nimirum sententia, & satis extimescenda: audiant hæc delicati, qui cibis plus æquo indulgent: auscultent, qui defæcatis vinis se ingurgitant. Vas electionis inedia, creberrimis ieiunijs, effrenes carnis motus cōpescit: nos gula & delicijs vacabimus? & iterum ait. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum concupiscentijs eius: quod perinde est ac si dicat: date operam, ne si vt fragiles succumbere contigerit, satanas thronum suū, in anima vestra ponat. Cauere, rex superbiæ regnet in vobis per prauam consuetudinem. Vñ illis qui procaciter respondere audent. Cum morte pepigimus fœdus, & cum inferno fecimus pactum. Nimirum qui eo dementiæ deuenerunt, nec castitatis murum, nec patientiæ antemurale habent. Quid plura? fame pereunt, cibo illo indigentes, de quo saluator & sui sectatores dicunt. Meus cibus & meus potus est, vt faciam voluntatem patris mei. Nos autem fratres custodiamus cor nostrum, ne forte vèdicet illud inimicus seuisissimus. Quin & ostioli liberi arbitrii reuerato dominum Iesum suscipiamus ouanter, exemplum sanctæ Marthæ

Nora.
Rom. 6
Esa. 28.
Ioan. 4.

thæ imitantes.

¶ Caterum, dominus Iesus castellum huius mundi ingressus est, & fortem euincēs cum alligauit, eius vasa arripiens in honorem effecit, quæ ante hac in contumeliam erant. Sic Matthæum publicanum, sic Mariam Magdalenam, sic Paulum & alios complures è faucibus draconis versuti liberauit: subterraneaque visitans vita functus, portas æreas conterens & vetes ferreos fringens, ascendit in altum captiuam secum ducens captiuitatem, &

S. Tho. 3 non quos purgatorium quamuis iustos, p. q. sed quos limbum patrum tenebat, potenter liberauit. In hoc castello mundi non

absuit mulier quædam, inter omnes & præ omnibus mulieribus benedicta, quippe quæ filium Dei excepit in domum suam, in mundissimum alium suum. Tunc mulier circumdedit virum, & vehementer nouum fecit Deus super terram, vt vaticinatus fuit, sanctificatus Hieremias, nimirum

Hier. 31 alma Dei genitrix collum vocatur nam vt turris Dauid ædificata est cum propugnaculis. Ex ea mille clypei pendent, & omnis armatura fortium. Nihil virtutis, fortitudinis, & sanctitatis, in omni caterua sanctorum iauenies, quod accu-

accumulatus & vberius non in sacra virgine resplendat: ob id omnis armatura fortium in hac turri Dauid posita est. Ex qua clypeus patientiæ, clypeus virginitatis, fidei spei & charitatis, mirifice pendent. Vnde aptè ipsa de se clamat: ego murus, & vbera mea sicut turris. Murus est profectò contra assultus diaboli, & hostiles tentationes, tam mundi fallacis, quam carnis subdolæ. Turris Dauid est, ad quam omnes iusti cõfugiunt, vt eius interuentu & prece, rex noster Christus subuenire dignetur nobis dimicantibus. Sed vallum huius turris aspiciate precor, & humilitatem eius abyssalem omnes contemblemur. Ecce ancilla domini ait, fiat mihi secundum verbum tuum. Hoc maxime omnium satanam deterret, qui rex est super filios superbiæ: hoc vehementer illum fugat, qui superbiæ veneno tumet: nec potest sustinere dirus hostis, quos videt humilitate accinctos. Nec potuit stare in cælo superba sublimitas, ait S. Cyprianus. Huic diuus Bernardus. Tanta fuit humilitas Mariæ, vt profundissimam ultra quam credi potest, diuinæ sapientiæ penetraret abyssum. Quid de Deo non sapiebat, in qua sapientia Dei latebat? Huc pertinet quod

Cantic. 8

Lucæ. 1.

Declamatio nona

quod pulchrè de humilitate virginis refert
S. Aug. beatus Augustinus sermone. 2. de hoc festo
 fer. 35. d. iucundissimo. O vere beata humilitas, quæ
 tēpore. Deum hominibus peperit, vitam mortali-

būs edidit, cælōs innouauit, mundum pu-
 rificauit, paradifum aperuit, & hominum
 animas ab inferis liberauit. O inquam ve-
 rē gloriofa Mariæ humilitas, quæ porta pa-
 radifi efficitur, fcala cæli constituitur. Fa-
 cta est humilitas Mariæ virginis fcala cæ-
 leftis, per quam Dēus dēfcendit ad tērras.

Luce. 1.

Ea propter ipfa clamauit. Quia respexit
 humilitatem ancillæ fuę: ecce enim ex hoc
 beatā me dicēt omnes generationes. Quid
 iam de antemurali patientiæ eius dicam
 fratres mei? Quid de muro virginittis re-
 ferre poterō: plurima de virtutibus eius he-
 roicis prætereo lubens, quæ nemini non
 funt exploratiſſima, tranſeamus vltra.

¶ Videtis ne vt reor, quā optimè hoc euan-
 gelium duarum fororum congruat sacra-
 tiſſimæ virgini, nec abs re ſancta eccleſia il-
 lud ſelegit & huic feſto accommodauit.
 Fuit planè virgo Maria Martha fatagens
 circa frequens miniſteriū Chriſto Ieſu ſo-
 licitè inferuiens: & à præſepio vſque ad ſe-
 pulchrum, Sedula ei miniſtrauit, non men-
 ſam opparam illi tātum appoſuit vt Mar-
 tha,

in feſto aſſumptionis.

185

tha, ſed vbera lacte virgineo plena ori ſal-
 uatoris ſæpe ſæpius, diu noctuque præ-
 buit. O quibus lachrymis faciem infantu-
 lipia mater, lauabat, gaudens, & videns
 Deum hominem factum, quem videre
 tantopere ipſa deſiderabat. Quid quod in
 Ægyptum tyrannidem improbi Herodis
 fugiens per deſerta ſqualentia ſuis brachijs
 virgo portauit? Quo amore, quo materno
 affectu, nimio dolore fauciatâ triduo flēs,
 ac gemens inter vicinos & cognatos quæ-
 ritauit? Res quidem difficilis dictu, ore-
 mus ſupplices vt non nihil ſaltem corde co-
 gitare ac ſentire poſſimus. Enim verò cun-
 cta pietatis opera Maria in filio ſuo, mi-
 rum in modum adimpleuit. Ipſa veſtiuit
 nudum, talarem tunicam ex ſuis viſceri-
 bus ei contexens, & filium Dei carne ve-
 latum nobis dedit: pauit eſurientem: po-
 tum præbuit ſitienti. Quotiens lacte ſuo
 virgineo aluit Chriſtum? infirmū viſitauit,
 flagellis dirè fauciatum in domo Pilati cō-
 templās: vinculis alligatum inuiſit, vbi fu-
 nibus vinculisque ferreis irretitum, agno-
 uit: captiuum redemit in templo, quinque
 ſiclis pro illo impendēs: collegit hoſpitem,
 nam multoties deſeſſum itinerantem Ie-
 ſum in ædes ſuas recepit: quid multis im-

Nota.

Luce. 2.

Declamatio nona

moror? sepulturam in cruce mortuo exhibuit, quando unguento optimo, magno dolore cordis sui unxit, & in mausoleo lapideo eum collocavit. O felicem mulierem quæ non exploratores Ierico recepisti, non alumnos Iosue, sed verum exploratorẽ totius mundi, & verum Iesum saluatorem animarum nostrarum hospitem habuisti, Sequitur in euangelio.

Text.

¶ Huic erat soror Maria nomine, quæ etiã secus pedes dñi audiebat verbũ illius. Primo aduertendum fratres, quos lares adeat dominus, & quas ades sua dignatione habitare velit. Nempe fraternitatis amator Christus Iesus inimicitias abhorret, vnitatem cordiũ vnice amat. Sorores erãt Martha & Maria Magdalena, mandata Dei seruabant obnixè, & se inuicem diligebant. In eadem domo degentes erãt, quia fraterna charitas diuisionem non patitur.

Psal. 132.

Ecce quam bonum & quam iucundũ habitare fratres in vnum. Bonum est quia facti gaudio vnitatem amantes perfunduntur: bonũ, quia hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deũ diligit & fratrem suum: iucundum, quoniã alter alterius onera portãtes, legẽ Christi adimplẽt. Verbis nemo

in festo assumptionis.

186

nemo cõsequi potest, quam bonam quãq; letabũdum sit cõmorari fratres in vnitate fidei charitatis & morũ. Pacẽ habete (inquit apostolus) & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Nõne vt testatur diuus Hieronymus, cõcordia parue res crescunt, discordia verò maximã dilabũtur. Quod videre est tũ in Romanorum ditione, cuiũ imperium nõ nisi dissidium peremit, tum etiã in Alexandri monarchia quã schisma puerorũ quibus diuisit regnum exterminauit. Concordia ecclesia Christi breui admodũ vniuersa terrarũ climata propemodum occupauit, & ex paucis fidelibus nimis propagata est & aucta orthodoxorum schola. Hoc nos docet verbũ illud, huic erat soror nomine Maria, vt fraternã charitatẽ mordicus teneamus: alioqui princeps pacis Christus Iesus domũ nostrã nullatenus ingredietur. Hęc sedebat ad pedes Iesu: ad pedes dñi sedit nã scriptũ est: qui accedũt ad pedes eius accipient, de doctrina illius. Sedere ad pedes, in signe humilitatis ostẽdit. Ob id in sapietia sua philosophi turgidĩ perierũt, quia se humiliare noluerunt, apostolo dicẽte. Dicẽtes se esse sapiẽtes stulti facti sunt, & euauerunt in cogitationibus suis. Sapiẽtes sese dicebant, & magna

2. Cor. 13

Rom. 2.

Declamatio nona

inſcitia & ſtultitia laborabant, Deum non glorificantes, & ei vt par erat grates inexhaustas non agentes, à quo velut à fonte quicquid habebant dimanauit. Eadem ferè dementia ducti hæretici, noſtræ tempeſtatis, & quot antehac fuere, non ad pedes Ieſu, ſedere volunt, captiuantes omnem intellectum ſuum, in obſequiũ Chriſti: ingenti arrogãtia inflati ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ mandatis parare contemnunt. Quas ob res ſerpentis verſuti dogmata lethalia ſectantes, infeliciter in dies in barathrum descendunt commeritas poenas dantes. Quos ingemiſcens eccleſia vt eſt pia mater ait. Filij matris meę pugauerunt contra me. Contra Chriſtum Ieſum pugnant homũculi & fragiles, quippe qui aliquando filij fuerunt huius eccleſiæ militantis lauacro baptiſmatis abluti, ac proinde hæredes gloriæ facti ſecundum præſentem iuſtitiam. Pugnant inquam vt Abſalon contra Dauid patrem ſuum, armis peſtiferis roborati, adulterâtes ſcripturas ſacras, & ad ſua praua deſideria perperam retorquentes. Conuertimini filij reuertetes, & ad pedes Ieſu procubentes, ne fortè vt improbus Abſalon in quercu pendentes & lanceis vulnerati morte turpiſſima

Hæretici.

2. cor. 10

Cãtic. 1.

Reg.

in feſto aſſumptionis.

187

ma pereatis: dicente propheta, mors peccatorum peſſima. Sed iam ad vos chariſſimi noſtra ſe verrat oratio agite obſecro, dũ concionibus intereſſe vultis, & verbũ Dei audire affectatis, ad pedes Chriſti ſedete, ſi commodum & exuberantem fructum exhaurire cupitis. Nunc audiſtis dogma ſalutiferum, modis omnibus pectoribus veſtris inferendum: qui accedunt ad pedes eius accipient de doctrina illius. Nimirum ſchola Chriſti humiles querit diſcipulos, ſuperbos abiicit, & longe à ſe repellit. Ob eam rem ſupercilioſi phariſei, doctores legis antiquę & ſacerdotes, verba vitæ audientes, operam & impenſam perdebant, & nihilo meliores euaserant, quia humilitate indigebant. Qui ſcrutator eſt maiestatis opprimetur à gloria, ait ſapiens. Et iterũ in omnibus operib⁹ Dei ne ſis curioſus, ſed que precipit tibi cogita ſemper. Sapiens ergo Maria humiliter ſedit. Vnde ſanctus Auguſtinus ſermone. 27. de verbis domini. Quãtò humiliter ſedebat, tanto amplius capiebat. Hinc legimus in pſalmo: qui emittis fontes in conuallibus, inter mediũ montium pertranſibunt aque. Quo ſchemate liquidò intelligimus, vt aqua ſuapte natura ad ima labitur, ſic planè gratia ſum

Pſal. 5.

Nota.

Pſal. 103

Dec' amatio nona

Nora.

Esa. 56

A. au.

mi numinis, in corda humiliū fluit, mōtes
Gelboe aridos deserens, & supborū mētes
derelinquēs: sup quos, nec pluuia, neq; ros
calicus vnquā deicēdit. O miserādā & ge-
mitibus ac lacrymis deffendā corū exci-
tatē, qui cōcionatores audiūt, nō vt mores
pranos immutēt, nō vt vitia quib⁹ irretitos
Zabul⁹ tener dimittāt, sed vt vanitate qua-
dā illedi, vulgi vestigia sequūtur, more
vni gradētes, & nō ratione & zelo proficiō
di ducti. Ij suę vanitatis mercedē recipiē-
tes nihil cōmodi, sed maiore iudicij cumu-
lū ex concionibus accipiūt. Super quem re-
quiescet spiritus meus, nisi super humilē &
quietum. & trementē verba mea ait dñs.
Talis erat Maria humilis & quieta ad bea-
tos pedes Iesu sedēs. A nima quiescēdo fit
sapiēs, dixit philosophorū princeps; & qui-
dē rectē. Quare māna, noctu quiescētibus
Hebrēis ē cælo descēdebat, & eo descen-
dente pariter & ros cadebat. Nēpe vt ver-
bū Dei quod manna mellitū est, quod ne-
mo nouit nisi qui accipit pacato animo or-
thodoxi audiāt, quo insonāte pariter & ros
gratię omnipotentis stillat. Alioqui Petro
cōcionāte, non descēderet spūs sanctus, su-
per audiētes sermonē eius. Neq; dominus
vnquā diceret, vos mūdi estis propter sermo-

ncm

in festo assumptionis.

138

nē quē loquūtur tum vobis. Ecce fons luci-
dissimus vbi mētes nostrę a delictis abluū-
tur, nūca ventilibus, nūca vero à mortali-
bus pet. contumōne, quę peccatori audien-
ti verbum Dei, aliquando solet obuēnire,
domino suffragante, liberamur.

● Sedebat ad pedes Iesu audiēs verbū illi⁹. Text.
Aure cordis pri⁹ audierat illud psalmi. Au-
di filia & vide, & inclina aurē tuā. En mod⁹ Psal.
mirabilis, quo audire quisq; debet verbū
dei. Audiāt nūc oportet quādiu viuūt, quo
post hac cursu vitę cōsumato, videat facie
ad faciē, quā nūc in speculo fidei cōteplaba-
tur: cōcinatq; ouātē; sicut audiunt⁹ sic vi Psal.
dimus. Sed vbi nēpe nō in exilio presentis
vitę, sed in ciuitate dñi virtutū, in Hierusa-
lē cælesti q̄ libera est. Huc attinet illud Iob. Iob.
42. auditu auris audiui te, & nūc ocul⁹ me⁹
vider te. Audi ergo filia, vt videas, crede
nunc vt visionē felicem, quę est merces fi-
dei tempore præsinito accipias: idq; fieri si
deposito supercilio, & inclinata aure, regis
tui & spōsi verba audias. Frustra quidem
externē verba crepant, frustra tempus te-
ris conciones audiendo, nisi corde humili
accesseris. Deus optimus superbis resistit, Iacob. 4
humilibus autem dat gratiā, his nectareū
manna verbi sui impertire dignatur. Ad

A a 4 hæc

Declamatio nona

hæc, opus est vt obliuiscaris populū tuum, domūque patris tui. Contemplationi incūbis verbum Dei audiens, cūctis abdicatis rebus, quibusuis cogitationibus, etiam licitis reiectis, verbo Dei intentus sis oportet. Et tunc maximè sponso placebis, ita vt cōcupiscat rex christus decorē tuū, pulchritudinē internā, qua nites, & sole ipso speciosior facta es. Quoniā ipse est dñs De⁹ tuus, quippe qui te ex nihilo creauit, ac tāti fecit, vt suā in te imaginē miro artificio depingeret. Deus tuus est, qui possedit fecit & creauit. Possedit te ab æterno in præscientiā sua & electione, fecit corpus tuū in vtero matris, iuxta illud: ossibus & neruis cōpegisti me: creauit animā ex nihilo, vt nulli creaturæ adhæreas, sed ex intimis præcordijs creatorem tuum diligas, cui soli similis es. Quæ omnia Maria Magdalena, omnili-brata ratiōe cōsiderās, oblita ministerij, & oblita sui, cūcta posthabens, ad pedes Iesu benedicti sedit, verbi eius dulcedinē degustās. Hinc S. Augustin⁹. Laborabat illa vacabat ista, illa erogabat, hæc implebatur, mira suauitate tenebatur, quia maior est re-
fectio mentis quam ventris. Sermone. 27. de verbis domini. Sed de hoc latius in secunda parte dicemus.

Deut. 32

Nota.

S. Aug.

in isto Assumptionis.

189

¶ Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Sōertiam Marthæ ministrātis lucas insinuat, iuxta hilari vultu, tantum susceperat hospitem. Vnde Apostolus pulchrè admōnet orthodoxos oēs, qui pauperibus charitatis affectū inferiunt, non ex tristitia aut ex necessitate: hilarem datorē diligit Deus. Verum in castitia in ministrāte regali mensæ, regis faciem obnubilat, diligunt quidem magnates famulos qui gaudent sibi deseruiūt. Vos verò fratres, dum infirmis & egentibus obsequia impenditis mementote regis vestri Christi Iesu dicentis. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Mensæ regali seruientes hilares estote, adsunt angeli, vt in conuiuio Abrahæ legimus, & in domo iusti viri Loht. Oblectantur vehementer cali-cues in operibus pietatis, quæ erga proximos exhibetis. Adest etiam angelorū rex Christus, quique vt homo ad dexteram patris sedens, vt Deus nusquam non est. Vbi-que adest, per essentiam, potentiam, & præsentiam. Per essentiam vbique est, vt rex in solio suo: per potentiam, tanquam imperator in imperio omnia gubernās: velut princeps in aula sua præfens vbique caelorum ac terrarum adest. S. Tho. i. p. q. 8.

Genesi.

S. Tho.

¶ Martha

ar. 3. Vnde ipse per Hieremiam ait: Ego cælum & terram impleo. Inplet sanè omnia, trifario hoc modo, quatenus amore & gratia in angelis & hominibus duntaxat sit. En fratres quanta sollicitudine nos decet proximis nostris ministrare, quantaque alacritate eis vtius est, obsequia prestare, nam Christo praesente, eoque adiuuante, & remunerante, quicquid egenis erogamus, non eo absente facimus. Rursus verbi Dei cõcionatores hinc discant, ubique verba Dei loqui, in itinere, in domo, in mensa Saluator noster sacrum euangelium personabat. Sanctus Basilius sic ait. Omnis operatio & verbum Saluatoris, regula est pietatis, & virtutis. Ob hoc enim induit corpus, vt nos conuersationem illius imitemur pro posse Cui sententię beatus Chrysostomus consentit. Exemplo igitur tuõ docet Dominus, inquit, & discipulos suos monet, qualiter se gerere debeat, in domibus eorũ qui eos suscipiunt. Non resupini quiescant, sed potius repleant suscipientes sacris, & diuinis doctrinis.

¶ Sed operæ pretium erit nunc indagare, quod verbum audiebat Maria ex ore Domini? Equidem sancto Augustino teste, bene Martha circa corporalem Christi necessita-

S. Basil.

S. Chry.

S. Aug.

cessitatem & volutatem ministrabat carni mortali, sed qui erat mortalis in carne, erat in principio verbum apud Deum, & Ioan. 1. Deus erat verbum. Ecce quod Maria audiebat. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Accuratè dictum existimo, nam mirabilius in rebus per tempus ortis, gestum minime est, quam quod Deus factus est homo vt homo fieret Deus. Mirabile dictum, in hoc fundamento firmo beatitudo nostra sita est, asserente Dño. Hac Ioan. 17. est vita eterna vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Non ait erit, sed iam est vita beata, ne dum in re sed in spe vana ac firma. Iuxta Petri sententiam: Qui regenerauit nos in spem vi- I. Petr. 1. uam, immarcescibilem & incontaminatam in cœlis. Quandoquidem singula verba magnam habent enphasim, nec possumus sigillatim omnia rimari sacramenta, quæ hic latitant. Sanè Christo aduentate mortalium spes, quæ veluti emortua erat, reuixit, ita vt Apostolus audacter clamet: Ex Rom. 8. pectatio creature expectat reuelationem gloriæ filiorum Dei: & alibi fortius tonat, quos spem nostram ad cælum vsque erigat. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus

Declamatio nona

corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Optimè ergo dictū est, vita æterna iam cœpit esse. Hanc velut delibans Maria ad pedes Iesu humiliter sedebat; suavi contēplationi vacās. Quod sanè soror illius Martha agrè ferens querimoniam fecit dicens.

Textus. ¶ Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet. Primò aduertendū est maximè, quàm sit efficax oratio quamque potens. Stetit, ait Euāgelista, erexit se, & ab opere cessauit. Procliues ambulam⁹ absque oratione, & humi reparamus, vt vermiculi. At orantes cælos ipsos conscendimus, inò astra cuncta penetramus. O-

Oratio. ratio quippe est ascensus animæ in Deum. S. Tho. En charissimi quomodo orantes omnia vi
22. q. 83. sibi illa superamus contemnimusque, ad
ar. i creatorem peruenientes, quauis creatura
deserta, modo nò sit oratio pharisaica, que
nihil momenti aut ponderis habet apud
Deum. At contra publicani precatio tanta
habuit energiam, vt subinde iustificatus
è templo descenderet, qui tot delictorum
laqueis erat insecatus, ac, irretitus. Quam
bene scriptum est. Oratio humiliantis se
nubes penetrat. Inò sagitta acuta est qua
faucia-

infesto Assumptionis.

191

fauciatus sponfus ait. Vulnerasti cor meū Cantu.
soror mea in vno oculorum tuorum, & in
vno crine colli tui. Contemplationis aspe-
ctus oculus est quo sponfus Christus fau-
ciatur absque omni dolore. Crinis colli,
humilis oratio iure dicitur ex corde candi-
do per collum transiens, qua etiam vulne-
ratur sponfus delicatus. Quid plura? Inter Nota.
mensæ administrationem ad orationem
fugit Martha velut labore lassata, & penè
deficiens, nam aliter oneris pondus susti-
nere minimè poterat. Vt documento nobis
sit, etiã in medijs afflictionibus, & pau-
perum obsequijs, saltem vel rapida cogi-
tatione ingemiscamus, Christum Iesum
inuocantes in quo vno robur & fortitudo
animæ nostræ posita est. Volo viros orare
in omni loco, leuantes puras manus inquit
Apostolus. Ecce frequentem orationem
nobis commendat, dum in omni loco o-
rare docet. Quòd verò manus puras ele-
uare hortatur, ad opera sancta pertinet,
quibus pauperes, & afflictos subleuamus.
Animaduertèdum præterea, quàm sit in- Contē-
firma vita actiua, nisi à contēplatiua ad- platio:
iuuetur. Nonne Esau qui typum vitæ acti-
uæ gerebat, fame defatiscēbat, nisi Iacob
qui vitam contēplatiuam adumbrabat,
ciba-

cibaria illi præberet? Ad eundem modū Martha in ministerio succumbens orat, clamans ad Christum, vt faueat illi soror sua Maria. Srylum orationis & ordinem iam explicemus oportet.

Textus. ¶ Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Attendite, fratres rogo, ne hunc in morem orationem vestram faciatis. Hactenus ad orandum vos hortatus sum, eo quòd oratio omnium ærumnarum requies, & tempestatum statio siue portus pacatissimus sit: nihilo secius à beata Martha orandi formam nullatenus accipiatis. Primò in hac precatone Dominum taxat, quasi ei curæ non sit de illa. Secundo iuuamen perit à sorore sua. Videte quam sit antiqua tentatio Satanæ, qui in laboribus & tentationibus viræ huius suadere nititur cuique fideli, nullam esse Dei prouidentiam, nihilque Deo esse curæ de

Nota.

orthodoxis suis afflictis. Deus dereliquit eum; persequimini & comprehendite, vociferantes dicunt daemones, vt animam vndis calamitarum percussam in desperationem pelliciant. O execrandam blasphemiam, Deus dereliquit eum. Cauere aures tam improbo verbo præbeatis charissimi, mē-

Psal. 90. orthodoxis suis afflictis. Deus dereliquit eum; persequimini & comprehendite, vociferantes dicunt daemones, vt animam vndis calamitarum percussam in desperationem pelliciant. O execrandam blasphemiam, Deus dereliquit eum. Cauere aures tam improbo verbo præbeatis charissimi, mē-

dax est

dax est & pater mendacij, qui hoc effatur. Deū optimū qui veritas est audite, vt infra cōto animo aduersa sustineatis. Ego protector tuus sum, & merces magna nimis, non li timere, Abraham. Quid amplius vis homo fidelis? Defensor omnipotens est, quid territas? Hinc audacter loquebatur Propheta. Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? Infernus vlulet, mundus instar leonis rugientis insurgat, caro misera fremat in colluctatione mea nō exandescā. Cur ita? Quoniam Dominus defensor vitæ meæ, non est quòd despōdeam animū. At Caim & ei similes timore magno correpti cum patre suo ius felici aiunt. Ecce hodie eijcis me à facie tua. Omnis qui inuenit me interficiet me. Nō ita erit statim respōdit beneficis Deus, sed qui occiderit Caim septies punietur. Tādē Deus optimus vtpotē benignus pater, faciē ob signauit eius, ne quis illū interficeret. O mira & modis omnib⁹ admiranda summi numinis charitas, homicidā nequā tutatur, hominē perditū ac desperatū penitus non dereliquit, quo minus signū in facie ei⁹ ponat, ne quis audeat eū perimere: & orthodoxū sanguine suo emptū, ac ablutū, non tutabitur? Cū ipso sum in tribulatione eripiā eū &

Genesi.

Psal. 90.

gl'crifi.

Declamatio nona

glorificabo eū. Quid ita? quoniā clamauit ad me inquit, & ego exaudiam eum, Vos fratres resistite diabolo & fugiet à vobis. Magna cura est Christo Iesu de suis electis, imò beatus Petrus ob id admonet, omnem sollicitudinem proijciendam esse in Deum, quoniam ipsi cura est de nobis. Quid quod regius psaltes sollicitum Dominum appellat Deum? Dominus sollicitus est mei. Non ergo rectè orabat Martha. Domine non est tibi curæ. Alludit ad illud. Exurge quare obdormis Domine, exurge ne repellas in finem. Vt conturbatus loquebatur, & anxietas tribulationis torū tenebat captiuum. Nam vbi acuti⁹ vidit, longè aliter loquutus est. Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Prè nimio labore turbata Martha famula Christi, nesciebat quid diceret. Dic ergo illi, vt me adiuuet. Sati⁹ & vtilius diceret cum cananæa. Domine adiuua me. Nimirum creatura fragilis est nimis, nec sibi sufficiens, quomodo mihi iuuamen dabit? Vos autem fratres orantes cum Dauide clamate. Adiutorium meum à Domino qui fecit cælum & terram. Et iterum Domine ad adiuuandum me festina. Sanctos etiam oramus & Deiparam potissimè, vt

Psal. 119.

Mat. 15

apud

in festo Assumptionis.

193

apud Dominum intercedant, & suo precatu Deus auxilietur nobis. Hinc illud Iob. Clama si est qui exaudiat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Quin prece Moses à Domino obtinuit, vt ingens populi peccatum deleteretur. Moses olim gubernaculi mole grauatus dicebat. Domine non possum solus sustinere omnem populū hunc, quia grauis mihi est. Et ad eandem imaginem Martha ministerij onus portare non valens auxilium querit, volēs partem curæ sororem Mariam subire. Ad hæc cauēdum modis omnibus est, ne quis actiones alterius Iudicet. Qui me iudicat ait Apostolus Dominus est. Quis es tu qui iudicas seruum alienum? Sunt quidam actiui quibus rudis est intellectus, qui que sacri otij expertes sunt, contemplatiuos iudicantes. Quid torpent isti? Quid tempora perdūt? Cur otiosi panē edūt aiūt, Nescientes spirituale exercitium tanrò præcellētius fore, quanto anima corpus excellit. Vnde

Iob. 5

Num. 11

1. Ti. 4

B b catio-

Declamatio nona

cationem vnusquisque: (nam de animalibus sanctis scriptum est, vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur: & vnumquodque coram facie sua ambulabat: hoc est, quò spiritus vocabat velociter currebant, & se suamque vitam explorabant non alienam: & hoc est, coram facie sua ambulare) Saluator noster non surdus auditor, Martham orantem inspexit, & illam conquerentem redarguit blandè, dicens.

Textus. ¶ Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima: porro vnum est necessarium. Bis eam vocat, quod symbolum est benevolentie & dilectionis. Vnde ad amicum suum dixit in deserto. Moses, Moses: at contra de insensis sibi inimicis ait. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Hinc est exemplum terribile, quod Dominus narravit, de diuite iniquo & Lazaro paupere vulneribus sauciato, vbi diuitis viri nomen tacuit. Satis dulce erat Christo nomen famulæ suæ, & ob id non semel, sed iterato, eam proprio nomine vocauit. Rursus vt audiat attentius, quod maximè frugiferum erat illi & nobis, eam ob rem sic loquebatur. Externis rebus occupatis bis & ter, eadem dicenda sunt in cõcionibus Perpulchrè Plato dixit. Quod pulchrum

in festo Assumptiois.

194

pulchrum est bis & ter dicendum. Idque faciunt predicatorum, qui non suam sed Christi Iesu gloriam quarunt. Cæterum solitudinem Marthæ in cibis preparandis arguit, asserens vnum esse necessarium. Et enim magnopere mihi placeat literalis sensus in hoc loco. Vnicus cibus sat est, ad vitam mortalem subleuandam. Fauet nostræ assertioni quod sapiens dixit. In multis ecclis non deerit infirmitas, qui abstincens est adijciat vitam. Quod planè experimento agnoscimus, eo quod plures occidit cibus quàm gladius, si medicorum cateruæ fidè damus. O miseros qui plus nimio gulae indulgent, quiq̃ nihil aliud ore suo affantur nisi quod improbi dicere solent. Comedamus & bibamus, cras moriemur. Ij sunt quos Paulus deplorat. Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Vos charissimi Saluatoris consilium saluberrimum ob oculos habentes, videte ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curæ huius sæculi. Turbatur erga multa beata Martha, cum vnum tantum pabulum sufficiebat Christo, & discipulis eius. Sancti Basilij do-

Eccl. 37

Philip. 3

S. Basil.

Declamatio nona

gna audiamus. Absurdum est cibos ad sustentationem corporis sumere, ac per eos iterum officere corpori, & impedire ipsum erga mandatorum diuinorum officium. Non causa viuere volentium in delictis, mensam propriam præparemus: vniformis enim est vita christiani ad vnā intendens intentionem, id est ad gloriam Dei: multiformis verò est & varia vita eorum qui foris sunt pro libito variata. Nō cōmendauit Dominus Martham occupatam erga multa. Mirabilis doctrina hæc, fœlicem dixerim eum qui opere eam impleuerit, ne corporis sui sit mancipium, sed necessitati subueniens pabulo vnico sit contentus. Consilium autem Domini & stupendam patientiam illius tantisper contemplemur. Prius nil de hoc dixit Marthæ quamuis sollicitudo illa, & turbatio eius ei displicebat, tacuit interim. Sed vbi sororem ab auditu verbi sancti studebat euellere, tunc occasione habita increpauit eam, tametsi leniter. Vsq̄ue ad eò honoratur hospitalitas, donec ad necessaria nos attrahit. Itaque vt Theophilatus annotat, Dominus hospitalitatem non prohibet quam ipse magnopere commendauit, vt paulò antè diximus,

Nota.

in festo Assumptionis.

195

ximus, sed plurimorum turbationem, abstractionem, & tumultum adimere nobis nititur. Quæ vel maximè officere solet menti, ne Deo vacet.

¶ Porro vnum est necessarium. Hoc vnū sanctus Augustinus exponit sermone. 27. S. Aug. de verbis Domini. Vnum cogitate fratres, vnum sapiatis oportet. Da vnum, & populus erit: tolle vnum & turba erit. Obsecro vos fratres ait Apostolus, 1. Cor. 1 vt id ipsum dicatis, & non sint in vobis schismata. Et alibi obsecro fratres vt vnanimis vnum sentientes sitis. Nihil per Ephes. 2 contentionem faciatis. Pro qua vnitate Saluator enixè orans dicebat. Oro pater Ioan. 17 vt sint vnum sicut & nos sumus. Cuius orationis efficaciam videmus cum Lucas ait. Erat illis anima vna, & cor vnum in Deo. O fratres quam bonum & quam iucundum est habitare fratres in vnum. Bonum inquam est, quia vehementer vtile, quia frugiferum. Iucundum, quia angelos latificat concordia & pax orthodoxa. Quin & principem pacis Christum, maximè nobis conciliat fraternas charitas & vnitas. Pacem habete & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum ait Paulus. Si vultis charissimi venire ad illud vnum de

Declamatio nona

quo sanctus Ioannes inquit, & ij tres vnum sunt: vnum diligite, vnitatem sectemini oportet. Verum vt Saluator dissidia abhorret, sic charitatē fraternā sūmopere amat. Quas ob res nusquā non charitatē no-

Lucæ. 12

bis inculcat. Ignē veni mittere in terram, quid volo nisi vt ardeat? Magnum aliquid fuerit necesse est, cur Dei filius descēderit ad terras. Nō venit vt regnum occuparet orbis, non vt philosophiā nobis traderet. Idē venit tātus legatus, vt ingēs amoris incendium excitaret in pectore nostro, & ob id ignem vocat charitatem. Ignis suapte natura, & illuminat, & calefacit, & di-

Simile.

uersa metalla vnit & congregat. Ad eundem modum charitas intellectum illuminare solet, voluntatem inflamat, & fidelium corda conglutinat. Ad eō vt vna sit fides, vnum baptisma, vnus pater omnium Christus Iesus. Quid plura? Charitas & vnitas orthodoxa margarita illa est, qua inuenta, sapiens ille homo, omnia vendidit, vt eam compararet. Non sat erit aliqua abdicare fratres ad emendam dilectionem, pro qua si dederit homo omnem substantiam domus sua pro nihilo reputabit cuncta quæ de-

Cant. 8

dit. Omnia vendiderit oportet, quisquis

hoc

in festo Assumptionis.

196

hoc margaritum mirabile possidere affectat. Imo sua & se Deo tradere conetur, vt hunc thesaurum quouis argento & auro præcellentiore vendicet. Hæc vnitas tunica illa Christi est desuper contexta per totum.

¶ Hoc vno adempto, illud vnum expectere oportet vel maxime necessarium, de quo citharædus in Psalmo ait. Vnam petij hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meę. In precationibus cunctis potissimè hoc vnum precemur, in quo sunt omnia bona. Hunc scopum ob oculos habeamus fratres indefessè, vt qui charitate Deo in hac calamitosa vita vniti sumus, visione illa beata in celo creatori nostro agglutinati ab illo nunquam separemur. Quę nam domus Domini hæc est, nisi illa quam à longè intuitus Propheta admiracione raptus exclamauit? O Israel, quā magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Magnus & non habēs consumptionē, excelsus & immēsus. O vero beati qui domum hanc magnam, ex hoc nidulo mundi auolantes, habitare merentur. O nos felices charissimi, si post tot naufragia, post corpusculi huius peregrina-

S. Cypri
anus tra
cta. 3. de
simplici.
prelato-
rum.

Barut. 3

Declamatio nona

Pfalm⁹ nationem, amplissimam illam domū Domini inueniamus. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. O fratres quādiu uiuimus semper sit laus Dei in ore nostro, non lassentur corpora & linguæ nostræ vnquam, diu noctuque laudibus tanti regis instemus, vt in illa domo caelesti sine labore, sine tædio creatorem nostrum laudare mereamur per secula. Ibi velut amoris mero ebrij toto corde, & ore, Christum Iesum magnificabimus non deficientes. Sicut scriptū est.

Pfalm⁹ Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos Domine. O ebrietatem mirabilem, ô saturitatē vehementer amplectendam, cuius guttula tam suavis fuit Petro in monte illo sancto, vt è vestigio rerum omnium oblitus exclamaret. Domine si vis bonū est nos hic esse. Nimirum diuinitatis gloriam aut pulchritudinem, ipse nōdum viderat, sed corporis claritatem per modum transeuntis felicitatis. Quid si Deum in sua maiestate videret, & eum sicuti est intueretur? Quid multa? In domo illa regali torrente voluptatis suæ sanctos omnes potat, quos in hoc exilio, vix stilla suauitatis suæ lactare solet. Hoc vnū est regnū quod dñs suis

athle-

Mat. 16

in festo assumptionis.

197

athletis pollicetur, hoc conuiuū splendidū in quo iusti requiescēt, cū Abraham Isaac & Iacob. Vnde S. Augustinus. O felix anima quæ soluta carcere terreno, libera cælū petit, quæ te dulcissimū dñm facie ad faciem videt: quæ nullo mortis metu afficitur, sed de corruptione perpetuæ gloriæ lætatur: trāquilla & secura iā nō timet hostē, nec mortem: habet te dñm pium quē amauit, hymnidicis sociata choris, melliflua perpetuæ festiuitatis carmina, ad laudem gloriæ tuæ Christe bone Iesu, in æternum concinit: inebriatur enim ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potas eā: cantās cum propheta: cor meū & caro mea exultauerunt in Deū viuum. Hæc & alia multa id genus loquitur strenuus hic doctor in manuali. c. 6. Et sanctus Cyprianus. lib. de habitu. virgi. Nō est ad magna facilis ascēsus. Quem sudorem perpetimur, quem laborem, cum conamur ascendere colles & vertices montium? Quid vt ascendamus ad cælum. Si præmium pollicitationis attēdas, minus est quod laboras. Immortalitas perseueranti datur, perpetua vita promittitur, regnum perpetuum dominus pollicetur. Agite fratres & statim operā demus, vnum hoc necessarium anime nostræ quæ-

Bb 5 ramus

S. Aug.

S. Cypr.

ramus, non instar Martha circa plurima turbemur. Sed sic operibus pietatis instemus, ut primum regnum Dei queritantes, & iustitiam eius facientes, siue comedamus, siue bibamus, siue aliquid aliud faciamus omnia in gloriam Dei dirigamus. Et de lectione euangelica sit satis. Nunc ad secundam partem declamationis accedamus, verba thematis pro capto nostro explanantes.

a. Pars.

¶ Maria optimam partem elegit quam non auferetur ab ea. Nunc saluator quaestioni Martha palam satis fecerat rationem reddens quare non iubeat Mariam surgere, & dulcorem verbi Dei, quo reficiebatur affluenter dimittere. Si quidem ut prudentissima longe meliorem partem accepit quam Martha, & hoc trifarie suaderi potest. Primo quia vita actiua potest tolli ab inuito, eo quod actiuus homo externè operatur, & actionibus praesentis vitae Deum in proximo honorat. Vbi famelicum pascit, nudum vestit, peregrinum colligit, & alia id genus opera misericordiae facit. Ad quam vitam pertinet pastores ecclesiae, & praedicores verbi Dei. Quaequam praedicationis ipsa, partim spectat ad vitam actiuam, nam conciones facere & loqui, actus exteriores sunt. Partim attinet ad vitam contemplatiuam, quando

Prædica
tores.

do praedicator introrsus concipit aliquam veritatem intelligibilem, in cuius consideratione & amore delectatur & sic sanctus Augustinus vitam contemplatiuam appellat doctrinae dulcedini inhiare. Et hoc maxime nos solatur, qui ministeria praedicationis, etsi indigni nonnullis annis operam dedimus, quod quidem eleganter tractat sanctus doctor. 22. q. 181. ar. 3. Itaque siue quis poenitentiam austerrimam agat, ieiunijs & vigilijs & huiuscemodi laboribus vacet, siue pauperibus quis inseruiat, siue denique sanctum euangelium annuntiet populis, ab eo etiam inuito haec vita actiua amoueri potest. At contra, vita contemplatiua, cum in mente & actu interno sita sit, neutquam aliquo renitenti & nolenti poterit auferri. Et hoc est singulare privilegium vitae contemplatiuae. Secundo vita contemplatiua excellentior comprobatur, quoniam maioris meriti est, quam actiua, ex natura sua. Vnde sanctus Gregorius super Ezechiel, pulchre ait. Contemplatiua vita est maior merito quam actiua. Quia haec in usu praesentis operis laborat, in quo necesse est proximis subuenire, illa vero sapore intimo venturam iam requiem degustat in contemplatione Dei. Potest tamen contingere, ut aliquis

S. Aug.
de ver.
domini.

S. Tho.

S. Greg.

Declamatio nona

S. Tho. aliquis in exercenda vita actiua, plus meriti habet. *22. q. 182. ti* habeat. Puta si propter abundantiam diuini amoris, vt eius voluntas impleatur ad gloriam ipsius, interdum sustinet à dulcedine diuinæ contemplationis ad tempus se

Rom. 9 parari. Vnde Apostolus inquit. Optabam ego ipse anathema esse à Christo, id est separatus, pro fratribus meis, qui sunt ex carne mea. Vbi Chrysostomus de compunctione cordis, hoc sic exponit. Ita totam mentem eius demerserat amor Dei, vt etiam hoc quod ei præ cæteris omnibus amabilius erat esse cum Christo, rursus id ipsum, quia ita vt placeret Christo cõtemneret. Veruntamen suapte natura cõtemplatiua vita præcellit actiuam. Quam vocat sanctus Augustinus. lib. 19. c. 19. negotium factum, quod querit charitas veritatis.

Ethico.

10. c. 9.

Aristoteles contemplationem dixit optus supra hominem, quia fit in nobis secundum aliquod diuinum. Tertio tãdem, melior pars est quam Maria Magdalena sibi delegit, quia diuturnior est actiua. Probat hoc sanctus Gregorius dicens. Contemplatiua vita sic incipit, vt in patria cælesti perficiatur. Vultis adhuc lucidius hoc videre, animaduertite quod vita contemplatiua versatur circa incorruptibilia, & inuisibilia,

S. Greg.

hoc sanctus Gregorius dicens. Contemplatiua vita sic incipit, vt in patria cælesti perficiatur. Vultis adhuc lucidius hoc videre, animaduertite quod vita contemplatiua versatur circa incorruptibilia, & inuisibilia,

in festo assumptionis.

199

lia, & ob id diuturna esse potest. Ad hæc quo ad nos diuturna est, tum quia conuenit nobis secundum actionem incorruptibilis potentia animæ, scilicet secundum intellectum, vnde potest post hanc vitam stare. Tum quia corporaliter tunc non laboramus, ideo plus ibi persistere possumus philosopho teste. Explicat hoc fusius. S. Tho. *22. q. 180. artic. 8.* qua de re dominus dixit. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Vbi excellentiam vitæ contemplatiuæ vnico verbo expressit, diuturnitate eius subindicans. Actiua verò vita cõsummato hoc seculo euanescet. Quid quod vita contemplatiua, tam est mellita & omni nectare plena, vt sapiens dicat. Nō Sap. S.

Ethi. 10

c. 9.

habet amaritudinem conuersatio eius, nec tedium cõuictus illius, sed lætitiã & gaudium. Et aduertendum quod non modo intellectus aspiciens veritatem quod peculiare ei est, sed voluntas delectatur vehementer, dum ob oculos mēs habet Deum vnice dilectum. Quæ quidem oblectatio duplex, omnem delectationem humanam exuperat ultra quam dici potest. O mirabilem dulcedinem toto pectore desiderandam, totoq; nisu exquirendam, quippe quæ tam est potens, tamque efficax, vt non modo

do

Declamatio nona

Nota. do tot examina monachorum, ad deferta squalentia allectaret, sed hac mellita dulcedine, martyres ipsi velut inebriati, parentes filiosque illachrymantes non agnoscerent neque vxorum gemitibus præpediti, quoquo modo retrorsum aspicerent, quo minus ad carceres & flagella, immaniaque tormenta ouanter conuolarent. Nimirum dulcedine contemplationis allecti

Astorū. apostoli Christi gaudentes ibant à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt contumeliam pati. Quid multis immoror: tam erat fortis suauitas hæc, vt in laudem beati protomartyris Stephani sacra concinat ecclesia: lapides torrentis illi dulces fuerunt. Vtinam fratres vel tantisper hanc Dei dulcedinē degustaremus, qua delibata, fieri nō potest, quin statim omnis oblectatio etiā licita amarescet. Dicente diuo

S. Hier. Hieronymo. Gustato spiritu, desipit omnis caro. Ecce qua suauitate Maria ad pedes Iesu audiens verbum Dei fruebatur, Martha turbationem magnam patiente. Cæterum Maria tacendo vincit, iudici recto causam suam committens. Orabat cum propheta & bene. Domine tibi reuelauit causam meam. Mira res non tantum à pharisæo insultante, & à discipulis

fulur

in festo assumptionis.

200

fulurra nantibus, sed de sorore falso eam increpante: saluator noster illam defendit. Nempe qui iudex fuerat interpellatus, factus est Mariæ aduocatus. En quam sit vera illa sententia, qua vnice diligere electos Zacha. suos dominus ostendit. Qui tangit vos tangit pupillam oculi mei.

¶ Maria optimam partem elegit. Obseruandum hic est, qd si isthæc de vita contemplatiua ita sint, nihilo secius imminente proximi necessitate, tunc omittenda est vita contemplatiua, si fas est sic loqui, & subueniendum indigentiæ fratris. Tūc quidē non vsq; qua omittitur sed in melius commutatur, dicente Ioanne. Qui viderit fratrem suum necesse habere & clauserit viscera sua, quomodo charitas Dei est in illo? Angeli autē per scalam cui dñs innixus erat, descendebant & ascēdebant. Sic nos oportet descendere, & pauperibus ac infirmis obsequiū impendēdū, vt altius valeamus cōscēdere volatu cōtēplationis. Vnde vita actiua via, & dux est, ad cōtēplatiuam vindicādam. Qui vult arcem cōtēplationis ascendere, prius se in campo per exercitiū operis prober, ait sanctus Gregorius super Ezechielem. Quin & Iacob, prius Liam accepit sponsam, quæ typus erat actiue vitæ, & dein

Gen. 29

S. Greg.

Declamatio nona

Figura. deinde Rachel, quæ vitæ contemplatiuæ
Gene. umbram habebat data est illi, septennio
 iam transacto. Qui verò ad contemplati-
 uam pro sua virili aspirat, scalam in corde
 suo fabrefaciat oportet: cuius gradus pri-
 mus est, vt omnes morales virtutes obti-
 neatur: secundus: vt pietatis operibus solerter
 instet: tertius Dei opera consideret, qui-
 bus manu ducimur in Dei cognitionem
Rom. 1. nam inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt
 intellecta conspiciuntur. Hinc confurgit
 gradus quartus, id est contemplatio Dei.
S. Tho. 2. q. 180. artic. 4. Si ergo Maria ad
 pedes Iesu sedebat, ratio fuit, quia soror
 eius Martha satagebat circa frequens mi-
 nisterium. Contemplationi se dedit, eò quod
 Christus & apostoli, actione seu ope eius
 non indigebant. Verum nisi Martha men-
 sæ saluatoris ministraret, Maria contem-
 plationi haud quaquam vacaret. Nò ergo
 quis dicat, vita actiua officit contemplati-
 uæ, sorores sunt Martha & Maria, & vni-
 cè se amant, & altera iter est ad alteram
 capessendam. Imò vita actiua bona est, cu-
 ius merces regnum calorum extat: vita cõ-
 templatiua melior est, vt iam probauimus
 triplici ratione. Nihilominus est tertia ex
 ijs duabus mixta quippe quæ optima est (vt
 asserit

in festo assumptionis.

201

asserit diuus Augustinus. li. 19. de ciuitate S. Aug.
 Dei) ad quam maximè cõducit lectio, me-
 ditatio, & oratio: inter quæ oratio primas
 tenet, iuxta illud: inuocaui & venit in me
 spiritus sapientiæ, & proposui illam regnis Sap. 7.
 & sedibus: & diuitias dixi esse nihil, in cõ-
 paratione illius. Et postea subnectit. Læta-
 tus sum in omnibus, quia antecedebat me
 ista sapientia, & ignorabam quoniam mater
 omnium bonorum est. Videtis quomo Nota.
 do in cunctis actionibus etiam externis cõ-
 templatio sapientiæ comes indiuisa erat.
 Eam ob rem lætabatur in omnibus etiam
 aduersis. Quod alludit ad illud. Provide Psal. 15.
 bam dominum in conspectu meo semper
 quoniam à dextris est, mihi ne cõmoueat.
 Propter hoc lætatum est cor meum, & exul-
 tauit sub lingua mea. Sorores inquam sunt
 vita actiua & contemplatiua, & vnus ma-
 tris filiæ, gratia Dei sum mi illas parit ac nu-
 trit in sinu suo. Id causæ est, vt dissidia ne-
 sciant, ac rixari nūquam eis cõtingat. Ego Eccl. 24.
 mater dilectionis timoris & agnitionis &
 sanctæ spei, ait mater illa honorificata: in
 me omnis spes vitæ & virtutis. Ex gratia
 nascitur timor, & amor vitæ actiua, & ex
 ea oboritur agnitio & spes vitæ contempla-
 tiua. Si tamen adsit humilitatis, si ad pe-
 des

Declamatio nona

des Iesu prouoluti sedeamus. Nam quanto quis sibi displicet, tanto Deo optimo placet, & quanto nihil sibi boni vëdicat, tanto vberius & accumulati⁹ omnis boni auctorem Deū agnoscit. Deus abscondit arcana sua sapientibus & prudentibus, & paruulis reuelat vltro. Proh dolor quid causæ est, vt multi legāt, verbū Dei disputent, audiant, absq; spiritus dulcedine, absq; veritatis emolumentō. Sanè quia paruuli nō sunt, sed sapiētes vidētur in oculis suis, quibus terrificum veh, dñs interminatur per Esaiam.

¶ Cæterū si de Maria Magdalena hoc elo-
gium profert saluator, quæ post tot crimina
lachrymarum lauacro abluta fuit, & audire
meruit remittitur tibi peccata tua: quā-
tō felicius de Maria omnis peccati gnata,
id dicere poterimus? Planè longe melius
Deipara nō modo filij sui verbum studio-
sius aduertit, sed quæ ab angelo, & pastoribus,
à Magis & Simeone & Anna dicebatur
de puero benedicto Iesu, cōferēs in cor
de suo seruabat, sancto Luca teste. Quam
putamus fratres mei, mens illa sancta sem-
per fuerit suauitatis plena, dum paruulum
amplectitur, Iesum osculatur sapissime,
quem se non virili commercio sed spiritus
sancti dono cōcepisse certō certī⁹ sciebat?

Esa. 5.

Lucę. 2.

Maiora

in festo assumptionis.

202

Maiora sunt hæc quā angelica lingua enar-
rare queat. Vel balbutiens dicā, quid sen-
affectus
ferit admirationis, dum fouet infantulum, in Iesū,
quem optimè agnouerat omnium creato-
rem, & moderatorem. Quoties humi pro-
strata adorauit, quæ laudant omnes calorū
cunei, & eū incessanter adorāt? Fieri nō po-
tuit, (vt mea fert opinio) vt nō ad omnē in-
tuitum illius, ad omne verbum, & factum
raperetur mentis excessu, perfunderetur
mira dulcedine, stuperet admiratione. Al-
tius ergo in virginę sacra prædicatur con-
templationis munus, quam in Magdalena.
Virgini Marię pax spiritus nūquam defuit,
nam gratia Dei erat plena, ad eō vt omnis
gratiæ nobis ederet largitorē: vsq; adeo be-
nedicta vt nunquam gustarit quam fuerit
Eua maledicta, optimam partē ipsa elegit,
ita vt rectè & veraciter epithalamium illud
canere ei possimus. Multę filia cōgregaue-
runt sibi diuitias, tu verò supergressa es
vniuersas. Verum altera similis ei visa non
est, nec habebit secundam. Sed vt ali-
quid de hoc præsentī festo domino ad-
iuuante dicamus, nam dies celeberrimus
est, & magno iubilo colendus, vos obse-
cro charissimi vt attentius quæ dicturus
sum audiatis.

Prou. 31.

Ce 2 ¶ Tri

Declamatio nona

De assū Triplex festum almæ Dei genitricis ho-
prioë vir die colimus: alterum est sui trāsitus benedi-
ginis.

cti: alterū verò suę gloriosæ resurrectionis,
tertium deniq; festum est, suę admirabilis
assumptionis. Quòd si omnia vt par erat,
fufius tractare non possumus, saltem de sin-
gulis vel aliqua rimari nos oportet. Quan-
doquidē hęc de qua loquimur, arca fœde-
ris domini est, quę legiflatorem Christū &
māna absconditum quod nemo nouit nisi
qui accipit, in sacro suo utero portauit. Hęc
inquā est in qua pretiū nostrę salutis ponit-
tur, nēpe Deus & homo, quem sola poruit
parturire virgo intacta. Mediatrix nostra
est longē sollicitius apud regē cœlorum ne-
gotium nostrum tractans, quā Hester regi-
na apud Assuerum populi sui salutem con-
cilians. Cur nō aduocatā dicā, quę vt salua-
torē genuit, ita omniū salutē & vitā sūmo-
pere amat? Stat medius inter Deū & popu-
lū Moses vir sanctus, & pro illorum obnixē
precatur salute, cur non media Maria quę
plus Mosē charitate plena cunctis morta-
libus optat vitam aternā? Cur nō cœli regi-
nā vocitem, cū etiam nos Christi cohære-
des, reges, & sacerdotes, pl⁹ dicere audeo,
Deos scriptura appellet? Verum taberna-
culū altissimi Maria benedicta est, quę se-
riò

Hester.

Deut. 8

Apoc. i.

in festo assumptionis.

203

riò dicere potest. Qui creauit me, requie-
uit in tabernaculo meo. Mater Christi est
quia illū genuit: soror eius, quia filia gratiæ:
sponsa, quoniā soli Deo cognita. Vnde eius
est, vt sepius eā veneremur, indefessē cor-
de & ore, cū angelo dicamus. Aue gratia
plena dñs tecū. Sic salutauit eā paranym-
phus Gabriel, adhuc mortalem, nos verò
gloriosam in cælis super angelorum choros
eleuatā, quid ni hifce verbis millies saluta-
bimus? Surrexerunt filij eius & beatissimā
predicauerunt, ait Salomō, de muliere for-
ti loquēs, quippe quę alma Dei mater est,
caput satanę conteres, & Holophernis su-
perbiam euincens, longē gloriosius trium-
phans quam Iudith.

¶ Mansit post Christi Iesu ascensionē mater
hęc pijsissima, vt apostolos in fide roborar-
ret, & suis verbis suauissimis, tato patre ac
magistro orbatos solaretur. Nā si Eliseus,
cum pallio Heliaz, tato fuit affectus gaudio
in curru igneo illo eleuati, q̄ quidē vestis ru-
dis erat, quo nā solatio discipuli dñi erant
perfusi in suo comitatu habētes virginem
Mariā, ex qua filius Dei tegumē humanita-
tis nostrę accepit, homo factus? Iā, quę lin-
gua affari poterit quo amoris igne, quo ma-
terno affectu, pia mater exar descebat sum

4. Reg.

Ioan. 19 moperere cupiens videre Christum Iesum regnantem in celo, quem pendentem in ligno vulneribus sauciatum intuita est, inter facinorosos animam exhalantem? Si regalis propheta, tot sceleribus obuolutus, tot & delictis irretitus poenitentia ductus dilectionis Dei igne ardebat, a deo ut exclamaret. Quem admodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem domini? Quid obsecro de virgine sancta omnis peccati experte existimare debemus? Ille peccator erat, hæc innocens. Ille seruus, hæc mater: ille gratiæ Dei rore sanctificatus, hæc charitate plena super omnes sanctos mirificata. Paulus post blasphemias in Christum illatas, post tot damna, & iacturas in ecclesiam irrogatas, gratia Dei tactus & illuminatus aiebat, Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Quanto magis virgo sanctissima corpus terreum cupiebat deponere, & in caelis regnare cum filio? Quotidie angelos alloquebatur, & illis illud sponsæ sæpe numero dicebat. A diuro vos filie Ierusalem ut annuntietis dilecto, quia amore lægueo. Hoc salutari languore correpta, quandiu

Psal. 1.

Cantic. 2.

in

In hoc calamitoso seculo deguit, anhelu spiritu clamare non cessabat, cum dilecto discipulo Ioanne. Veni cito, veni domine Iesu. Quas flammigeras orationes tantæ matris non potuit non audire pius ac beneuolus filius. Quique suapte natura misericors cæteris, par erat ut virginis preces ad impleteret.

¶ Parui refert hic differere, quot annis post Christi ascensionem, in hoc exilio inclita virgo vixerit, cum sancti doctores non nihil in hac re infudauerint. Alij. 15. Annos, alij vnum duntaxat asserunt eam mansisse cum sanctis mulieribus in hac vita mortali. Ad mortem eius venio, quam somnum vel transitum malim appellare. Venerabile est mihi domine, ait Sanctus Augustinus, de matre tua benedicta loqui. Nec dubitat sanctus doctor Hieronymus de morte virginis; neque diuus Augustinus ambigit. Nam quod filius Dei non horruit, imo in cruce dedit spiritum inclinato capite, hoc nec Maria renuit. Itaque vita functa est, ac mortis acerbitem & timorem minime passa. Verum si clauum parieti quis figat, eundem absque tunfione euellere poterit, si circum

Apoca. vltim.

S. Aug.

S. Hier.

Simile notadū.

Declamatio nona

Virginis labores,

S. Bern.

circa in ipso pariete malleo vehemēter percuriat: sanē pariete cōmollito clauus leniter cadit in terrā. Nōne animā nostrā corpori alligatā Deus omnipotēs tanq̄ clauū affixit, & creatā infudit? Sic erat anima virginis in illo benedicto corpore affixa, cuius caro mirū in modū afflicta fuit, ita vt multimodis rūsionibus cōmollita, instante die mortis nihil doloris senserit, in separatione animā à corpore. Cōputer qui potest anxietates sacrae virginis, incipiēs a Bethlemitico diuersorio, vbi filium suū vnigenitū peperit: cōsideret deinde cruciatum nimirū, quē in circumcisione pueri tenerissimi Iesu mater ipsa sustulit: cōtēpletur penitus calamitates quas pergēs in Ægyptū æquanimiter sustinuit: itā dē ne in imēsum procedā, toto cordis affectu atrocissimā mortē filij orthodoxus adamussim percurrat, & sole clari⁹ videbit quā immania tormenta virgineū cor diucxauerint. Vnde accurate S. Hieronymus dixit. Maria virgo quia mēte passa est, plusquā martyr fuit, dicēte viro iusto Simeone. Tuam ipsius animā pertransibit gladius. Sub hęc diuus Bernardus. Postea quā Iesus emisit spiritū, ipsius planē non attingit animam crudelis lācea, quæ ipsius, nec mortuo parcens cui nocere non

infesto Assumptionis.

205

non posset, aperuit latus: sed animam virginis vtique penetrauit, vt plusquam Martirem eam meritō prædicemus. In qua nimirum corporeā sensum passionis, excessit compassionis affectus. Equidē sancti martyres in corpore flagella & vincula sustinebant, quæ quidem corpora iuuisa mæximè habebant, eo quod caro concupiscit aduersus spiritum: ideo sine tyranno viri iusti carnem suam inedia & verberibus cruciabant: iuxta illud, castigo corpus meū & in seruiturem redigo. At alma Dei genitrix coram se videns flagellari filium vnicè dilectum, carnem suam sanctam ex suis visceribus ortā, cruciari intelligebat. Non ergo fratres aduersa patientes contri stemini obsecro, sed gaudete & exultate, veluti Saluator admonet, scientes quānto atrociora viuentes patienter sustinetis, tanto mitior & suauior vobis mors adueniet. Scriptum est, non puniet Deus bis in idipsum. Quanto gaudio virgo virginum Maria animam benedictam suam exhalauit hodie, non Salomon tacuit de muliere forti loquens. Ridebit in nouissimo die, ait. Ridesit planē Deipara in hac die mundum nequam relinquens, & lætābundā obiit, & quæ sine noxa peccati concepta fuit, & ab-

Nota.

Naū.

Cc 5 que

que anxietate peperit, ea est quæ in extremo die absque dolore oppetiuit mortem. Neque mirum cuiquam quod dicimus videatur, quando oculis nostris vidimus, religiosum quendam, in nostro Salmanticensi cœnobio, vitam finire, non tantum sine dolore, sed etiam cum risu gratias agens Christo Iesu, emisisse spiritum.

¶ Adfuit planè morti eius filius suus, ut solatium esset ei non vulgare coram habere quem tantopere amabat. Non ex nostro pre-ingeniolo id asserere audemus, sed ex sacro euangelio veritatem hanc fulcire conabimur. Profectò priuilegium Apostolis promissum à diua matre non est auferendum, sed Saluator noster promisit & ore suo sacro dixit. Iterum veniam & assumam vos ad me ipsum: Ergo ad virginem benedictam venit hora mortis eius imminente, & accepit eam ad seipsum. Ecce fratres quomodo Deipara ex hac vita migravit non turbata, aut tristata, sed gaudens & iubilans anima illa sancta corpus benedictum reliquit in lectulo. Et hoc festum primū est quod omni veneratione hodie Romana Ecclesia recolit.

¶ Secundum festum ex primo obortum resurrectionis illius est. Enim verò perpul-

chrè sanctus Augustinus pro virili sua, cor S. Augustinus sacrum virginis a vermibus liberatum ser. 34. plurimis rationibus suadere nititur. Quid de tem-
de Maria morte; quid de eius assumptione dicendum est, cum diuina scriptura, nihil commemoret, nisi querendum ratione quod cõueniat veritati, fiatque ipsa veritas autoritas: ait hic sapientissim⁹ doctor. Ipsam mortem subisse non dubitamus, quam filius eius sustinuit, sed resolutam in pitredinè & vermes, aulae Dei non cõueniebat. Illud corpus de quo verbum caro factū est, escam vermibus tradidit, quia sentire non valeo, dicere pertimesco, inquit idem doctor. Atqui si de quouis Christi seruo dictum est: si quis mihi ministrat me sequatur, & ubi ego sum illic & minister meus erit: Quanto magis oportuit matrem ac sponsam vehemèter dilectam omnibus præferri ministris? Quod si in sacris literis nihil de resurrectione Mariæ compertum est, pari argumento obuian-
dū est: nec proculdubio cõtrariū quisquā legit vnquam. Vnde liquido constat, admodum piam ac rationabilem opinionem sanctissimi doctoris Augustini veram esse: quæ planè magnum solatium deuotis almae virginis confert. Nimirum

Ioan. 14

Ioan. 12

S. Aug.

argu-

Declamatio nona

argumentum à negatione, parui est momenti. Multa scriptura tacet, quia suapte natura rationi consentanea sunt. Vnde quod virgo inclyta orta fuerit, quod absq; anxietate peperit, quod que ex hoc seculo migrasset, sine dolore obdormisset in pace, & multa id genus diu scriptores silentio præterierunt, tanquam nota, ad eò vt opus non erat narratione aliqua. Quid quod filius Dei præcepit in lege iunioribus parentes honorare, & suam ne potuit & voluit venerari genitricem? Certe in glorium fuisset si hæc quam assumpsit ipse carnem in pabulum dedisset vermi. Caro planè Christi caro Mariæ & è contrario, quippe melius quam Adam visa Eua, alma virgo de Christo dicit. Hoc nunc de ossibus meis & caro de carne mea. Proinde ratio ipsa deposcit, indignum fore, vt sacra vbera quæ factauerunt orbis creatorem & moderatorem, & venter sacratus in quo requieuit summi Dei filius, corrodendus vermibus traderetur. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti, mulier illa sancta spiritu Dei afflata dixit, cuius oraculum Saluator mundi extemplo confirmauit. Accedit huc, doctorum consona autoritas, & fidelium deuota obseruatio. Nec obstat quicquam

Luca. II

in festo Assumptionis

207

quicquam generalis illa sententia, puluis es & in puluerem reuerteris. A qua Christus fuit exemptus, iuxta illud Dauidicū. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et cum caro Christi caro Mariæ sit, vt paulò ante dixim⁹, consequens est, vt nec caro Mariæ corruptioni minimè tradatur. Fateor cum Apostolo quod non decet seruos Dei contendere, ideo contentiosus esse nolim. Vehementer autem persuasum habeo quod sacratius, quod gloriosius est, datum esse Mariæ virgini: quippe quam nemo nisi errore deceptus negare valet exemptam ab illa generali sententia Euz esse, in dolore paries filios tuos. Si ergo gaudens & iubilans, imò angelis tripudiantibus Deipara edidit Saluatorem, & sine viro Spiritu sancto operante concepit, quid prohibet tantis tamque insolitis priuilegijs insignitam, etiam præ ceteris euasisse omnem corruptionem? Mirabile dictu. Daniele prophetam sanctum, in ter leones famescentes seruauit illæsum, & matrem benedictam non defendit à vermibus? In fornace Babylonica tres pueros clamantes audiuit Deus optimus, & ignis non tetigit eos, nec vestimenta eorum: corpus sanctum omni veneratione dignum Mariæ

Psal. 15
Gen. 3
Dani.

Dani. 9. Mariæ non liberauit ab omni corruptione & putredine? Nū pluris fecit filius Dei, vestes puerorum ad se clamantium, quam propriam vestem & matrem, ex qua assumpsit nostræ mortalitatis indumentum? Beatus Ioannes iam accedat, & quæque dicta sunt de mirabili resurrectione Mariæ confirmet. Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim stellarum. Hanc mirabilem visionem vberius exponit diuus Bernardus sermone. 7. huius festi. Nos verò cursim Prophetiam hanc tractabimus, vt statim de assumptione Deciparæ aliquid dicamus. Signum non vulgare sed nouum & magnum se vidisse asserit Ioannes quo nos beneuolos & attentos reddat, ad ea quæ in hoc magno & stupendo signo apparent. Primò in cælo non in terra signum illud visum est, nam quæ in supremo cælo, sita sunt, hæc tota intellectus nostri acie sunt consideranda, & toto pectore diligenda. Hinc Apostolus. Contemplantibus nobis non quæ videntur, sed quæ non videntur, quæ videntur temporalia sunt quæ non videntur æterna. Et iterum si consurrexeritis cum Christo, quæ sursum sunt quærite vbi Christus est

S. Ber.

Nota.

stus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Felix anima quæ cum Domino ait. Cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. Vultis charissimè pedem inuenire? in cælestibus sit cor vestrum, & terrena cuncta conculcate, siue honos sit, siue diuitiæ, aut carnis oblectamentum. Hinc sanctus Augustinus. Charissimè in cælo sit mens, & hic erit requies. Summatim cuncta cõplexus est, vos date operã vt eo perfectionis deuenire valeatis, sedes vestra cælum sit, terrã aut & quæ terrena sunt scabellum pedibus vestris ponite. In cælo signum magnum vidit dilectus Iesu, quia omnia in terra parua sunt ac proinde vilipendenda. Sed quod signum tam magnum est, tamque insolitum? Mulier inquit amicta sole. Nempè anima seorsum, nec corpus seorsum, mulier non est, sed pars mulieris anima, altera pars eius corpus. Ecce Mariam virginem suscitatum, & corpore & anima assumptam fuisse testatur. Alioqui mulier nõ esset, neque appellaretur. Astipulatur huic assertioni nostræ, quod ipsa cælorum regina de se ipsa profitetur. In ciuitate sanctificata similiter requieui. Quid est similiter? Nempè

Nota.

Eccl. 24

vbi

Declamatio nona

vbi dixerat qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, subnectit, & in ciuitate sanctificata similiter requieui. Perinde ac si dicat. Vt in vtero meo filius Dei homo factus nouem mensibus dignatus est habitare, similiter & ego post meum obitum surrexi, & simul corpore & anima gloriosa, assumpta fui in caelum. Sole amicta est, gloria magna circumuallata; quæ solem ipsum Christum Iesum induit in aluo suo. Mulier circumdedit virum, nõ alium quã Christum Iesum virum potentem, opere & sermone. Sole amicta est, quia in Maria nihil obscurum, sed totum præclarum, totum fulgidum est. In sole ne dum claritas & puritas, sed feruor claritatis designatur. Luna sub pedibus eius est, eo quòd omnia mundialia, & instabilia mundi spreuit: vel quia super omnes angelorum choros hodie fuit exaltata. Et in capite eius corona non gemmarum vernantium, sed stellarum. Ecce privilegia plurima quæ ei impensa sunt, quæ explanare (vt ait Bernardus) supra hominem est. Quòd Prophetata toto retro seculis, quòd ex regali progenie orta, quòd generosa ex stirpe Dauid, quòd virgo, & mater & alia id genus pluraque dona ei exhibita, astra emicantia sunt, quibus

Ierc. 31

Apo. 12

diade-

in festo Assumptionis.

209

diademã illud contextitur. Magnum quidem signum hoc apparuit in celo hodie, quia magnus ille qui dedit.

¶ Tertium huius Diei festum, assumptio Assum-
mirabilis Mariæ est. Nonnulla de eius o- ptio Ma-
bitu, & aliqua de eius resurrectione glorio- ria.
tetigimus, superest vt de præcellenti Deifera assumptione vel pauca dicamus. Post obitum gloriosum virginis sacra, nam mortua est non ob peccatum originale quod non habuit, sed vt filio suo similis foret, & maius meritum sibi vindicaret, & ecclesie sanctæ thesaurizaret. S. Tho. 3. q. 27 ar. 3. In mausoleo omni veneratione collocatur, in valle Iosaphat vbi hodie venerabilis basilica eius extat, & ab orthodoxis peregrinis conspicitur. Vox filij sui in virtute & magnificentia insonuit. Surge propra amica mea columba mea & veni, iam hyems transijt imber abiit & recessit. Verum que amica & sine inimicitia culpæ, quæ columba absque felle peccati extitisti, par erit vt resurgas è tumulo, & ad me venias. Hyes sanè illa laboriosa iam iam abiit, vincula flagella, & senticosa illa corona, clauis crux, & lancea transiere minimè reuersura. Ver florigerus aduenit, paradysus adest amœnissima, eam ob rem mater vnice

Canti. 2

D d dilecta

Declamatio nona

dilecta relicto sepulchro surge. At Maria statim respondit. Ecce venio, in capite libri euangelista Luca scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam.

Matt. 13

Ecce ancilla Domini. O fratres si de amicis Dei Saluator dixit. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum, quo splendore corpus virginis benedictum fulsit, subinde vt illa gloriosa anima illud assumpsit? Qui aliam virginem laudare conatur ob oculos habeat oportet, regulam illam preclaram, & rationi maxime consentaneam sancti Bernardi dicentis, in quadam epistola ad canonicos Lugdunenses. Quicquid Deus optimus contulit alijs sanctis, licet paucissimis, Mariae virgini non est denegandum: sed ex euangelica historialiquidò constat, multa corpora surrexisse cum Christo, & apparuisse multis in sancta ciuitate, ergo facerem matri, hoc eximium priuilegium adimere fas non est. Ascendente immaculata Maria in caelum, demirati caelorum ciues ac vehementer stupefacti, inuicem loquuntur & inuicem interrogantes aiunt. *Quae est ista quae ascendit de deserto, delicijs affluens, enixa supra dilectum suum?* Mirabile quidem est angelis, &

S. Ber.

in festo Assumptionis.

lis, & iure nimis stupendum, quòd de hoc squalenti deserto, de hoc calamitoso mundo regina illorum ascendat sole amicta & diademate praecellentis gloriae coronata. Mirabile inquam caelorum ciuibus appareret, vt mulier tot delicijs affluens polorum regnum petat, & tam mirabili gloria perfruatur. Et quod mirabilius eis videretur, hoc est, quia ascendens nititur supra dilectum filium suum Christum Iesum: quae mater prudentissima alloquebatur dicēs. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. O charissimi quanta letitia affecta fuit virgo incluta vbi sui voti compos facta est, & desiderium eius impleuit Saluator. Equidem ad appetendam beatitudinem natura nostra compellit cui summè bonus creator hoc indidit, teste sancto Augustino libro de

110

Psalms.

S. Aug.

Canti. 3

cimo tertio de trinitate: idque magister. 2. d. 1. & sanctus Thomas. 1. p. q. 8. ar. 3. Afferunt, Ratio huius desiderij est, quoniam finis noster beatitudo ipsa describitur, cum ergo omnia appetant attingere suum finem (vt testatur Philosophus) ob id anima nostra valde cupit Deum videre, coque frui. Quique ad nos cla-

Aristo. 2
Physic.

Declamatio nona

ApoC. I mat. Ego sum Alpha & .O. principium & finis. Principium quidē sum, à quo uelut à fonte oīa fluūt: & finis in quē oīa tendunt: potissimē homo qui beatitudinis capax, sicut & angelus creatus est. Quidni angeli admiratione rapti alterutrū sic loquantur, cū & Spiritus sanctus admirans ut diuus Hieronymus contestatur. ita dicat: Quæ est ista quæ ascendit de deserto quasi virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij? S. Hier. Vbi hic doctor sic inquit. Omnes pariter festiuitatem glorioſæ semper virginis Mariæ deuotissimē celebremus, quia hæc est dies præclara, in qua meruit exaltari super choros angelorum, & peruenire ultra quam humanitatis est natura. Vbi non substantia extollitur, sed gloriæ magnitudo monstratur, cum eleuatur ad dexteram patris, ubi Christus introiuit pro nobis Pontifex factus in æternum ad cæli palatium. Propter quod in persona supernorum ciuium in eius ascensione admirans Spiritus sanctus in canticis ait. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, quasi virgula fumi, ex aromatibus? Et bene quasi virgula fumi, quia gracilis & delicata, quia diuinis extenua-

in festo Assumptionis.

311

tenuata disciplinis, & concremata in tus in holocaustum, incendio pij amoris, & desiderio charitatis. Ut virgula inquit fumi ex aromatibus. Nimirum quia multis erat repleta virtutum odoribus: manans ex ea fragrabat suauissimus odor, etiam spiritibus angelicis. Hæc ille. Caterum ut virgula fumi mens nostra in altum conscendit si myrrham mortificationis per pœnitentiam habemus, & thus deuotionis habere totis nitibus enitamur. Hæc sanè suffitus bene olens, & odor fragrans Christo suauissimus est. Vnde Apostolus ait: Mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Et de oratione quæ in thure signatur inquit Propheta: Ascendat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Non hac & illac diuagata exeat, sed ut thus ardens in igne, recto tramite astra polorum penetrans, ad te perueniat. At qui virgo sancta ut erat mundo emortua, & cum Christo cruci affixa, & orationi addicta, ut virgula fumi ex aromatibus ascendebat stupentibus angelis.

Psalms.

¶ Non alio tendebat honos ille exhibitus arce fœderis, quando regalis Pro-

Declamatio nona

pheta eam deduxit, à Gabaa ad tabernaculum, quod rex ipse fabricaverat. Itaque plaustro nouo reponens arcam Domini, cum electis Israel & cantoribus, ac citharis personantibus illam eduxit. Dauid manu fortis, rex regum & Dominus dominantium, Christus Saluator noster est. Hic tabernaculum fecit matri suae in caelo, quando moriens, surgens & in caelum ascendens praeparauit ei locum. Iuxta illud ad discipulos suos promissum. Vado parare vobis locum. Et iterum in domo patris mei mansiones multae sunt. Arca verò foederis virgo sancta est, in qua foedus & pax nostra facta est: vbi Deus factus homo pacem dedit ijs qui longè, & ijs qui propè, vtrumque populum in unitatem fidei, & charitatis concilians. Plaustrium nouum, corpus sacrum suscitatum fuit, cuius quatuor rotæ, dotes gloriæ sunt, quibus decoratur atque mouetur. Gaudens mira claritate, agilitate, subtilitate & perpetua immortalitate. Mira res, de Gabaa, id est, ex hac valle propemodum æruminis innumeris plena, arca Deifera transfertur in caelum. Quam circundant electi Israel, Cherubin & Seraphin, & omnes caelorum ciues concinentes, dulcisona

Figura.

Ioannis.

infesto Assumptionis.

212

sona dicentes cantica in sacerrimæ virginis laudem. Cantabant voce sonora potissimè illud. Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel tu honorificentia populi nostri. 15 Subinde datus est thronus Bersabe, ad dexteram regis filij sui Salomonis, vt in libro tertio regum legimus, olim gestum. Tunc Salomon Christus Iesus alloquitur virginem. Pere mater mea quod vis à me, non enim fas est vt auertam faciem meam. Mirabile dictu, statim Bersabe orauit pro Adonia fratre regis. Et ad eandem imaginem, virgo pia, in caelo negotia nostra pertractans indefessè precatur filium suum, vt deuotis suis fidelibus, delicta cuncta dimittat, misericordiam affluentissimè nobis impertiat, omnium charissimatum donis locupletet, gratiâ Christi Iesu nos roborante. Cui sit gloria & imperium, cum patre, & Spiritu sancto, per æterna secula, Amen.

Iudith.

15

3. Reg. 2

Nora.

¶ Appendices annotationes.

¶ Primò notandum, quod alma Dei genitrix, vt erat omni prudètia prædita optimam partem elegit. Bona quidem pars, ait Martha egenis inseruire, pauperes

Anno. 1

Declamatio nona

subleuare: melior quidem Deo vacare, iuxta illud vacate, & videte quoniam
 Pfalm⁹. ego sum Deus. Et iterum: Mihi adhære-
 re Deo bonum est. Pars verò optima est: vita ex vtraque mixta, actiuam & contemplatiuam amplectens, vt testatur sanctus Augustinus libro decimo nono de ciuitate. Et hanc alma virgo semper exercuit, cum Dauide dicens: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. Et cum sponsa aiebat: Dilectus meus mihi & ego illi inter vbera mea commorabitur. Elegit insuper optimam partem, vt refert diuus Bernardus in quodam sermone assumptionis, quoniam castitas matrimonialis bona est, vidualis melior, viginalis verò optima, quam sectata est Maria: adducentur regi virgines post eam. Ecce regina virginum Maria facta est, & ideo super angelos exaltata hodie.
 2. ¶ Secundo in hac præclara die, Deipara optimam partem elegit. Pars quidem bona est eorum qui in Domino moriuntur, in gratia Dei discedentes & purgatorium intrantes, vt venialia peccata dimittantur ibi: iuxta illud Pauli, salui erunt, sic tamen

in festo assumptionis.

213

tamen quasi per ignem. Quiq; ignis adeo Theoloterribilis est, & vehementer animas cruciat, vt passio Christi quamlibet stupenda dolore illo maior non fuerit. S. Tho. 3. p. q. 46. artic. 6. Melior pars est eorum qui statim post mortem, relicto corpore, in celum aduolant. Optima pars est, corpore glorificato Deum facie ad faciem videre: & sic beata virgo super omnes angelorum choros glorificata, hodie ascendit. Vnde clamat Dauid. astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Imò post diluuium arca Noë requieuit super montes Armenia, vt in genesi legim⁹. Hoc est, Maria virgo post filij sui passionem, suisq; laboribus exathlatis, super omnes calorum ciues gloriosa quieuit.
 ¶ Tertio, si Martha reprehèditur quod turbata erat erga plurima, quippe que Christo Iesu ministrabat, & apostolis inopia laborantibus seruebat, qua reprehensione digni erunt, qui cum Salomone nihil suis oculis negant, pomeria, vineas, & hortos plantant, domos eburneas, & piscinas aquarum extraunt, in quibus ille tandem agnouit nihil esse nisi meram vanitatē, & spiritus afflictionem? Quos deplorans regius psaltes ait: filij hominum, vsquequo
 D d 5 graui

Pfal.

Figura.
 Gen. 8.

3-

Pfal. 4.

Declamatio nona

gravi corde: vt quid diligitis vanitatem & queritis mendacium?

4. ¶ **Quartò**, non quia saragebat Martha circa frequens ministerium reprehensione digna fuit, nam saluator ipse ait, hospes fui & collegistis me: sed ob id reprehenditur, quia ad multa pertrahere conabatur forem vni rei necessariz vacanrem. Eam obrem audire meruit: Martha Martha sollicita es & turbaris erga plurima, porrò vnum est necessarium: Maria optimam partem elegit. Perinde ac si dicat: non tu malam partem accepisti sed bonam, Mariam verò dimitte cõtèmplationi vacare, nam hæc excellentior est pars, qua in cælo beati omnes fruuntur.

5. ¶ **Quinto**, accingamur oportet ad mortem obeundam, quam sine timore expectemus vbique. Maximè postquã alma virgo Maria omnis peccati expers mortem degustauit, quo nobis filijs suis dulciore eam redderet. Verum post Christi Iesu mortè, Paulo teste, absorpta est mors in victoria, ibi mors occisa est, ibi expuncta ac euiscerata. Iuxta illud Osæ: ero mors tua, o mors. Miror ethnici cuiusdam sententiã: mors sola portum ærumnis dabit. Et alius: faciamus de sine remedium, & de necessi-

tate

in festo assumptionis.

214

tate solatium. Et sanctus Bernardus: mors **Quinti.** paradisi scala est, qua in tabernaculi admirabilis locum ascenditur, vsque ad domũ Dei. Vnde Salomõ inquit: sperat iustus in morte. Et in psalmo: pretiosa in conspectu Pro. 14. domini, mors sanctorum eius. Quato pretiosior virginis almæ gloriosa mors in conspectu filij sui Christi Iesu, cuius vita innocens & sancta.

¶ **Sextò**, cum hodie Deipara virgo calorũ 6. regnum possideat, & de ea melius quã de de Hester dictum sit, imposuit rex diade- Hester. 2. mo regni in capite eius: fas erit nobis orthodoxis iubilare & gaudere aduocaram & piam matrem nostram videntibus, sic euectam, sic super omnes calorũ ciues exaltatam: quippe quæ vt spem nostram erigat, & solatium magnum exhibeat nobis lætabunda ait: in Hierusalem potestas mea. Hinc gloriosus Hieronymus. Hodie **S. Hier.** gloriosa virgo carlos ascendit, rogo gaudete quia ineffabiliter sublimata, cum Christo regnat in eternum: regina mundi hodie de terris & de presenti seculo nequam eripitur, iterum dico gaudere, quia secura de sua immarcescibili gloria, ad celi iam peruenit palatium. Propterea hortor vos & commoneo in hac sacra solemnitate genitricis

Declamatio nona

triciſ Dei Marię, nolite ceſſare à laudibus, & quamuis non ſit ſpeciola laus in ore peccatoris, noli ceſſare à laude: quia inde promittitur venia, ynde & omnib⁹ vt laudes.

S. Aug. Huc attinet quod ſanctus Auguſtinus in quodam ſermone dicit: o beata virgo Maria, tu fletus noſtros ad Deum ipſa admittas, nos adhuc in terra affligimur, in carcere retinemur, tu verò in cęleſtibus regnas, & prælata es cunctis virginum & ſanctorum choris. Tu in cubiculo regis beatitudi ne, gemmis ac margaritis ornata exiſtis. Has ergo tuas felicitates poſſidens conuertere ad noſtrarum miſeriarum ſalutē. Inter hæc fratres chariſſimi toto mentis affectu, beatiffimę virginis interceſſionibus nos committamus, vt dum nos ſupplici eã obſequio frequentamus in terris, ipſa nos ſedula prece commendare dignetur in cęlis. Hęc & alia complura in laudē Deiſerę virginis, ſcribit ſanctus hic doctor.

7. ¶ Septimò, ſi quis egregiam Mariam ſequi appetit, itinera per quę ipſa gradiens hodie, ſuper angelorum choros aſcendit quã primum arripiat. Enim verò, triplex iter ſacra virgo nobis indicat. Humilitatem, vt delicet, caſtiram, & charitatem. De primo ait dominus, omnis qui ſe exaltat humiliabitur

Matt. 18

in feſto aſſumptionis.

215

miliabitur, & omnis qui ſe humiliat exaltabitur. Ecce via ad ſumma eſt humilitas, ſi tamen vera ſit, & corde quis ſe dimittit. Nam eſt qui nequi. er ſe humiliat, ait ſa- Eccl. 19
piens: is fucatam humilitatem præſert. Mirabile eſt, quod tam pauci hanc viam ambulent, veram humilitatem amplexantes. Nonne, facilius eſt deſcendere, quam montem altum conſcendere: nedum facilis eſt deſcenſus, laborioſus aſcenſus, ſed periculoſum valde eſt aſcendere velle: nã qui ſe exaltat humiliabitur, ruens in barathrum. Eam ob rem virgo ſancta, corde, verbis, & opere humilima fuit, quas ob reſ hodie ſic exaltata eſt. En quo euehit vera humilitas. Iter ſecundum fuit caſtitas, non quæuis, ſed virginalis. Extat teſtimonium tutiſſimum, vbi dixit angelo. Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco. Cæterum, tertiu iter, quo ſuper cherubim hodie volauit, fuit mira eius charitas. Hac præcellenti virtute, ſic emicuit Maria, vt aquę multę tribulationis & laboris, non potuerint extinguere eius charitatē. Quin animo infracto, ſtabat iuxta crucem filij ſui pendentiſ. Hanc imitantes à Chriſto Ieſu exaltabimur, & cū angelis perpetim gloria fruemur.

Humili
tas.

D E-

DECLAMATIO IN
IN FESTO SANCTI
Lucæ euangelistæ.



Olenitatem præclaram, facerri
mi Lucæ euangelistæ fratres cha-
rissimi, hodie sacro sancta Ro-
mana Ecclesia, iure optimo ce-
lebrat: qui quidem virgini Deiparæ, non
vulgariter fuit dilectus, nec non amoris vi-
cem ipse (vt par erat) intemperatæ Mariæ
impêdebat, & præ cæteris discipulis Chri-
sti Iesu, illi familiaris erat. Idque argumen-
to nobis est, vbi tria præclarissima myste-
ria, quæ cæteri euangelistæ tacuerunt, aliis
Lucæ: r. solus Lucas nobis narrauit. Quando qui-
dem angeli Gabrielis colloquium, omni
mellita dulcedine plenum, salutationem
eiusdem paranympsi, ad virginem præcla-
ram, ipsius Dei genitricis fatis humile re-
sponsum, ecce ancilla domini, nec Mat-
thæus, nec Marcus, nec Ioannes, dilectus
Iesu scripserunt. Quanto amore, quantoq;
affectu, pectora nostra excitantur, legentes
vel audientes quotidie euangelium illud,
tot mysterijs scatens, quot literis est exara-
tum, nemo est qui verbis explanare valeat.
Valebit nihilo fecius & si more balbutien-
tium,

tium, non nihil indicare, si penitius cõtem-
plari velit quis, Gabrielis miram pruden-
tiam, in salutatione illa: & matris Dei stu-
pendam humilitatem: & summi Dei in-
effabilem erga nos charitatem. Quippe qui,
Maria virgine orante, & spiritu sancto co-
operante, verbum caro factum est. Hæc
omnia beatus Lucas miro ordine, vniuerso
orbi recensuit. Secundo, de puero Iesu,
totius mundi saluatore, diuus lucas duntaxat
scripsit, quod die octavo, cultro lapideo
fuerit circumcitus, & Iesus appellatus, quæ
admodum ab angelo cælitus misso, ipse vo-
catus est, antequam in alno virginis almæ
conceperetur. Quis obsecro dilectissimi
adeo rudis, aut stupidus? Quis inquam tam
saxeï pectoris, qui vel rapida mente hæc co-
gitans, sese à lachrymis temperare queat?
Infans octo dierum abunde lachrymatur,
ingemiscit præ nimio dolore afflictus, &
nos peccatorum mole obruti, non habenas
lachrymis damus? Imò quod derestabili-
lius est, atque execrarius, risui inani, &
gaudio pessimo huius seculi vacamus?
Cruorem suum roseum saluator, quouis
auro vernanteque gemma excellentio-
rem, pro nobis inmeritis, tenellus puer
effundere dignatus est, & nos pro nihilo ha-
bebimus,

Lucæ: r.

Declamatio

Exod. 4 bebimus, tam præcellentem thesaurum. Dicamus & candido pectore sæpe sæpius clamemus, ei quanuis impares gratias agentes. Iesu bone, sponsus sanguinum tu mihi es. Nec non cum sponsa die noctuq; clamitemus. Dilectus meus mihi & ego illi inter vbera mea commorabitur. Sed de hoc latius alibi.

¶ Tertio tandem de oblatione pueri benedicti Iesu in templo, quadraginta iam dies natus, nihil alij tres euangelistæ dictarunt. Beatus Lucas autem, cuncta adamussim, artificio mirabili nobis orthodoxis depinxit: ita ut sancti viri Simeonis sanctitatem, oraculum quo admonitus exiliens, & gliscens, templum domini adijt, virginis sacerrimæ humilitatem, & saluatoris in nos dilectionem, graphice enarraret: adeo ut qui totius mundi redemptor erat, auiculis, & quinque siclis esset redemptus, veluti alij Hebræorum pueri, iuxta legis decretum redimi solebant. O mirabilem, & modis omnibus stupendam summi Dei charitatem: legislator ipse Christus, legis tamen onera subire non spreuit. Imò factus sub lege, fideles suos (ut apostolus Paulus contestatur) à legis graui iugo redemit. Quid precor charissimi est causa, ut euangelista Lu-

cas

in festo sanctæ Lucæ.

217

cas tantum, hæc tria mysteria annotauerit, nisi quod virgo virginum præclara, arcana hæc, in corde suo conseruans, & conferens, tanquam mater filio, Lucæ euangelistæ ista palam fecit? Ipse verò ut fidelis auditor, propria virili, calamo cuncta mandauit, cum sapiente decantans & dicens. Quam sine Sapiē. 7. fictione didici, sine inuidia communico. Nempe viri sancti, charitate vsque adeo feruent, ut pro gloria Dei capeffenda, proximorumque salute vendicanda, vitam suam periculis sponte ponant, tantum abest ut Dei mysteria abicōdentes inuidiæ horrendæ inferuiant.

¶ Mitto breuitatis causa, quam fuerit candida vita, excellenti doctrina, omnibus & charismatum donis præditus. Quot hominum corda Christo Iesu lucrificerit, longe lateque verbum Dei toto affectu prædicās. Sat sit laudes eximias legere, quas beatus Hieronymus in libro virorum illustriū scripsit. Imò apostolus Paulus, mirum in modum hunc sanctum collaudat dicens. Salutat vos Lucas medicus charissimus, cuius laus est in euangelio. Sed nunc sacrum euangelium indagare, pro modulo nostro incipiamus, summo numine adiuuante.

E e

¶ Desi

Declamatio

Text. ¶ Designauit dominus & alios septuaginta duos. Qui olim quamplurimos misit uires populo suo, ut messiam predicarent, tēpore præstituto venturum, is ubi sua gratuita dignatione venit, nūc discipulos suos ablegauit, qui certo certius asserunt quem tantopere desiderabant, uenisse. Mira res quam magnificus, quāq; liberalis sit, erga nos, saluator noster Iesus. Non sat eis fuit, Matthe. duodecim apostolos segregare, & selectos in munus euangelij destinare, sed. 72. discipulos designare dignatus est, quo multiplicatis operarijs, facilius sacri euangelij prædicatio ubique terrarum resonet. Par quidem erat, ut pollicitatio Dei uerax comprobaretur, per quā, nō modo Hebræis Christus promissus fuit, sed etiam gentibus, ueluti prophætæ summo afflante numine quondam uaticinati sunt. Huc pertinet quod Iacob de Messia dixit: ipse erit expectatio gentium. Eodem attinet illud dauidicum, quo apostolus non ab re usus est: laudate dominum omnes gētes, laudate eum omnes populi: quoniam confirmata est super nos misericordia eius. Quid plura? euangelicus propheta Esaias, instar magni tonitruui insonat: letare steriles quæ non paritis, erumpe & clama quæ non parurris.

in festo sancti Lucae.

218

ris: quia multæ filij desertæ magis quam Esai. 54 eius quæ habet uirum. Quæ nam deserta ad Gal. & absque viro erat nisi gens, quæ Deos lapideos ligneosque misere colebat? Atqui synagoga Deum uerum honorans, & ei soli interuiens, sponsum præpotentem habebat: & nonnullos filios genuerat Deo suo. Veruntamen Christo Iesu nato sterilibus quam multos gignere cœpit, quorū primitiæ Magi ab oriente ueniētes fuere, qui fide mirabili Ierosolymam adeuntes clamabant. Vbi est qui natus est rex Iudæorū. Vidimus stellam eius in oriente, & uenimus adorare eū. Ut ergo omnes gentes lumen hoc cælicum (Christum Iesum dico) fidei oculis uiderent, uidentes toto pectore amarent, & amando eū cādido corde, illo fruerētur in cælo, ius erat, ut. 72. discipulos mitteret, qui omnia terrarū climata perlustrarēt. Bene merito tot discipulos saluator mundi designauit, quia totidē mundi gētibus euāgelium erat prædicādum. Nepe clati homines post cateclisum illum horrēdū, Babel turrim construere cœperūt, celebrantes nomē suū, antequam diuiderētur in terra. Quā ob rē, omnipotens & piētissimus Deus, ex alto eos prospectās ait: descēdamus, & diuidam⁹ linguā eorū. Et ita gestum

Matt. 2.

Nota.

gen. 49

Ec 2 gestum

Declamatio

gestum est: nam cū terra labij vnus esset, adeo linguæ eorum cōfusa sunt, vt alter alterum non intelligeret. Enim vero charissimi vbi Deus homo factus, & trabeam mortalitatis induit, vbi inquam apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri, fas erat vt vice versa, tot discipulos mitteret rex noster, quot gentes per orbem diuisæ sunt. Mirabile dictu, gentes quas superbia iniqua, hac & illac disperferat, pax euāgelica, & charitas fraternitatis agglomerauit. Adhæc, vt sanctus Augustinus limpidiſſimus sacra scripturæ indagator inquit, mysticum quoddam hic latitat. Sicut. 24. horis totus orbis peragitur, & illustratur, ita mysterium illustrandi orbis per euangelium trinitatis in. 72. discipulis interminatur. Ter enim. 24. septuaginta duo faciunt. Sanè egregie dictum est. Quid multa? sicut beato Cyrillo placuit horum discipulorum numerus adumbratus est in veteri lege, quando Moses domino præcipiente viros. 70. ex populo delegit timentes Deum, & ab omni auaritia alienos. Quibus de spiritu Mosis Deus optimus impertiuit, & statim prophetae cœperant. Ad eandem imaginem, dux noster Christus Iesus, cuius typum ille gerbat, hos vi-

S. Aug.
de. q. e.
uan.

S. Cyril
lus.
Figura.

ros

in festo sanctæ Lucæ.

219

ros omni virtute fultos, elegit spiritū suum illis præstans, quo afflati, corda hominum quamlibet sceleratorum, suis verbis allicerent, & ad pœnitentiā excitarent. Lubbens hic sileo, duodecim illos fontes aquarum, & palmas folijs virentes, quas in Heliolim filij Israel offenderunt. Vbi castrametati sunt, vehementer gaudentes, & non nihil solatij accipientes. O nos felices charissimi fratres, qui in sancta ecclesia Romana, longè excellentius hæc omnia possidemus. Siquidem duodecim apostolos habemus doctrinæ suauissimæ perenniter manantes. Vbi necdum animæ sitis extinguitur quotidie, sed cordis nostri fordes, atque ingentia delicta diluuntur. Habemus insuper septuaginta palmas (hos discipulos Christi Iesu dico) qui instar palmæ florentes, iuxta illud (iustus vt palma florebit) vberrimos gignentes fructus, quibus in finem vsque seculi, orthodoxi victitabant. O nos beatos, si iuxta hos fontes aquarum, & sub vmbra harum palmarum, castrametati, Vitam omnem transigamus. Veh improbis, qui stagna adeuntes hæreticorum, impia dogmata degustant. hæretici in quos dominus inuehitur dicēs. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt Iere. 2.

Theo-
phila. su
p. Lucā.
Exo. 18.

Figura.
Exo. 15.

Contra
hæreticos.
cos.

Ee 3 fontem

Declamatio

fontem aque viue, & foderūt sibi cisternas dissipatas, que non valent cōtinere aquas. Lutheri stultissimi cōmenta, Melanēthon improbi deliramenta, Caluini versūti figmenta diaboli suggestu adinuenta, aliorumque impiorum dogmata, quid aliud quam cisternæ dissipatæ sunt, rimarum plenę. Quippe quę limo fœtido exundāt, spurcitijs icatent, aquam verò nisi crassam, atq; cœnosam cōtinere minimè valent. Vtinā Christus eos aspiciat, & pectora illorum quam primum emolliat cōuertatq; vt subinde ad fontes hos præclaros conuolantes, & apostolorum doctrinam bibentes, fœtiditas suas cisternas respuant: atque tot hereses, quibus alto Dei iudicio irretiti sunt, toto corde spernant. Quid iam saluator noster postquam hos discipulos designarat egerit videamus.

Text.

¶ Misit illos binos ante faciē suā, in omnē ciuitatē & locum, quo erat ipse venturus.

¶ Nō seorsum quęquam eorum mittit, sed binos, quo fortiores sint ad obeundos labores qui eis instabant. Frater qui iuuatur à fratre tanquam ciuitas firma ait sapiens, &

Eccle. 4 iterū Salomon inquit. Melius est esse duos quā vnū. Et rationē subindicans subdidit.

Habent emolumentū societatis. Vt man^o adiuto-

in festo sancti Lucae.

220

adiutorio est alteri manui, ita vt ambæ simul pondera portare valeant, sic frater fratri adiutorium & subsidium præstat. Alioqui electionis v̄as non diceret: alter alterius onera portare, & sic adimplebiris legem Christi. Vos amantiſſimi fratres, hic obseruare, tā modū, subtilēque artē, legem summi Dei adimplēdi, quā etiā patiētiam quę vobis necessaria est. Habet sanè vnusquisq; onus suū. Alius inopia laborat, alius verò languore corripitur, alius deniq; ira excādescit, parua oblata occasione. Quotus quisq; nostrū est, qui onus aliquod non habeat in hac calamitosa vita? Vnde oēs opus habem^o tolerātia nō vulgari, vt alter alteri^o equanimiter onera porrem^o, Christi Iesu amore inuicē nos adiuuātes, inuicēq; onera sufferētes. Idq; faciētes discipulorū vestigia sectabimur, bini ambulātes, & iugū dñi suauē portātes, eiusq; immaculatam legē opere adimplentes. Hic planè scopus, hic finis totius doctrinæ Christianæ est, apostolo testante: qui prōximū diligir legē impleuit. Rex vtiq; noster Christus maxime delectatur, pacem nostram prospectās: fraternitatem & vnitatem nusquam non orthodoxis inculcans, vehementer & præci Ioan. 14 piēs. Pacē meā (inquit) do vobis pacē relin-

Nota.

quo vobis, sed nō quomodo mundus dat, ego do vobis. Seriam quidem rem loquebatur, & magni momēti negotium tractabat: ob id bis eandem sententiam profert. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Quando quidem Christi Iesu pax, utrūque hominem perficit, animam & carnem sedat, eo quod pax Dei exuperat omnem sensum & omnem intellectum. At contra pax fallacis mundi subdola, falsa & inanis, mentem & corpus infestans, haud hominem tranquillare potest. Sicut scriptum est. Non est pax impijs dicit dominus. Et rursus David canit: contritio & infelicitas in vijs eōrum, & viam pacis non cognouerūt. Videtis qualiter Dæmon verus suos cruciet diu noctuque, nullum nō mouens lapidem, vt pacis foedera, etiam inter fratres cōstringat. Vterini nempe erant Caim & Abel, & protoplastorum filij, nihilominus satanæ versutia tam fuit potēns, quod improbus Cains, proprium fratrem interemit. Nolite ergo fratres mei locum dare diabolo dissidiorum auctori: & cuiusvis belli amatori. Quin maximo pere huic pestilenti aduersario resistite, & pacem diligite, eritque Deus pacis vobiscum, velut sanctus apostolus pollicetur.

Esa.

Pfal.

Gen. 4.

¶ Ad

¶ Aduertendum tamen est, quod non tantum ob mutuam custodiam mutuam & consolationem, Saluator discipulos binos misit, sed vt mutuum testimoniū habeāt, & veritas euāgelica magis elucescat. Proculdubid, testimonium efficacius est, vbi duo vel tres idipsum profitentur: dicente Domino, in ore duorum vel trium erit omne verbum. Qua sententia Christus Iesus pharisæos & scribas redarguens, eosq; confutans vtitur. Non sum solus, ait, sed pater mecum est. Perinde dicat. Pater celestis, in Iordane & in transfiguratione testimonium efficacissimum mihi dedit, filium naturalē vocitās. Hic est filius meus, **Matt. 6** in quo mihi bene complacui, quod quidē ore meo sapius protuli. Vos verò procaeces, & à veritate auditum auertentes, credere non vultis, quamuis duorum testium testimonio compulsi. Ob eam rem **Matthæ.** Apostoli etiam bini mittuntur à Domino: sic quæ de Christo Iesu loquebatur, magis conspicua apparebant, magis ac magis fulciebantur. Hinc Origenes optimè notat: **Orige.** quod enim bini mittantur Dei verbo, antiquum esse videtur. Deus optimus Israel, eduxit de Ægypto per manus duorū fratrum moysi scilicet & Aaron, Iesuah & **E c s** Caleph

Caleph concordantes, comperuerunt populum ab exploratoribus prouocatum.

S. Greg.

¶ Tertio tandem binos mittere illos placuit Christo Iesu, ut nos doceat charitatis præcepta esse duo. Alterum ad dilectionem Dei spectat, alterum quidem ad proximi amorem. Diligamus Deum fratres oportet ex toto corde: ex tota anima & ex tota mente. Sane æquum est ut totum nostrum vèdicet amorem, qui nos creauit, & proprio sanguine in cruce obtiens redemit: Quique solus bonus est, & tanti nos fecit, tam ingenti affectu adamauit, ut sese in fratrem, in pretium, in cibum, in præmium æternum sponte nobis impendit. Iesu bone, tu mihi sitisti, ieiunasti, laborasti: tu mihi natus, mihi passus, mihi tantum bonorum in hac fragili vita peregisti, mihi animam dilectam tuam in patibulo crucis tradidisti. Profint o vera salus in te credentium nobis quæ sponte donasti, qui te totum nobis donasti. Diligamus eum todo corde fratres ius est, qui toto corde totisque visceribus nos dilexit. Alterum mandatum ad proximos attinet. Dili-

Mat. 22

ges proximum tuum sicut te ipsum. Non quod omnimodam similitudinem dictio illa, sicut indicet, sed finem in quem

proxi-

proximum amare debemus, ut potè fructuionem Dei nobis & proximis vehementer cupientes. Sane magis homo debet diligere seipsum, quam proximum. Quoniam exemplar potius est quam exemplatum, modo dilectio hominis ad seipsum, regula est & exemplar dilectionis, quæ habetur ad alterum, ut quam optimè sanctus Thomas 2. q. 26. 4. arti. differit. Qui igitur hæc duo præcepta charitatis egregia, nunciare hominibus mittebantur, bini missi sunt. Vbi latenter nobis Christus innuit, quanto zelo quantoque affectu prædicator incendi debet, quo tam præclaram functionem dignè exercere valeat. Huc attinet quod in canticis sponsa ait: de prælati & prædicatoribus loquens. Dentes tui sicut greges tolarum, quæ ascenderunt de lauacro. Oes gemellis fratribus, & sterilis non est inter eas. Perbellè tam prælati quæ verbi Dei concionatores, detibus ouium assimilatur. Dentes utique lapidis istar fortes sunt, & niueo calore dealbati. Ideo schematicè hic sermo, pulchrè prælatos ac prædicatores admonet, ut fortes sint in tolerandis laboribus, candoreque innocentie niteant, quo Christi Iesu dentes esse mereantur. Mirabile dictum, Moses ceterum

Canti. 4

Figura.

vigin-

viginti annorum erat, & dens ab ore eius null^o decidit, nec mouebatur vnquam. O mirabilem apostolorum & omnium sanctorum fortitudinem, o stupendam etiam virginum & puellarum virtutem, ferreos pectines ac incensas sartagine, vincula arca, ergastula infracto animo hilaritq; vultu tolerantes tyrannorum minas, atque exquisita tormenta nihili pendebant. Dentes Christi Saluatoris erant adamante firmiores & quavis niue cadidiores. Omnes gemellos nutriebant Deum & proximos amantes, adq; vt nihil verbo, nihil opere faciebant quod non spiraret amorem, flammigeram & charitatem indicaret. Hinc sanctus Augustinus in manuali suo clamat. Qui vult notitiam Dei habere amet. Alioquin frustra accedit ad legendum, ad orandum & predicandum qui non amat. Equidem verba sunt annotatu digna lucidiora quam vt expositione indigeant, egent autem iugi meditatione. Caterum videns Iesus quanta sit egestas in ecclesia bonorum prelatorum & concionatorum, illos misit ante faciem suam.

Textus. ¶ Fas erat vt mitteret illos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus.

¶ Tan-

¶ Tanque rex magnus & totius mundi imperator legatos suos destinavit, binos quidem, vt duo cherub ex auro mundissimo fabrefacta ante arcam Domini posita sese mutuo respiciant, & alter alterius errata & malefacta corrigat, veluti paulo superius tetigimus. Hos ablegauit ante faciem suam: quo viam prepararent Saluatori aduentanti. Par vtique erat ministerium eis iunctum, & Ioanni baptista: quippe qui anteibat, vt pararet Domino plebem perfectam. De quo Malachias Prophetauit. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem meam. Plane vt scite quidam sapies absque Christo dixit, actus actiuorum, est in patiente disposito. Nisi ceram primo igni admoueas, sigillum frustra apponitur. Ad eundem modum verbum Dei nisi corda disponantur, efficax non erit. Neque est dignus Christi gratia, quem male actorum non poenitet, quique pro suis sceleribus poenitentiam subire minimè conatur. Preparabant ergo hominum corda discipuli Christum Iesum venturum predicantes. Excitabant corda torpentia, vt toto cordis affectu videre desiderarent Messiam, quo veniente illorum peccata deleret, misericordiam illis impendens. Vnde Psalmo-

Mat. II

graphus

Pfalm⁹. graphus dixit. Misericordia ei⁹ praueniet me. Verum vbi cogitationes sanctæ in cor nostrum ascendunt, Christus Iesus venturum agnoscamus oportet. Quin & ipse

Apoc. 3 ait. Ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi intrabo ad eum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Profectò dilectifimi singula verba magnam emphasim habent, vos obsecro penitus ea expendite, vt agnoscatis quanta sit quamque ingens dilectio Dei in nos: qui ad ostium cordis pulsare non abhorret, tum prædicatorum verbis, prælatorum monitis, tum etiam angelorum iugi inspiratione. Ad

Nota. hæc nimiam Christi charitatem percipite, qui nō tantum ciuitates opulentas, sed oppidula, & villas adiens, regnum Dei cūctis prædicabat. Circumibat Iesus omnes ciuitates & castella, prædicans regnum Dei, ait sanctus Marcus. Planè qui popularem gloriolam venari studet, is magnatibus & principibus prædicare molitur: villas & oppida exigua fugit: cum Saluator ore suo benedictio Esaïæ prophetiã deprompserit: Dominus misit me eo quod vnxit me, prædicare pauperibus misit me. En normam prædicatoris Apostolici, ecce præcellens exemplar prælatorum. Non pluris

prædicatores.

pluris faciamus diuites, pauperibus euangelizandum est: eis eleemosynas impendamus, quoniam talium est regnum celorum. Illis sacra eloquia impendamus, quia veri amici sunt, qui nos in fine seculi suscipient gaudentes in æterna tabernacula, quemadmodum Saluator ore proprio promisit. Hos nimirum pauperes, diuites quidem in fide ad eò Dominus dilexit, vt messis suæ nomenclaturam illis imponat.

☉ Dicebat illis. Messis quidem multa, operarij autem pauci. Metaphorica locutione non ab re vtitur, prædicationem messi ratione fructus assimilans. Eatenus euangelizamus, quatenus ex fidelium cordibus fructus colligamus. Dicente Apostolo: Non quero quæ vestra sunt, sed vos. Et iterum Dominus ait: Posui vos vt fructū afferatis, & fructus vester maneat. Hæc messis multa dicitur, eò quòd multi credituri erāt in Christū Iesū. Quod verbum maximè nos consolari debet. Nō pauci sunt improbi, imò quam multi per latam viam ambulant, quæ in præcipitiū scelestos homines ducit. Non inficior hæc, veruntamen granum frumenti cadens in terram vbi mortuū fuit, plurimū fructum attulit: ita vt in quolibet statu multi Deo famula-

Textus.

famularum exhibeant. Gratiarum Deo optimo agamus cuius donum hoc est: Plurimos vxoratos videimus timentes Deum, sacerdotes & religiosos orationibus instantes, & ieiunij deditos, sanctas vigiliis festantes. Vidit sanè beatus Ioannes hanc vberriam messim, & stupens dixit. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, stantes ante thronum Dei. Ecce prædestinatorum numerus, turba magna appellatur, & messis multa simul. Hos omnes Christus vidit quatenus Deus ab æterno. Ideo sanctus Paulus clamat: Qui elegit nos in ipso, id est Christo Iesu, ante mundi constitutionem. Et iterum: Quos præsciuit, hos & prædestinauit. Vidit insuper eos quatenus homo, nam anima illa benedicta, Dei verbo fruebatur ab instanti suæ conceptionis, in utero virginis almæ, ita ut in verbo, velut in speculo sciret, præterita, præsentia & quæ erunt futura, quâuis non contingentia, omnia quæ duntaxat Deus ipse cõprehendit, & in potentia Dei sunt: S. Tho. 3. p. q. 10. ar. 2. & 3. d. 14.

Textus. ¶ Messis quidem, ut pro modulo nostro suafimus, multa est, sed pro dolor, operarij autem pauci sunt. Hoc profectò intrinse-

trinsecus dolore tactus Saluator protulit, condolens inopiã prælatorum & bonorũ prædicatorum, quam sancta Ecclesia patitur. Docebant tunc temporis pharisæi, nec non & Scribæ populum verbo tenus, non opere aut exemplo. Caremonias legis sacrificia & holocausta ad amussim dare sua debant: Deum tamen timere, mandata eius seruare, proximum ut se ipsos diligere, nõ æque opere & veritate homines hortabantur. Alligant onera grauia & importabilia ait Dominus, & digito suo nolunt ea mouere. Ecce quomodo labijs Deum honorabant, cor autem eorum longè erat ab eo. Calamitarem illius temporis Saluator deplorans dicebat: Messis quidè multa, operarij autem pauci. Oremus ut hac in nostra tempestate deploratio hæc locũ non habeat. Vereor charissimi & maxime vereor, ne ut quondam, quidam in ecclesia sunt, qui scribarum more superbia & inuidia turgidi verbis phaleratis concrepantes, operibus autem bonis minimè incumbant. A leuita vsque ad sacerdotem (ait Propheta) oēs auaritiæ student. Quo nomine quos appellare possim nõ video, nisi operarios iniquitatis dixerim. Qui verò dicunt & faciunt, ij operarij sunt: nã ut

Prælati.

Mar. 23

Declamatio

seruetur veritas prædicationis necessaria est altitudo viuendi, diuo Gregorio teste.

S. Greg. Nōne Dominus ait voca operarios & red de illis mercedem? Qui expilant & oues occidunt, lanis operiuntur, & lac manducant, quo nam pacto Christi operarij vocantur? Sanè qui Ierosolymam reedificabant altera manu gladium tenebant, altera faciebant opus. Ita prælarus seu prædicator verbi Dei gladium habeat, quod est verbum Domini, & simul operetur oportet, ne sit tanquam aerem verberans. Heu fratres, quā pauci sunt hodie pastores, qui honores non appetant, diuitias non congerant. Sed vt par est, qui gregem dominicū spiritali & corporali pabulo alant, super salutē animarū vigilēt, & ex ore leonis rugientis oues suos extrahāt, ij pauci sunt. Bis Saluator noster dixit Petro pasce oues meas. Quod verbū, haud alio tēdit, nisi vt duplicē hōinē, externū & internū prælati educare, & pascere studeāt: Vos autem fratres, aduertite & scitote, v̄ra interesse, vt doctrinā sanā audiētes, factimoniā sectemini: n̄ra verò refert, opere implere quæ loquimur: iuxta illud. Quæ dicūt vobis facite, secūdū opera eorū nolite facere. Scitè S. Aug. admonet vos dicens. Botros carpe, spinas caue. Sat

4 Nhe

Ioannis.

Mat. 18

in festo sancti Lucæ.

226

ue. Sat erit, si agricultura Dei fueritis, si vt messis frugifera Christi Iesu sanguine irrigata, fructus vberriimos genueritis. Triturabit suo tēpore arēā suam, & ventilabro eam purgabit, paleasque comburens igni inextinguibili, grana in horrea sua reponet, animas suorum seruorum, inter angelos collocans: Idque vt fiat, ad orationem suos excitat dicens.

☉ Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Textus.

Prædicatoris ac prælati officiū orationē fore, ijs verbis dñs ostēdit. Quid autem orando postulare debeāt subīde insinuat. Nēpe vt operarios mittat in messem suā: quā alibi rectē vineā vocauit. Vineā Dñi sabbaoth dominus Israel est. Rogari vult à nobis Dñs messis, et si res ipsius agatur: eò quòd prædestinationis effectus, vt est vocatio, & iustificatio, & magnificatio prædestinatorū, orationē iuuatur: sicuti latius sanctus Augustinus testatur, libro illo mirifico de prædestinatione sanctorum. Vbi andet asserere, quod si Stephanus pro Paulo nō oraret, ecclesia nullatenus Paulum Apostolum haberet. Oremus fratres & instanter oremus, supplices vbiq; prætolantes Christū Iesum, vt sūmo mane, exeat cōducere.

Esaia. §

S. Aug. li. de prædestina.

Declamatio

operarios in vineā & messē suam: Qui
 Mat. 20 pe qui, sua non querant sed quæ Dei sunt
 queritare non cessent: Qui gladios ancipi-
 tes in manibus portāt, & exultationes Dei
 in gutture suo sentiant, sicut Propheta re-
 Psa. 149 galis eos delineauit. Agri frugiferi multos
 querunt mēstres, & cum multi sunt cre-
 dituri, multis magistris egent. Sed heu,
 quoniam mundus plenus est sacerdotib⁹,
 verū tamen rari sunt in Ecclesia operarij,
 Home. exclamat sanctus Gregorius. O Christe Ie-
 17 su salus omnium in te credentium, procli-
 Oratio uigenu precamur, vt mēsis tuæ ne obliui-
 deuota. scaris vnquam. Quin potius vt pollicitus
 es per Prophetam, nobis mittas pastores
 secundum cor tuum, qui pascant nos scien-
 tia & doctrina. Nullatenus ob delicta po-
 puli hypocritam regnare sinas, iterum at-
 que iterum rogamus. Eradica subnascēs
 lolium, ne deturpetur mēsis bono tritico
 fata. Fuga cæli volucres, ne semen recens
 narum sublegant. Mone per spiritum ope-
 rarios, vt messē sollicitius excolant. Ypo-
 chalcon genus hominum in Ecclesia caute,
 nos decipiat. Quin & zelo tui Domine
 ferueamus, cunctis diebus vitæ nostræ.
 Amen. vos amantissimi fratres nobiscum
 orate, & indefessè dicite cum Mose, qui
 olim

in festo sancti Lucae.

227

olim sic orabat. Prouideat Dominus De⁹ Nu. 27
 spiritum omnis carnis, hominem qui sit su-
 per populum hunc, & possit exire, & intra-
 re ante eos, & ducere illos, vel introduce-
 re, ne sit populus Domini, sicut oues absq;
 pastore. Mirabilis precatio, & nihil mi-
 nus quam Spiritu sancto composita: i-
 ded hanc millies omnes dicamus oportet.

¶ Adnotare etiam libuit quòd non messē
 vocauit, sed addidit meā. Primò vt quan-
 topere eam diligit ostendat, quasi peculia-
 rem hæreditatem. Christus dilexit Eccle-
 siam, & tradidit semetipsum pro ea. Ecce
 Apostolus magnitudinem amoris Christi
 in nos palam fecit, vbi vitam impendere
 dignatus est, pro hac pretiosa messe. Eo-
 dem pertinet illud: Ite & vos in vineam
 meam. Et alibi. Vineam meam electa ego te
 plantaui. Huc attinet quod pastor opti-
 mus Petro dixit. Pisce oues meas: Non
 tanquam tuas custodi, sed velut alienas vi-
 gilanter serua & pasc: Vniuersas quidem di-
 ligo illas, pro quibus sanguinem meum
 sponte dedi. Secundò messē suam ap-
 pellauit, vt operarij, pastores & prædicato-
 res rationem non ignorent quam reddituri
 sunt pro quauis ouicula, in die iudicij.

Nota.

Ff ; Tremem

Tremenda sanè & terribilis sententia illa est, quam per Prophetam Deus pronulit.

Eze. 34. Hęc dicit dominus Deus : ecce ego super pastores, requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam, vt vltra nõ pascant gregem meum, nec pascant pastores seipfos. Non vacat singula prosequi, idèd sanctum euangelium prosequamur. Postquam Dominus dixit, rogate Dñm melsis vt mittat operarios in messè suã, forte genu flexi discipuli eum precantes id petierunt: ipse verò, vt erat pius, ac propèlus ad pietatem, statim dixit : exaudita est oratio vestra, eam ob rem ite : Ecce ego mitto uos, sicut agnos inter lupos.

¶ Lupos vocat infestatores suos, videlicet scribas & phariseos, qui more ferarum ex candescebant in Iesum, ac perinde in discipulos eius. Laborabant, vt sanctus Augustinus ait, magna phrenesi: eam ob rem medicum qui vulnera eorum sanare nitentur, occidere atque dilacerare moliebatur, vna voce acclamantes: venite occidamus iustum quia cõtrarius est vijs nostris.

Sapient. Et rursus: Mittamus lignũ in pacè eius, & eradamus eũ de terra viuentiũ, & nomen eius non memoretur amplius. Videtis fratres, quam inuisum habebant, quantoque odio

odio accensi erant, in Iesum filium Dei, quem nihilo fecius honore prosequi, & cã dido peccatore amare debebant. Non modo vitam eius perdere, sed nomen & famam radicitus euellere conabantur: quã ob rem, futura mala eis prophetans oues discipulos appellat vt refert Mathæus, & agnos deuorandos à lupis his vocat. Itē, inquit, ecce ego mitto vos. Quanta cura Deo optimo de hoc semper fuit, vates sacer Ieremias ostendit. Misit dominus Deus ad Iere. 25. vos omnes seruos suos Prophetas consurgens diluculo, & non audistis, neque inclinastis aures vestras. O magnã Dei nr̃i erga nos dilectionẽ, diluculo cõsurgere se dicit, quo nostrã pigritiã arguat, nostrãq; ignauã reprehèdat. Nos autè tantũ donũ, tantã gratiã nihili pèdètes, nec aures verbis eius præbemus. Nõ audistis, ait, nec aures inclinastis. Nescitis fratres quod Saluator noster admonuit? Qui vos audit me audit & qui vos spernit, me spernit: Rex Moabitãrũ, alũnos regis Dauid cõtènens, regẽ ipsũ cõtèpsit. Quas ob res vindictã sũpsit Dauid, & exercitũ mittens, perdidit regẽ ethnicum, & illius ciuitatem. Num Christus Dominus minoris potentix est, quam rex ille Israel? Dabit sanè commerita suplicia ijs qui prælatis non paruerint, & illis qui

Declamatio

concionatorum verba contemptui habuerint. Qui ergo quondā diluculo surgebat, mittēs prophetas suos, is ipse maximā curā nri gerens, discipulos mittit & ait: ite, Ecce ego mitto vos sicut agnos.

¶ Agnus, vt experimento quotidie comperitum est, tum simplicitatem & innocentiam, tum etiā mansuetudinem significat. Verum, nec vnguibus, aut dentibus quempiam vulnerat, non cornibus lacerat, cum suapte natura animal mitissimū sit. Tales quidē Dñs vult discipulos innocentia cādidos: mites, & tolerādis laborib⁹ vsque adeò fortes, q̄ vulnerati, nō vulnerēt, qui probris laeſiſi cōuiciantibus iniuriā nullaten⁹ inferāt: qui deniq; si percussi fuerint in vna maxilla neminē percutiant, sed vltro percutiēti prēbēāt illi alterā. Hęc magna philolophia fratres mei cēlit⁹ nobis data est, nou suapte ingenio mundi huius sapientes eam adinuenerunt. Aristoteles eā nesciuit: Plato etiā perspicaci ingenio fuerit penitus ignorauit: Christus Iesus illam adinuēnit, qui omnib⁹ orthodoxis suis ait: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sapientia candidati de fortitudine disserētes partes eius dixerūt fore aduersarios impugnare, & aduersa æquo animo in bello

S. Tho.
22. q. 123.
arti. 6

in festo sancti Luca.

229

bello sustinere. Et hęc longe felicior & melior pars fortitudinis quam prima, eò quòd fortior est qui dominatur animo suo expugnatore vrbiū: fortior quidem est qui se ipsum vicerit, quam qui alterum ferreis armis superauerit. Vnde rex David fortior fore comprobatur, Sauli parcendo, quam Goliath gigantem monstruosum debellando. Quis tam amens, qui virtutem animæ non excellentiorem & præstantiorem, corporis virtute profiteatur? Laborum igitur tolerantia potissima fortitudinis pars est, quæ ante Christi Iesu aduētum quodammodo latebat in mūdo. Iam iam postquā ipse patienter tot mala perpeſsus est, sole clarior & quouis lilio candidior ac pulchrior patientiæ virtus apparet. Nempe qui agnus Dei est tollens peccata mūdi, quiq; vt agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum, iuxta Esaię vaticiniū: Esai. 53. qui tandem vt ovis occisus, comprehēsus, flagellatus, & acutissimis est coronatus spinis, is nos omnes agnos esse vult, vt patienter vincamus, velut ipse vicit: & triumphemus fortiter inimicos nostros, quemadmodum ipse in cruce moriens aduersarios suos triumphauit. Expolians principatus & potestates, ait sanctus Paulus, triūphans

Nota.

Esai. 53.

F f 5 eos

Declamatio

eos in carne sua. Quod non de demonijs duntaxat, sed etiam de crucifixoribus suis rectè possumus intelligere.

Iudi. 5. ¶ Inter lupos agnos mittit verus Dei agnus quo ex lupis agnos efficiat. Iamque dicere possumus: noua bella elegit dominus.

Veteres patres, gentes barbaras expugnabant domino id præcipiente, ideo armati

Iosue. 1. incedebant, iuxta illud: omnis vir armatus transeat Iordanem, sicque, Amorrhæos Iebuseos & alias nationes superabant. Nunc aut postquam vox illa intonuit, & qui se-

debat in throno rex noster Iesus dixit. Ecce noua facio omnia: noua bella elegit altissimus dux. Agnos mittit mansuetos, vt leones ac lupos deuincant, non alienum effundendo sanguinem, sed proprium: nec ad-

uersarijs necem inferendo, sed mortem equanimiter pro Christo patiendo. O noua,

Nota. o tot retrò seculis inaudita bella, non hasta aut iaculo, nõ gladio æreo parata, sed patientia mirabili, tolerantiaque stupenda adepta. Quis fratres charissimi audiuit vnquã talia? aut quis simile vidit: antehac?

Virgo tenera Catharina, Agnes iuencula, & vrsula cum tot millibus virginibus suis, ijs armis tyrannos subiugarunt, demones ipsos profligarunt. Hæc omnia breui

admo

in festo sancti Lucae.

admodum verbo, dominus expressit quã dixit: ecce ego mitto vos. Non Alexander rex macedo, in cuius cõspectu terra siluit,

non aliquis Romanorum Persarumque imperator: quoniam ij omnes quamlibet potentia præfulgeant, nihilo magis quam homines sunt ac perinde fragiles: eò quòd

omnis caro fœnum. Ego mitto vos, ego omni-
nipotès, qui tribus digitis terræ molem appendo, ego qui patris cælestis ars, & sapientia sum, qui mūdum ex nihilo feci, qui prouidentia mea orbem vniuersum guberno:

ego ipse mitto vos: non sanè clypeo, aut gladio ferreo munitos, sed quòd plus est, virtutibus cunãtis ornatos. Fide sincera, charitate feruida, spe roborata internum hominem armaui, vos nolite expauescere, imo viriliter agite & confortetur cor vestrum.

Quod Abrahamæ seruo meo dixi, nunc vobis pollicear: noli timere Abraham, ego protector tuus sum & merces magna nimis. Obseruate hic fratres, & duplicè mercedem promissam à domino intelligite. Protectorem se pollicetur, simul & præmium. Protectio quidem seruorum suorum est in via hac, præmium in patria, defensor fidelissimus in peregrinatione, corona verò nostra in cælo. O nos beatos qui

talem

Esa. 40

Gene. 15

Declamatio

Pfal.

talem ac tantum protectorem habemus. Deus noster (ait rex Dauid) refugium & virtus adiutor in tribulationibus, quæ inueniunt nos nimis. Et iterum: adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Alludit huic sententiæ Apostolus: fidelis Deus qui non permittet vos tentari, ultra id quod potestis sustinere, sed faciet cum tēratione prouentum. Si autem Deus est pro nobis quis contra nos? Verum enim vero, nihil erat tam iucundum, nihil tam suaue discipulis Christi, in obeundis laboribus; quam memoria huius verbi: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Ijs profectò verbis freti ibant gaudentes, à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu, contumeliam pati. Mira res, satisque miranda, non tantum fortiter, ac patienter probra & vincula amore Iesu accensi ferebant, sed quod excellentius est, gaudenter aduersa pro nomine eius portabant. Iesu bone, si tam suaui es in ergastulo, in flagellis, & in vinculis, quanto suauior, & melior dulcedine dulcior eris, diligentibus te in gloria?

Ambro ¶ Carcerum, si diui Ambrosij sententiam si. sup Lu festamur, lupi rapaces hæretici dicuntur: cam. à quibus, vt caueamus saluator noster admonuit.

in festo sancti Lucae.

237

monuit. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Præ se sanctitatis, & simplicitatis speciem ferentes, sub ouina pelle immanissimi lupi latitant: ij vltant circa ouium caulas, absentiam pastoris obseruant, quò plus inuadentes oues, noceant: rabiem suam & famem pessimam, explere cupiunt. Cauete ab illis, nam intrabunt ad vos, clamat Apostolus, lupi graues lupi rapaces. Hos saluator illudit, sacre scripturæ optimus interpret, vt inanes, suos in vanum effundant impetus, & nocere minimè valeant. Illos vitare contendamus fratres, illos & conuertere studeamus: mansuetudine nostra & benignitate eos alliciamus, vindictam ex eis sumentes bonam, suscitando in illis fidem, occidendo errorem. Sic precatus est propheta: domine videam vltionem, non aliam, sed tuam ex eis. Sicq; vltus est Christus de Paulo: lupus rapax erat, degrassabatur velut debacchat in orthodoxos, sanguinem multorum effuderat, & adhuc sanguinem sitiebat: at Christus Iesus mirabili patientia illum ferens, è cælo descendens in via Damasci, ex lupo agnum mansuetum effecit. Idque ore suo profiteretur dicens: venit Iesus peccatores saluos facere, quorum primus

Acto. 9.

S. Aug.

Matt. 7

Declamatio

primus ego sum, vt primo in me ostenderet omnem patientiam suam, ad informationem eorum, qui credituri sunt in eum. Vidistis quam sit potēs mansuetudo, quāq; Christo Iesu grata intellexistis fratres quomodo bella noua elegerit dominus: nunc videte, quam expeditos saluator suos velit prædicatores, atque ecclesiæ pastores.

Text. ¶ Nolite portare sacculū, nec peram, neq; calciamenta. Quid sit sacculum non portare, in quo pecuniæ seruantur, alibi euidenter expressit dominus dicens: nolite possi-

Mat. 10 dere aurum neque argentum: vbi possessionem eis adimit non vsum. Ierunt sanè discipuli in ciuitatem Samariæ, vt diuus Ioannes refert, quo emerent sibi cibos. Et rursus Iudas improbus loculos habebat, & portabat quæ mittebantur. Quo testimonio comprobatur monachorum vita apostolica esse, qui in communi omnia habēt, & nihil proprium possident. Sic in exordio nascens ecclesiæ actum legimus. Erant illis omnia cōmunia, ita vt nec nomine tenus, quisquam proprium aliquid appellaret. Hinc totius ecclesiæ pastor gloriabatur, ad portam speciosam templi, mendicum hominem videns: argentum & aurum, ait, non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do.

S. Ambro. sup Lucam.

in festo sanctę Lucae.

233

do. Vbi sanctus Ambrosius: Christi Iesu Actū. 3. discipulum me agnoscis, & aurum vel argentum à me expectas? Pauper quidē sum & omnia reliqui, cunctis diuitijs renuntians: veruntamen quid præcellentius quouis auro, aut margarita præclarior habeo, virtutem medendi tam corporibus quam animabus à Christo accepi: & hoc lubens tibi impertio: in nomine Iesu Christi, surge & ambula. At qui sacculus pecuniæ inferuit, pera cibaria gestare solet, quam portare dominus vetat, sollicitudinem in ijs temporarijs auferens, quæ non nihil prædicationis ministerium impedire solet. Vnde sanctus Gregorius quam optimè inquit. **S. Greg. sup Eze.** Nota. Ta prædicatorum in Deo debet esse fiducia, vt presentis vitæ sumptibus, quamuis non prouideat, tamen sibi hos non deesse certissimè sciat. Mira res, solem suum oriri facit pietissimus Deus, super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: hæreticos & sarracenos, atque turcas pascit abundanter, qui Deum summum blasphemare non cessant, tantum abest, vt seruos suos fideles saluator obliuiscatur. Vult & rectè vult magister sapientissimus Christus, vt præcones sui, nihil sibi fidant, sed toti pendeat ab eo, qui maximè eos diligit: dicatq; cum

Pfal. cum regali propheta: dominus sollicitus est mei. Idque beatus Petrus non tacuit: omnem sollicitudinem proiecit in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Et rursus scriptum est: iacta cogitatum tuum in domino & ipse te enutriet: foelix & nimium foelix, qui cum sponsa decantare valet dilectus me⁹ mihi, & ego illi. Perinde dicat: **Vide. S.** nihil mihi cura est de ijs perituris rebus, te **Ber. sup** poraria cuncta iam iam posthabui, sponsus **cantic.** mei sollicitus est, enit pro virili mea eū toto corde amare, laudare, & diu noctuq; inferuire: inter vbera mea commorabitur: in corde meo illum gestare non renuam, quem corde candido vehementer dilexi: ob oculos dilectum habeam, & eius dona ac beneficia innumera in pectore meo cōferā. Hæc iugis erit mihi cura, hoc studiū, ubique & semper, omnibus posthabitis ei adherere, encomijs vacare illius, quæ cherubim & seraphim collaudant dicentes: sanctus, sanctus, sanctus domin⁹ Deus omnipotens.

¶ Videris (nifallor) charissimi, quam expeditos, quamque ab omni cura alienos dominus velit suos pracones & prelatos, quibus maxime incūbit docere populum. Nihil ferant in itinere docet, quod animos eorum

rum detineat: nam fieri nequit, ut quis terrenis dedat se, & curam animarum simul habeat. Nec hoc saluator præcipit, ut omnino non liceat prædicatoribus, vitæ necessaria habere. Ordinavit Deus qui euangelium annunciant de euangelio viuere, ut contestatur diuus Paulus. Et rursus, qui al- **1. Cor. 9** tari seruit de altrari viuat. Huius rei typum gerebat mandatum illud domini, multis retro diebus destinatum: non obturabis os bouis trituratis. Quod apostolus mirificè expendens, de concionatoribus explicuit. Quin & Christus in hoc euangelio se ipsum exponens ait: dignus est operarius mercede sua. Quod est dictu: qui euangelium nuntiat dignus habeatur oportet, qui vitæ adminicula accipiat. Equum erat ut qui paupertatem intus affectabant, pauperes foris viderentur: sic verbis & exemplo diuitum auaritiam taxarent, qui mordicus diuitias tenere conabantur. Dicente cōtra eos propheta, vanè conturbatur omnis homo, thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea. Et iterum, diues cum interierit, nō sumet omnia, neque descendet cum eo omnis gloria eius.

Quod de calceamentis loquitur, ne mutata **S. Aug.** toria haberent, portarentuē intelligēdum d̄ cōcor. **est. euange.**

G g

Declamatio

Marc. 6 est. Calciati quidem incedebant discipuli domini vt sanctus Marcus meminit. Habebant sandalia quæ pedes infra defendunt, supra verò non tegebant. Ijs Iudith vidua sancta utebatur, ideo de impio & cruento Holopherne scriptum est: sandalia rapuerunt oculos eius: ecce quam antiqua fuerint illa calciamenta. Sed magnum quiddam hic latet sacramentum. Calciamenta ex corio animantis confici solent, Christus autem nil in nobis mortale esse vult: quia melius hodie quam ad Mosem clamat. Solue calciamenta de pedibus tuis, terra in qua stas sancta est. Nempe ecclesia sancta in qua sumus charissimi ad eam sancta est, vt omnium charismatum donis sit plena. Soluamus calciamenta, excutiamus quicquid mortiferum aut lethale est: & quam primum peccata cuncta à nobis proiciamus. Ed tendit illud Apostoli: abiciamus opera tenebrara, & induamur arma lucis: id est virtutes, quæ maximis splendoribus nitent nanciscamur. Nec quicquam obstat nostræ assertioni: quod in lege sancitum est vt calciati Hebræi ederent agnum. Qui in Agypto adhuc est, morsus serpentis caueat oportet, qui autem minister est Christi, non est

Exod. 3.
Figura.

in festo sancti Luca.

234

est quod timeat, dicente domino: si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. vlti. Nempe vipera Paulum momordit in insula, quæ nihil nocimenti ei intulit. Unde homines stupefacti, iam vt Deum existimabant. Ecce dedi vobis potestatem calcandi, supra serpentes & scorpiones, ait saluator. Notandum quòd sanctus Matthæus addit: neque virgam portetis. Quid est virga, nisi præferendæ potestatis insigne? & vlciscendi instrumentum doloris? Humilis ergo dominus eos mittit sine virga, vt dum fidem seminarent non cogant quempiam, sed rogent. In veteri lege virga data est Mosi: tolle virgā in manu tua ait Deus: quoniam lex timoris erat, ob id neminem ad perfectum adduxit vnquā. Nostra lex immaculata conuertēs animas, virga non eget, eo quòd lex amoris est. Ad hæc virgam non portabant in via, quo fidelis vir, nulli creaturæ innitatur, nisi soli Christo, qui est verus Deus & homo. Confidis ait dominus, in baculo arundineo conquassato Agypti. Vt qui confidunt in diuitijs suis, in pulchritudine, in dignitate vel honore hominum. Baculus arundineus conquassatus hæc omnia sunt, vulnerans manum tenentis & in illo ina-

Marci.
A. Ct. 28.

Nota.

Declamatio

niter confidenus. O mirabilem virtutem paupertatis, quæ heare suos sectatores potest. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū cælorum, clamat pater pauperum Christus. Quam optime quidam dixit: paupertas est odibile bonum. Bona quidem paupertas est, quam saluator sic seruauit, & sic commendauit: verum tamen multi eam horrent, quia fere martyrij palmam secum affert, in hac vita: eam diligentibus. Mirabile dictū, primum fundamentum ad perfectionem charitatis uoluntaria paupertas est. S. Thom. 22. q. 186.

S. Aug. art. 3. Vnde diuus Augustinus in confelsio lib. 10. cōfessi. recum aliquid amat, quod propter te nō amat. Et ad Paulinum, corroborans eandē sententiam inquit. Terrena diliguntur arctius adepta, quam concupita. Vnde uideamus iuuenem illum tristem discessisse à Christo, non ob aliud nisi quia multas diuitias habebat. Quid pluribus op^o est? Aduentus Messia præcipuum signum erat ut pauperes euangelizarentur, quemadmodum saluator noster Baptistę discipulis respondit. Sed nunc qualiter discipuli se habeant in itinere uideamus.

Text. ¶ Neminem salutaueritis in uia, subnectit dominus.

in festo sancti Lucae.

235

dominus. Admirari non sufficio, qui præcepit inimicos diligere, & illis benefacere, pro eis que orare, is obuiantes ne salutemus mandat? Sanè hic otiosa uerba prohibet, ut potè familiaria uiatoribus. Alludit ad hoc illud Elisei ad suum discipulum. Vade & si occurrerit tibi uir, ne salutes eum, & si te salutauerit ne respōdeas ei. Hoc est, ne confabulatione transeuntium remoris ab officio, sed omni occasione remora, moras rumpe. Sciebat pijsimms dominus quod scriptum est. In multiloquio non de-erit peccatum. Et iterum. Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Quas ob res silenter itinerare illos admonet. Neque Christum Iesum latebat uanam esse hominis salutem. Iuxta illud. Da nobis auxilium de tribulatione, quia uana est salus hominis. Equidem salus illa uera est: quæ ab illo datur, qui omnium uiuentium uita est. Salus autem iustorū à domino, ait Dauid. Et hanc discipuli mirum in modum cunctis optabant, quamuis ore tacebant. Aut si uultis fratres, neminem in uia salutare, est illud, ante mortem ne laudes hominem. In bello adhuc sumus, quādiu uita comes est, nemo sibi blandiatur, aut securitatem sibi promittat, sed Paulum dicen-

4. re. 4.

Psal.

Psal. 33.

Eccle. 11

Iob. 7.

rem audiat. Qui stat, videat ne cadat. Cui sententiæ astipulatur sapiens. Beatus homo qui semper est pauidus. Non ne militia est vita hominis super terram teste Iob? Et alia translatio habet: probatio est vita hominis super terram. Si ergo in militia adhuc belligerantes cum hoste pugnamus, quis gloriam de victoria non adepta capere audebit? Prohibet saluator noster Iesus salutationem in via, in patria verò non ita. Vbi planè sedebit populus domini in pulchritudine pacis, & in requie opulenta, ceu Esaias vaticinatus est. Quid quod idem vates, de prædicatoribus differens, eos nubes volantes appellat? Imò quasi stupens interrogat: qui sunt ij, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas ascendunt? Appositissima comparatio quidem, quæ affabrè concionatores verbi Dei optimè depingit. Nubes è terra ascendunt, & radio solari in altum eleuatur, hac & illac pluuiam emittetes, & sine delectu terram irrigantes. Ad eundem modum Christi prædicatores qui nõ seipos prædicant sed Iesum, ij suapte natura homines sunt, sed charitate feruidi in æthera per contemplationem euehuntur. Rorantes corda hominum, rore verbi Dei, non accipientes per-

Nota.

sonas

sonas hominum. Scientes quod in Christo Iesu, nec est Scythia, neque barbarus; neque Iudæus. Vos fratres cauetis vinea reprobatis ne de vobis dici possit, quod de synagoga scriptum est: mandabo nubibus meis ne pluant super illam. O nimium infelices, super quos salutaris aqua nõ ceciderit, doctrinam euangelij dico, per quam vita spiritalis consistit. Alioqui quasi Sodoma essemus, & quasi Gomorra similes fuisset. *Esa. 60* Quid plura? Concionatores instar columbarum absque felle peccati, ad fenestras suas volitant: sua mansuetudine aduersa hilari fronte obeuntes, & orationis penna, se supra se subleuantes, in visceribus Christi Iesu requiescunt. Sequitur, in quacunque domum intraueritis dicite, pax huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur.

Text.

¶ Vbi salutationem prohibuit in via, vt non affectu humano in diuerticula inciderent, sed zelo magno accensi, vt scintillæ in arundinetis mundi huius discurrerent, & velut sancta quatuor animalia vbi erat impetus spiritus illuc gra-

Ezech. 1

Declamatio

git dominus, insinuans, quibus verbis salutare hospites debeant. Utinam omnes Christiani qui hoc nomine gaudent, post hoc dogma altius cordi suo figant, ut mundi amētis salutationes frustraneas statim respuant. Deosculor manus pedesque vulgo dicitur. Futilia verba in aera homines iactantes: erudimini orthodoxi, auscultate nunc fratres magistri vestri normam, quam in salutationibus vos exercere oportet: dicite, pax huic domui. Quid hoc est: nisi orate instanter pacem eis precantes? Nescitis charissimi quod in die iudicij, omnes rationem reddituri sunt de omni verbo otioso? Hoc sanctus Matthæus scripsit, ut nemiſe lateat, quam iustus, quaque iratus iudex Christus Iesus in nubibus cæli veniet. Si ita res habet: quorsum tot verba inania, alterutrum salutantes profertis? Orantes dicite, & totis medullis cordis precantes, pax huic domui. Omnia quidem pacem appetunt teste beato Augustino. li. 19. de ciuitate. c. 12. cui cōcinit sanctus Dionysius. de diu. no. c. 9. Hanc pacem modis omnibus optemus, & toto nisu inquiramus fratres, ut nuper meminimus, quo Deus pax sit nobiscum. Enim vero pax charitatis filia est, dicente Esaia. Opus iustitiæ pax.

Hinc

infesto sancti Luca.

237

Hinc sanctus Chrysoſtomus ait: bonorū omnium mater pax est, sine qua cetera inania sunt. Itaque iniqui concordiam ad malum habere quibunt, ut fures qui mutuo se se adiuuant: at pacem ad inuenire improbi nullatenus poterunt: eò quod pax aliquid excellens habet supra concordiam ut sanctus doctor luculenter probat. 22. q. 29. ar. 1. S. Tho. Erubescant nunc, & erubescences conuertantur hæretici qui pacis vincula rumpentes, dissi dijs & contentionibus vacāt. Dissipa o bone Iesu gentes quæ bella volunt. O vos miseros qui non solum Ecclesie Romanæ in heremana in qua olim nutriti estis bellum futicitare, vestro maximo malo conamini, sed inter vos oborta sunt prælia & iurgia quam plurima. Pulchrè de vobis Salomō dicit. Inter iniquos sepe sunt iurgia. Quæ ob rem Lutherani contra Caluinos, Caluini aduersus Anabaptistas, digladiari nõ cessant. Extat verbum vsque ad eò verax, o miseri cæcutientes, imò tenebras ægypti amantes: Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. Regnum vestrum regnū diaboli est, vos mēdaces & ille pater mendacij, id eò a Christo Iesu superatus, & foras proiectus, & in Tartarum est missus. Quod vos quotidie expectat, ut in eo pæ-

Gg 5 nas

Declamatio

nas detis commertitas. Sed de ijs in fine de
clamationis fufius dicemus , nos vnde di-
gressa est oratio redeamus.

¶ Fas quidem erat, vt pacem nuntiarent,
qui præcones Christi Iesu erant, nam ipse
est pax nostra qui fecit vtraque vnum: imò
ipso nato, & in Bethlehemitico diuerso-
rio posito, angeli nunciauerunt pacem pa-
storibus, dicetes: Natus est vobis hodie Sal-
uator, qui est Christus. Extemplo fa-
cta est multitudo militiæ caelestis exerci-
tus cantantium & dicentium: gloria in
in altissimis Deo, & in terra pax homi-
nibus bonæ voluntatis. Ad eundem mo-
dum prædicatores, pacem annuntient
oportet. Esai. 32. Quam pulchri sunt pe-
des euangelizantium pacem, euangelizan-
tium bona.

Textus. ¶ Si fuerit filius pacis. Filium pacis dicit
prædestinatum, qui euangelio non aduer-
satur, sed consentit. Qui verò contume-
liosus fuerit, pacis expers, sine dono pacis
sterilis & inanis manebit. Filius pacis,
dixit, more hebraico: sic filius mortis, &
filius nuptiarum, quis vocatur. Est filius pa-
cis ille, qui dignus pace est: aut vacans pa-
ci. Frustrum salurationis ostendit, eo quod
oratio semper utilis est: Ideò ad vos re-
uertetur.

in festo sancti Lucæ.

238

uertetur, si filius pacis defuerit. Vnde
Psalmistæ ait: Oratio mea in sinu meo
conuertetur. Quod perinde est ac si di-
cat: Saltem mihi precatio mea frugife-
ra erit. Vnde palam est, quare in via sa-
lutare obuiantes vetuit, in domo verò
iussit, è contrario fieri. Eo namque ten-
dit Christi mandatum, vt verba disci-
pulorum, ac perinde omnia verba no-
stra, fructuosa sint. Propterea nunc tan-
to studio salurationis eorum commodum
patet, & sequitur.

¶ In eadem domo manete, edentes & bi-
bentes quæ apud illos sunt: dignus est ope-
rarius mercede sua. **Textus.**

¶ Ecce qui sacculum & peram in via por-
tare prohibuit, iam sumptus & alimen-
ta, ex eadem prædicatione concedit. Et
quasi rationem huius ostendens dixit:
Dignus est operarius mercede sua. Ab-
sit vt prædicatoris euangelici condigna
merces sit cibus & potus, meraphora id
solum significat, quod ei debentur ad-
minicula vitæ necessaria: præcipua qui-
dem merces & stipendium ipse Deus
est. Vnde Saluator ait illis: Gaudete
& exultate, quoniam merces vestra co-
piosa est in cælis. Non in hac labili &
misera

Psalms.

Nota.

Textus.

Nota.

Mar. 5

Declamatio

misera vita, neq; in mensa opipara, & splē
 dida, sed in celo, vbi Deus ipse gloria san-
 ctorum suorum est, merces seruorū Chri-
 sti locatur. Huc etiam spectat illud. **Gen. 15**
 timere Abraham, ego protector tuus sum
 & merces tua magna nimis. A cupentur
 superbi gloriolam hominum, quam maxi-
 mopere affectant, nullum non mouentes
 lapidē, vt vel tantillū laudis venari queāt.
 nos verò pro minimo ducimus ab homini-
 bus iudicari, & in derisum ac improperiū
 haberi. Merces nostra Christus Iesus est,
 quique ad dexteram patris sedet in excel-
 sis, cui planè millia millium āgelorū asis-
 sūt, & decies cētena millium procliui genu mini-
 strāt, eius voluntatē & obediētiā adimplen-
 tes, **Quem** admodum Daniel testis est. Illi
 vt amentes Christi Iesu terribilem senten-
 tiam audiant, audientes & pertimescant,
 pertimescentes, etiam ingemiscant: **A me**
Osee. 9 dico vobis receperunt mercedem suam.
 Vani facti sunt & abominabiles sicut ea
 quæ dilexerunt, heu, Efraim pascit ventos
 gloriæ mundi huius. Hanc adepti pluris fe-
 cerunt hominum laudes quam Dei: nihil
 iam est supra, nisi in gehenna puniantur
 per secula, inmanissimas penas lucentes.
 Ad hæc, iubet Christus Dominus vt co-

ue

in festo sancti Lucae.

239

medant & bibant quæ apud hospites sunt,
 ne dum deliciora aut rudiora cibaria po-
 scunt, quoquo modo hospites grauent, aut
 scandalum, etsi paruum, illis inferant. **Di-**
cente Apostolo: Si scandalizauero fratres
 meos, carnes non manducabo in aternū.
 Verba nimirum altius expendenda, & pe-
 catori nostro figenda. Verum omnium ma-
 xime, fideles cauere debent, ne alios scan-
 dalizent vnquam, scientes illud Saluatoris
 nostri stupendum dictum: **Expedit scan-**
Mat. 19 dalizanti paruulum, vt suspendatur in col-
 lo eius mola asinaria, & demergatur in pro-
 fundū maris. Vñ mūdo à scandalis: mira-
 bile dictu, totius mundi Dominus ne scā-
Nota. dalizarentur homunculi tributum ab eo
 exigentes, Petro præcepit etiam cēsum du-
 plicem soluere: ne scandalizemus eos, va-
 de (inquit) & solve pro me, & pro te. O mi-
 randa Christi humilitas, o modis omni-
 bus expendenda charitas. Tributum per-
 soluit, cui omnes reges terræ parent, & an-
 geli trementes obtemperant. At qui ne for-
 te leuitatis argui possint, adiūgit cōfestim.
 ¶ Nolite transire de domo in domū: & in
Textus. quācunque ciuitatē intraueritis, & suscepe-
 rint vos, māducate quæ apponūtur vobis.
 ¶ Haud quaquam transitus à domo in do-

Gg ; mum al-

Declamatio

mum alterā, absque nota fieri poterat, eā ob rem prohibet ne vaga facilitate quis demigret. Non quidem fas est aliquam amicitie necessitudinem facile rumpamus. Religiosi vel maximè hoc dogma præ oculis mentis semper habeant oportet, ne propria voluntate de vno cœnobio in alterum transeat: obedientia sese dedāt in omnibus, si pacē cordis adinuenire cupiūt. Nolite fratres, nolite transire de domo in domum, nisi prælatus id iubeat. Mortui estis & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Etenim mortuus nisi moueatur ab alio, humi iacet & quiescit. Scitote charissimi astutiā satanę, qui aliquādo sese in angelum lucis trāsfigurare solet. Locus pacem non præstat sed humilitas cordis, affectuum mortificatio, obedientia perfecta. E paradiso qui locus erat amœnissimus, protoplasti exciderunt, versutiā diaboli mandatum Dei frangētes. E cœlo satanas corruit obedire nolens creatori. Vbi ergo locus tutus, vbi non sit tentatio, aut precipitium non immineat, vbi monasteriū tā felix in quo, dæmon versutus non tentet: caro fallax aduersus spiritum non pugnet: mundus pestilens, in monachum non inuehatur: Cesset cesset volūtas, clamat sanctus Bern-

Gene. 3

in festo sancti Lucę.

240

ctus Bernardus, & cessabit infernus. Dicite obsecro fratres mei, dicite cum beato Iob. In nidulo meo moriar. Beatum dixerim religiosum, qui eo perfectionis deuenit, vt quasi mortuum sese reputans, sic propriam ob Christi amorem spreuit voluntatem. Sic obedientie suauis iugo additus est, vt in eodem cœnobio totam vitam transigat, modo prælatus id ordinauerit. Contra quam multi monachi in quibus adhuc scintilla propriae voluntatis latitat agunt, dum prælatos suis precibus, aut secularium literis adoriuntur, quotānis domum mutātes, aut quouis anno, plura monasteria habitantes. Sapiens quidam ab Aristot. sique Christo dixit, & perbellè dixit: anima quiescendo fit sapiens. Sed iam Dominum per Prophetam clamantem audiamus: super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilē & quietū, & trementē verba mea? Quietū cor querit, qui beatorū pax & quies optima est: humilē lectū, inuenire cupit, qui a deo sese deiecit & humiliavit, vt obediret patri vsque ad mortē crucis. Seria sunt hæc omnia fratres, vos post hac, nolite transire de domo in domum, veluti suis discipulis Saluator noster præcepit. Sequitur in euangelio.

Aristo.

¶ Mandu

Textus. ¶ Manducate quæ apponuntur vobis. Rur-
sus eadem verba repetit, rem eandem, ve-
hementer cōmendans, sat erat semel id lo-
qui, sed vt tenacius hæreant verba memo-
riæ nostræ, quæ suapte natura labilis est,
alijs verbis eandem sententiam illis incul-
cat. Comedite quæ apud illos sunt, idē est
quod, manducate quæ apponuntur vobis:

Theo-philatus Quæ quidem, siue pauca, siue vilia fuerint,
Deo gratias agentes, hilariter edite. Filij
Heli perperam agentes in tabernaculo,
nō carnes coctas, sed crudas postulabant,
quod palato suo & ventri inferuient, vnde
infœlici morte plexi sunt corruentes in bel-
lo. Fames sedanda est in mensa, naturæ fra-
gilitas subleuanda in cibo, non cupiditas
satianda. Proh dolor quā multi hodie non
victitant vt viuant, sed contra idē viuūt,
vt instar belluarum gulæ pessimæ seruiāt.
Quos extre mis gemitibus deplorans A-
postolus ait: Qui terrena sapiunt, quorum
deus venter est. Quid obsecro fratres mei
infœlicius? aut vnquam execratius, quam
talem Deum habere, & ei obsequiū quo-
tidie exhibere. Videte ait Saluator, nobis
orthodoxis consiliū præbens, ne grauen-
tur corda vestra in crapula & ebrietate &
curis huius seculi. Et in Esaia. Vñ vobis
qui

qui mane surgitis ad sectandam ebrieta-
tem: & opus Domini non respicitis. Vos
verò dilectissimi, omnia hæc apud vos ex-
pendite, & A postolum auscultate. Non in
comestationibus & ebrietatibus: non in
cubilibus & in impudicijs: sed induimi-
ni Dominum Iesum Christum. Perinde
ac si dicat: Saluatoris nostri Iesu pietatem,
patientiam, & humilitatem, nec non eius
sobrietatem, tanquam ornamenta splen-
dida, sole ipso fulgentiora induite. Sequi-
tur in euangelio.

¶ Curate infirmos, quæ in illa ciuitate sunt
pietatis opera, vt exerceāt monet, agros **Textus.**
quosuis sanando, & eis misericordiam im-
pendendo. Nempe nullus est sensus, super
sensus salutis corporis, scriptum est: **E cel. 30**
sicut nihil est in hac vita dulcius, aut sua-
uius vita, sic salute corporis quouis auro
pretiosior est. Eam sane salutem quam nec
peritia medicorum, nec malagma agrotis
præstare poterat, abique medicamento di-
scipuli in nomine Iesu impertiebant. Eam
ob rem excitati homines, vehementer mi-
rabantur, maioremque fidem eorum ver-
bis præbebant. Quanto affectu quam in-
geni dilectione hanc incolumitatem gra-
tis exhibebant discipuli, verbis nullate-

Declamatio

nus dici potest. Quis infirmatur & ego nō infirmor saiebat vnusquisque eorum. Hoc vtique peculiare est charitati, vt aliorum labores seu proprios sentiat, eo quod charitas patiens & benigna est. Agite fratres su per omnia charitatem habere, quoniam vinculum est totius perfectionis. Infirmi- res aliorū in vobis sentite, potissimē si pau- per infirmatur, oleum & vinum exemplo Samaritani optimi infundite, eum eleemo- synis subleuādo. Hec charissimi, haud me- clam est, quam plurimos fore christianos, qui instar leuitæ improbi, & sacerdotis in- humani, tā sunt faxei pectoris, vt hominē fauciatum in via videntes, oculos claudāt, imò viscera sua obdurant, adamantis in- morē insensibiles facti. O diuites, alioqui pauperes in fide, vobis verbum hoc ex ore benedictō Christi Iesu profectum est, ad vos quotidie clamat: infirmos curate, non uerbo tenus sed operibus sanctis, hæc sunt miracula vobis iniūcta. Diuitias ne pluris faciatis quam fidem, quæ si absque operi- bus fuerit, mortua est, vt sanctus Iacobus, rectè admonet. Vah hæreticis nostræ tem- pestatis, qui fidem dant cælo, opera au- tem terræ. O insensati infœlices. Vbi est illud, vos amici mei estis si feceritis, quæ

Vide S. Basii. ho. 7. in diuites.

Ioannis.

ego

in festo sancti Lucae.

243

ego precipio vobis? Quorsum Saluator iuueni dixit: Si vis ad vitam ingredi ser- ua mandata: sed de ijs pauld inferius. Obseruandum hoc est, quod Dominus miracula patrare iussit, nam miracu- lum datum est in ornamentum illustrius verbi salutis: est velut sigillum regali- bus literis appensum, quo voluntas re- gis sit omnibus conspicua: ac perinde ce- litus datam doctrinam roborat atque con- firmat, vt abunde sanctus Thomas. 3. p. q. 43. arti. 1. egregie tractat. Quam ob rem, statim quæ nam dogmata prædicare illos oporteat, palam fecit.

Nota.

¶ Dicite appropinquabit in vos, regnum Dei. Grece habetur: appropinquauit in vos, regnum Dei. Textus.

¶ Materia prædicationis eis suppeditat, indicans hunc esse scopum totius euan- gelij: vt potè docere omnes, quod re- gnum Dei erat velut in ianuis Chri- sto Iesu nato. Creuerat ante hac vche- menter regnum diaboli, propter innu- mera hominū piacula: inualecebat idola- tria, & vbiq; terrarū idola vana colebātur: Quin & ipsi hebraei, qui vnum Deum ve- rum confitebantur, ad eò propensi erant

H h 2 in

Declamatio

Idola- in malum hoc, vt saepe numero idolis infer-
 trie pec- uirent. At vbi Saluator apparuit, & sacru-
 catum. euangelium propalatum est mundo, sata-
 nae regnum & peccati principatus, dilapsa
 atque profus collapsa sunt. Sarracenoru
 gentem aspiciate, totu orbem, vltro citroq;
 perlustrate fratres, & videbitis idola cun-
 cta subuersa, & comminuta. Crux Christi
 Iesu vbique rutilat, circumquaque fulgo-
 ribus miris splendet, & ex supplicio latro-
 num transiunt ad frontes imperatorum, vt
 perpulchre sanctus Augustinus testatur,
 & experimento exploratissimum est. Or-
 dinem & artificium verborum Christi pa-
 rumper obseruamus. Primo de patrandis
 miraculis potestatem dedit discipulis, in-
 firmos curate, inquit, subinde munus praed-
 icationis iniungit. Quorsum hac tendunt
 fratres? Nempe vt corda hominum allice-
 ret per prodigia virtute diuina facta, dein-
 de ad fidem doctrinae facile pellicerent.
 Sicut scriptu est: Coepit Iesus facere & do-
 cere. Ad eundem modum vos fratres, pri-
 mo opera bona facite, madata Dei opere
 adimplentes, & e vestigio, ad doctrinam
 accedite quo degustare illa possitis. Quip-
 psalm. pe quae velut regius Propheta ait, dulciora
 sunt

in festo sancti Lucae.

243

fant verba Dei super mel & fauam. Et ite-
 rum: In custodiendis illis retributio multa.
 Non ait post exhalatam animam, sed nuc
 in hac vita in adimplendis praecceptis Dei
 retributio multa nimis, dulcedo & suau-
 itas magna valde. Dicite appropinquabit
 in vos regnum Dei. In sacra pagina fratres
 multifarie regnum Dei accipitur: Nunc
 pro sancta Ecclesia, in qua rex noster Chri-
 stus regnat: ea propter saepe saepius in para-
 bolis, tum de vinea, tum de agricola sato-
 re, & in alijs id genus Ecclesia sposa Chri-
 sti Iesu regnum caelorum, siue regnu Dei
 iure optimo appellatur. Secundo regnum
 Dei gratia vocatur, per quam Deus in cor-
 de nostro regnat, & potetis animae prorsus
 dominatur. Tertio regnum Dei Saluator
 noster merito dicitur. Quam ob rem Spi-
 ritu sancto dictate pueri Hebraeorum, pal-
 marum ramos portantes canebant. Bene-
 dictus qui venit in nomine Domini, & be-
 nedictum regnu patris nostri David quod
 venit. Itaque Hebraei Mesiam veterum,
 regnu appellare non ab re solebat. Non infi-
 cior sententium eoru, qui in hoc loco regnu
 Dei gratia Dei dicunt, verumtamen german-
 ior sensus & litera consentanior apparet,
 vt de Christo Iesu dicamus regnum Dei

Nota.

Ioan. 12

Declamatio

appropinquabit, seu appropinquauit. Ipse breui ad modum præfecturus erat, & post discipulos venturus, quos ante se miserat. Atqui annotatione dignum est, quod non ait: Veniet regnū Dei in vestra, sed in vos. Non venit Iesus è cælo ad res nostras possidendas, non ad opes comparandas, neq; ad honores fugaces huius seculi veniendos, Quin omnia hæc spernens, humilitatem, opprobria, & paupertatē dilexit, & vltro amplexatus est. Hinc ad Pilatum dixit. Regnum meum, non est de hoc mundo. In nos venit rex, & regnum nostrum Christus, vt in cordibus nostris habitet: fide, & spe, & charitate in animabus habitare affectat, non dominatione terrena imperare desiderat. O mirabile verbum omnibus retroactis seculis non auditū, appropinquauit in vos regnum Dei, non regnum Græcorum, Romanorum ve, sed regnum sanctum, opulentum, & quauis diuitiarum copia abundans. Quid dicam charissimi de hoc ineffabili regno? Pro dignitate quiscquam sapientia præditus, eloquentia Tulliana elatus quantum qualeque hoc

Nota.

Ioan. 19

S. Chri.

regnum sit affari non poterit. Asequi illud totis mibus enitamus, peccati regno prostrato, & subinde dicere poterimus: viuo iā non

infesto sancti Lucæ.

244

non ego, viuit verò in me Christus. Ipse eripuit nos de potestate tenebrarū, & transtulit nos in regnum dilectionis: quin & ipsificavit nos Deo nostro regnum. Ad nos venit homofactus accipiamus eum, & hospitium in corde nro illi præbeamus. Raab olim Iosue in domo sua excipiens, necis pericula euasit, & familia eius à morte erepta est. Quanto magis verus Iesuah cuius figura ille gerebat, si fide firma, charitate sincera, spe indiuisa eum susceperimus, magnificè nos tot charismatum donis ditabit, & à morte perpetua sua virtute defendet? Ad nos venit inquam, vt nos traheret ad se. Oremus cum sponsa dicentes. Domine Iesu trahe nos post te, & curremus in odorem vnguentorum. Non iam somniculosi facti, non desides & oscitantes erimus, sed curremus ceruorum in morem, odorantes virtutes præclaras, misericordias innumeras, dona inenarrabilia, quibus nos, quæquam male meritos, honorare dignatus es.

A poc. 5

¶ Sed iam in hereticos nostri seculi, nostra Contra se conuertat oratio. Verum tanta est impudentia eorum, tâtaque audacia iniqua, vt eos, tanquam discipuli Iesu, audeant ore improbo, suis complicitibus prædicare:

H h 4 appro

appropinquabit in vos regnum Dei. Mirabilis quidem & horrenda eorum insania, regnū Dei ausu temerario polliceri audēt, & nihilominus diaboli regnū exhibent miseris qui eos sequuntur. Quid plura? Christi Iesu euangelium spurcissīma lingua se prædicare simulant, & certo certius antichristi venenata dogmata depromunt. Sed ut non nihil de eorum figmentis dicamus, illorum & latebrosas insidias aperiamus, summo numine suffragante, primo animaduertendum magnopere est, illud cunctis hæreticis semper fuisse visitatū, ut suā ecclesiam solam esse assererent, sibiq; duntaxat eam vendicarent, reliquos verò mortales, quos à suis erroribus alienos vident, à Christi corpore, quod Ecclesia est arcendos esse affirmant. Idque factum fuisse olim cū Apostoli inter homines versarentur, ex Tertulliani, & Irenæi literis perspicuum est. Nec non & Lactantius firmianus, ijs non multo posterior, singulos quoque hæreticorum cætus, se potissimū christianos, & suam esse catholicam ecclesiam contendisse scribit. li. 4. diuina. insti. cap. 30. Quia etiam gloriosus Cyprianus, in quadam epistola contra Nouatianum idē testatur. Nouatianus sciens vnum esse baptisima,

li. 5. contra Valentinum.

Lactantius.

ptissima, hoc vnum sibi vendicat, ut apud se ecclesiam dicat, & nos hæreticos faciat, inquit. Sanctus Hilarius de Arrianis, idem S. Hil. factitasse suo seculo profiteretur Episto. 40. Denique diuus Hieronymus, beatus Augustinus, in psalmum. 30. prophetas scripsisse ait de ecclesia Christi, futuros esse homines, qui etsi magnas controuersias mouerent contra Christum, maiores aduersus ecclesiam, & plures excitarent. Conantur quidem eam in conciliabula scindere, sanctumque illud corpus, cuius caput Christus est lacerare. Et sanctam concordiam, qua nihil gratius, nihilque amabilius est, dissipare moluntur. Sicque satanæ voluntati obtemperarent, errores fererent, & capitis sui somnia, vana commēta, longe, lateque seminarent. Sanctus Bernardus, de illis qui suo tempore apostolici summaluerunt dici quam Christiani cum alijs sanctis, quorum nunc meminimus sentit. Pari in errore versati sunt pauperes de Lugduno appellati, Husi? apud Bohemos, V-uicleffus anglus. Ij omnes à pietate aberrantes, suam ecclesiam solam sectandam fore conabantur. Imò nemo hæreticus antehac fuit, qui suum cœterum ecclesiam esse nō dixerit. Quam regalis propheta malignantiū ecclesiā

S. Aug.

Ser. 66.

Declamatio

Nota. ecclesiam meritò vocauit. Ac quamuis id semper factum sit ab omnibus hæreticis superiobus temporibus; nunquam maioribus copijs hoc aditatum est, quã nunc fit, ab ijs qui nostro, vt ita dicam infœlici tempore, ab ecclesiæ catholicæ castro se vtrò præciderunt, & bellum contra Christi spõsam, quæ eos ad vitam in Christo regenerauit, & in cœlestium sanctorum communionem asciuit susceperunt. Natus est nõ-

Lutherº stro seculo, serpens ille Lutherus, qui tot in Christi Iesu hæreditatem errores introduxit, vel eos potius, qui iam damnati vel sepulti erant suscitauit. Is more eorum qui congregant non sua, & fouent quæ non pepererunt, quod de perdice Ieremias scribit,

Iere. 17. quæ hæreticorum figura est, scholam mendaciorum aperuit, atque eos, quos in suas partes pellexit, veram Christi ecclesiam esse contendit. Sequuti sunt Zuiniglius & Carlstadius, & volentes sua nomina celebrare in terra, damnatum somnium Berengarij, è tenebris excitarunt.

Berēga- Calvinus homo gallus, cum à Luthe-
rij error. & alijs, quos nunc nominari diffideat,
Caluinº singulari supercilio, suis sectatoribus nomen ecclesiæ tribuit. Philippus Melancthon, & si plarisque in locis abhorreat à

Lu-

in festo sancti Lucæ.

246

Luthero, suos esse ecclesiam iactitat. Melancthon
Ioannes Brentius in articulo de iustificatione hominis Christiani, qui præcipuus
Bretius. est, nihil cum reliquis sectarum principibus ei commune est. Tamen non veretur, se & suorum conciliabula ecclesiam Christi nuncupare. Nec minori superbia & fastu, Mathias illyricus, Nicolaus gal-

Anaba-lus anabaptista, ceteros omnes abom-
ptistæ.nantur, quos secum non sentire vident. O

sceleratos homines, malitia vestra excæcauit vos, hæc Romana ecclesia vnica Christi sponsa est, iam diaboli astus & illius anfractus relinquitte. Hæc sola est quæ regnũ Dei prædicat. Huic sanctus Augustinus in

Cõtra e- omnibus paruit: hanc tãti fecit vt diceret, pisto. fũ-
euangelio non crederem, nisi ecclesia me
damen. doceret. Docet planè sacrum euangelium, c. 5.

quis cultus gratº Deo sit, quid Deus ab hominibus exigit, quæ præmia, pie sancteq; uentibus consistant in celo, quibus supplicijs flagitiosos afficiat. Mira res olim hæretici omnes, in Esau pessimo depicti apparuerunt. Ille Rebeccam contẽnens exterorum filias adoptauit sibi in vxores, ita ipsi Rebeccam matrem que eos genuit & peperit Christo, lacte sanctæ doctrinæ aluit, cibis cœlestibus sacramentorum enutrit, ingrati

Figura,
Gene.

ingrati pro nihilo habuerunt. Ideo exterorum filias, id est errores; à vera religione abhorrentes, eiq; planè repugnantes amplectuntur, & pijs ac salutaribus ecclesiæ decretis, atque sanctionibus nuntium remittunt. Hæ sunt alienigenæ à quarum cõnubio, suos prohibuit sanctus ille vir Esdras. Quid multa? hæ sunt alienigenæ, quæ Salomonem regum omnium sapientissimum à vero Dei cultu, ad simulachra colenda abduxerunt. Hæ cum extraneæ sint à Dei regno, Christi Iesu tamen se vxores esse fingunt. Nempe ecclesia Christi latere nõ potest, ait sanctus Augustinus, eò quòd in monte locata est, vt saluator admonuit. Quam ob rem, consultiissimum est beati Cypriani sententiam sectari, ne quod iactatur nomine Christiano, id statim tãquam à Christo profectum recipiatur. Contra donatist. lib. 4. c. 14. Cauemus, vt hortatur, eos qui vestem ouinam gerunt, intus verò sunt lupi. Vestis ouina ecclesiæ nomen est, vox euangelij & Christi: hanc pellem lupi crudèles heretici induere nõ verentur: ideo ram ferid dominus admonet cauendos, tãquam falsos prophetas. Egregiè doctor strenuus Augustinus ait, contra Donatistas. lib. 1. c. 4. Induunt lupos suos vestibus ouium, & dicunt.

dicunt. Ecce hic est Christus, ecce illic, & ab vniuersitate ciuitatis super montem cõstituta, ad particulas insidiarum suarum multos separant, & iugulatos absument. Christus veritas est, & per sacras predicatur scripturas, non in angulis non occultè, sed palam. In sole posuit tabernaculum suum, in manifesto collocauit ecclesiam suam. De Matt. 7. qua loquebatur dum dixit: non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Hec palam refacta & ostensa est per apostolos, quorum doctrina singulas qualque orbis oras peruagata est. In omnem terram (ait Dauid) Psal. 18. exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. An latere putant impij signum magnum illud quod apparuit in caelo? Sane mulier illa amicta sole, quippe quæ lunam sub pedibus habet, sancta ecclesia Romana est ad videndum clara, & splendore miro fulgida, ita vt lucis suæ radios, in omnia mundi climata diffundat. Ideo nemo est, nisi oculos mentis claudat, qui eam non videat: in cuius typo Ierosolima super montem sita est. Vnde psal. 66. fundamenta eius in montibus sanctis. In Ierosolima templum tantum erat, vbi sacrificia Deo offerebantur, & in hac ecclesia tantum salutaria sacramenta sunt, extra quæ Deus ritè

ritè non potest coli, extra cuius castra, nemi-
ni salus contingere potest. Atque vt paulò
altius rem eadem repetam. Noë arca quæ

Figura. Dei iussu fabricata est, Christi ecclesiæ spe
Gene. 8 ciem gelsit, in qua duntaxat, omnium vi-
uentium vita euasit, ita vt extra illam nihil
uiuere: nec abdita poterat esse, quin om-
nes ob suam magnitudinem eam videret.
Sic sancto Augustino teste, quicquid viuere
spirituali vita, in ecclesiâ est, & nihil esse po-
test extra ecclesiâ Romanam, quod mor-
te non plectatur æterna, nisi respiscat, &
pœnitentiam agat debitâ. Deniq; tam est
conspicua sacra ecclesiâ, vt vinea sit domi-
ni translata ex Ægypto mundi huius, exten-
dens palmites suos vsque ad mare, & pro-
pagines vsque ad flumen, vt regius psaltes
Psal. 79 prophetarat.

¶ Hæc cum ita se habeant, quid causâ est,
vt ecclesiâ quæras inter hæreticos & schis-
maticos, qui cõtempna sancti apostoli ad-
monitione, neque omnes idem sentiunt,
neque idem loquuntur: sed more eorū qui
Gene. 11 Babel rurrim construere moliebantur, ius-
to Dei iudicio confusi, sese non intelligūt.
Alius ait ego sum Caluini, alius Brentij,
alius Osiandri, alius Lutheri, & similibus
monstrorum potius, quam hominum ra-
tionis

tionis insigne habentium. Clamat aposto- I. Cor. 1.
lus, & dolore magno tactus clamat. Nun-
quid diuisus est Christus? Imo ita vnus
est, vt diuisionem pati nesciat. Vna est
vestis eius desuper contexta per totum,
quam nec carnifices ausi sunt diuidere. O
carnificibus illis longe sauiore, quam ob
rem ecclesiâ Christi dirumpere cona-
mini? Sanctus Bernardus hæreticos re-
darguens inquit. Ita ne lapidem de mon-
te abscissum sine manibus, montem fa-
ctum, & impletem totum mundum,
vestris creditis inclusum antris? Sermo.
66. super cantica. Tonat beatus Paulus e-
gre ferens hæreticorum dissidia. Nunquid
Deus est Deus dissensionis, ac non po-
tius Deus pacis? Quin & Deus tam ama-
tor vnitatis est, vt habitare faciat vnus
moris in domo quæ est ecclesiâ. Hæc co- Psal. 76.
lumna est & firmamentum veritatis, ideo
non alios pro suis agnoscit, nisi eos qui
eiusdem religionis & doctrinæ commu-
nitione copulantur. Eundem Deum Chri-
stum Iesum, eandem fidem, eadem sacra-
menta amplectuntur, & vni Christi in ter-
ris vicario Romano, maximoque pontifici
obediunt, vnitatemque seruant, quæ vincu-
lum est pacis. Non ergo circumferamur
omni

Declamatio

omni vento doctrinæ charissimæ, nec de-
 cet ut velut paruuli fluctuemus, sed verita-
 rem hanc, quam professi sumus in baptis-
 mo, mordicus teneamus: eamque tueri e-
 nitamur, pro virili nostra pugnantes vsque
 ad sanguinem, & ad mortem vsque. Mira-
 bile dictu ad hanc vsque diem versutus sa-
 tanas è monte præcipitare molitur mem-
 bra Christi, vbi non valuit Christum deij-
 cere. Hac omnia tibi dabo, ait mendax &
 pater mendacij, si cadens in terram adora-
 ueris me. Dabit diuitias perituras, liberta-
 tem miseram, delectaméta carnis foetidæ,
 et alia ijs similia, quæ pudet enumerare.
 Cauete amantissimi, serpentis venenosa si-
 bila, in hac sacra paradiso ecclesiæ repen-
 tis & sauiantis in nos. Mè in mentote, primos
 parentes elapsos, ac extorres fuisse, aspi-
 dis huus versutia. Nolite hîdem dare illius
 verbis, ne pereatis. Tota hæreticorum do-
 ctrina quos fructus profert? Verum nihil
 docet, nisi rixas, contentiones, sectas, quæ
 omnia teste Paulo, manifesta sunt opera
 carnis. Proh dolor, milites alioqui imma-
 nissimi, corpus Christi Iesu in cruce, et si
 flagellarum, tamen integrum reliquerunt:
 hæretici crudeliter facti, corpus Christi
 mysticum disperdere, ac dilacerare con-
 tendunt.

Matt. 4

Gene. 3.

in festo sancti Lucæ.

249

rendunt. Quid denique aliud hærescon au-
 ctiores moluntur, quam ut fideles in eccle-
 sia quæ terra viuentium est, labij vnus nõ
 sint, & ne vnum omnes sentiant? Quas ob-
 res, alto Dei consilio actum est, ut oratio
 illa multis retro seculis afflatu Dei ordina-
 ta, suum sortita sit effectum. Præcipita do-
 mine & diuide linguas eorum. Non vnã
 tuentur doctrinam, sed tot sententiæ eis
 sunt quot capita: tot fides quot voluntates:
 tot causæ blasphemiarũ, quot vitia. Hinc
 perspicuum est, permissu Dei accidisse, ut
 diuisæ sint linguæ eorum, ita ut inter eos
 controuersia magna oborta sit. Quod ma-
 ximè doctõr Tertulianus adnotat.

¶ At sanctus Hilarius. lib. 7. de Trinitate.
 Illud Osee adducit, diuisum est cor eorũ,
 ideo interibunt. Interisse iam pridem po-
 tuissent, nisi quorundam principum am-
 bitio, & auaritia id impedirent. Eodẽ per-
 tinet vox illa sancti Augustini, in Psal. 30.
 conci. 3. Contradicunt linguæ multæ: diuer-
 sæ hereses, diuersa schismata personat, lin-
 guæ multæ contradicunt veraci doctrinæ.

Tu fuge ad tabernaculum, ad ecclesiam
 Christi, si vis protegi à contradicitione lin-
 guarum. Vides quo cõsilio te oporteat uti,
 quod tibi dat vir sanctus & doctrina excel-

Gene. 11

Psal. 54

Osee. 10

Et super
 Ioã. tra-
 3. in epist.
 Ioannis.

Iens. Atqui, si rem diligenter expédamus, nullò vnquã tẽpore plures linguã religioni verẽ repugnarũt, quã in nostra exulcerata ætate: verũ plusq̃. 30. sectas & hereses, longo à se interuallo disinctas ac dissidentes, hoc tẽpore, vel ortas vel renatas adinuenies. Sed pro dolor, videre est infinitã hominum multitudinẽ, qui deserto veritatis itinere, & relicto catholicã ecclesiã tabernaculo rutissimo, se eis in disciplinã prauã dedant, & dicãt: illud Osee absq; verecũdia dicentes. Ibo post amatores meos qui dant mihi panes meos, & aquam meã, vestes meas, & linteamina mea, & vniuersa quę volo. Vides vnde hæresis oboriatur plebs carnalis, quę in Dei charitate fundata nõ est, hæc dicit. Ibo post amatores meos. Sanctus Aug. lib. 3. contra Donatistas ser. 54. c. 19. Idem doctor explicãs Abrahamæ sacrificium, in quo Dei summi præcepto, aues non diuisit, sed animalia, sic ait. Spirituales in ecclesia non diuidũtur, sed carnales. Mirares, ij alitriusmodi diuisi ponuntur, quia contra se hæretici pugnant, contra se luxuriosi & amatores mundi, scandala & schismata habere nõ desinunt. Aues autẽ id est fideles & spirituales, haud quaquã diuidũtur, imo est illis cor vnum, & anima vna in Deo,

Cap. 2.

S. Aug. ser. 54. de tpe.

Nota.

Deo, vnum velle & vnum nolle. Similes inquã sunt turturi & colũbæ, in turture castitas, in colũba simplicitas notatur. Omnes orthodoxi & casti sunt, candida corda habentes, & columbinam simplicitatem possident, & cum psalmista quotidie clamant. Quis dabit mihi pẽnas sicut colũbæ, & volabo & requiescã. Et iterũ: passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. Planẽ vt carnales grauius cõpedibus vitiorũ in mundo premuntur, sic spirituales viri diuersarum virtutum pennis in altum eleuantur. Et duabus alis, duobus charitatis præceptis, diligendo Deum, & proximum, in cælum eriguntur, cum Apostolo dicentes. Conuersatio nostra, in cælis est: vnde & saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum. Ecce quare aues non diuiduntur, quin & cum Paulo spirituales aiunt. Quis nos separabit à charitate quę est in Christo? an tribulatio? an angustia? an persecutio? Spirituales nec tormẽtis separantur à Christo, carnales interdũ otiosis fabulis separantur. Illos non separat gladius, istos carnalis affectus, spirituales nec dura frangunt, carnales etiam blanda vincunt, atq; corrumpunt. En fratres quinã sunt, qui hodie

Psal. 54

Psal. 83.

Phili. 3.

Declamatio

ab ecclesia catholica separantur, & quas ob leues causas, ab eius obedientia deficiunt. Ij se totos voluptatibus addicunt, & mancipia sui ventris sunt, quos optime sub indicat sapiens. Venite fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso, & vnguents nos repleamus, & non prætereant nos flos temporis: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Hæc impij hæretici dicunt perfricatofronte, nam hæresis inter opera carnis, ab apostolo numeratur. Horum princeps magna ex parte fuit Lutherus, qui si paulò arctius quam ecclesia, ieiunia & vota instituisset, paucos reperisset sectatores vanitatis suæ. Vbi est illud Pauli: si secundum carnem vixeritis moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Siquidem ad hæreses & profanas nouitates ij currunt, qui suas voluptates expleant. S. Hier. ad eust. re cupiunt. S. Hier. ad eusto.

¶ Nouitates charissimi vt venenum fugite, patrum testimonia tenacius conseruate, dicente domino. Interroga patrem tuum Deut. 32 & dicet tibi, maiores tuos & nunciabunt tibi. Et illud ne te prætereant narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis, quoniam

in festo sancti Lucae.

251

quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum. Expendite cuncta fratres, ne nouitatis amatores sitis. Nempe hæretici ad nihil vacant, nisi vt audiant aliquid nouum, aut dicant, quod de Atheniensibus Lucas refert, eos leuitatis arguens. Imo illis maximè conuenit, quod Plato scribit de quodam sacerdote Intimæo Ægypti, qui sic locutus est ad Solonem. O Solon Solon, vos græci semper estis pueri, nullâ penitus in animis per veterem auditionem antiquam habentes opinionem. Verum hæretici authorem veteranum nõ dabunt, non apostolum non doctorem sanctum consulunt, sed sua somnia sectantur. Vt quam bene sanctus. Ber. notat. sermo. 66. super. cantu, Manichæi, manem habuerunt hæresiarcham, Sabelliani Sabellium, Arriani Arrium, Nestoriani Nestorium, Eunominiani Eunomium. Sic omnes pestes singulæ, singulos prauos magistros habuerunt: hæc sanctus Bernardus de antiquis hæreticis refert.

¶ Sed iam quas ob causas hæreses pullularint, vel cursim videamus. Prior illa est quod vident suis voluptatibus eos applaudere, qui quidem mos hæreticis peculiaris semper fuit. Talis etiam fuit fallacis carnis

Act. 17.

Hæresis archæ.

Causæ errorũ.

Declamatio

genius, vt quę sibi placent sequatur; & māgnopere amplectetur. Ij nempe sunt quorū meminimus supra, quos Esaias describit quam optime. Loquimini nobis placentia, aiunt, nolite videre, nolite aspicere quę nobis recta sunt. Videte nobis errores, auferre à nobis viam, declinate à nobis semitā, cesser à facie nostra sanctus Israel. O stulti, & ab omni virtute alieni, quę recta & iusta sunt audire horretis? Sanctum Israel

S. Hier. Christum Iesum abominamini? Promittite nobis regna cęlorū, post luxurias nostras pandatur nobis paradifus. Taliter Lutherus improbus scribere audet, si scortator es, si auarus aut quibusuis peccatis pollutus, tantum crede & saluus eris: non est quod perhorrescas, minas legis, Christus iam omnia impleuit. O stultissime, quid ais? Vbi est illud, nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis? Pœnitere, de antea actis malis dolere est, & vitam in melius mutare. Nonne apostolus ait. Expoliantes veterem hominem & induentes nouum. Et iterum: abiiciamus opera tenebrarum, id est peccata, & induamur arma lucis; sic vt in die honeste ambulemus. Ergo nō fat erit credere, nisi credendo, pœnitentię fructus agamus.

¶ Altera

in festo sancti Lucę.

252

¶ Altera causa, qua adducuntur permulti, vt ecclesiam sanctā relinquāt, ea est, quod quidam in ecclesia administrant qui minus honeste viuunt. Sed horum quam stultū Vide. S. ta sit & deploranda cogitatio, saluator vo- Aug. ho. bis respondit. Quę dicunt vobis facite, se- 50. cundum opera eorum nolite facere. O ab- Mat. 13. surdi & p̄p̄steri, ma uultis vestrorū p̄p̄positorum vestigia mala sequi, quā Christi hoc mādatum seruare? Quid mea, si iter faciēs militaria video quę viam docēt, quāuis illa nō ambulēt? ait sanctus Augustin⁹: atqui etsi nō vides quē imitari possis, quod impossibile est, audi beatum Ioānem. Qui dicit, se in Christo manere, debet ambulare sicut ipse ambulauit. Ecce habes, quę se quaris, habes insuper apostolos, martyres, quā plurimos doctores s̄c̄titate & vita polentes. Diuū Hieronymū, S. Ambrosium, facerrimū Augustinū, & magnū Gregoriū. Quorū quisq; vt alter apostolus Paulus cla Philip. 3. mat, imitatores mei estote sicut & ego christi. O literis aureis exprimēda sentētia, & seculorū oīm memorię cōmēdāda: qd plura? Etsi rectores ecclesię male viuāt, cis parē dū est: nō ignoram⁹ filios Heli p̄ditos esse, & p̄perā egisse, quare popul⁹ regē petijt, id q; suo malo. Ideo De⁹ ait ad Heli. Nō spre li 4 uerunt

Vide. S. uerunt te, sed me, Excitauit eis Saul regem
 Cypr. li. qui iniuriis grauibus eos affligeret, eosque
 2. episto. modis omnibus premeret, vt sic contem-
 epist. 9, ptus sacerdos de superbo populo vltione
 diuina vindicaretur, Videtis dilectissimi
 quam graui supplicio Deus afficiat rebel-
 les, & inobedientes suis praelatis. Aliud
 exemplum non planè contemnendum au-
 dite. Roboam filius Salomonis acerbum
 dedit respòsum populo: pater meus inquit,
 cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos
 scorpionibus. Eam ob rem decè tribus Ie-
 3. Re. 12, roboam pessimum, sequutè sunt. Sed audi
 vindictam Dei qui regi suo quamuis ma-
 lo, parere noluerunt, ij Dei cultum, & fidè
 amiserunt, & idola coluerunt. An non in-
 telligitis, quã seuerè puniat Deus eos qui
 ministris nõ obediunt quantũuis mali sint?
 Mirãda res, saluator Iudã iniquũ tolerauit,
 in sua mensã, & tu praelatum peccatorem
 non sustinebis? Plus dicam: Christus Iesus
 sententiæ & iudicio Annæ & Caiphæ o-
 bediuit, & tu vermis & cinis superbis, no-
 lens obtemperare malis prepositis? verum
 enim verò non possum nõ admirari, Chri-
 stus Iesus Pilato etiam ethnico obedi-
 entiam præstitit, quo nobis exemplum relin-
 queret, nedũ bonis sed etiã improbis recto-
 ribus

Nota.

ribus obaudire. Deterreant iam nos ver-
 ba illa tremenda, qui sacerdotis noluerit
 obedire imperio morte moriatur. Quis Deut. 17
 sanæ mentis post hac non expauescat: quis
 animo non cõsterneretur? Atqui si alter Pau-
 lus sis, sacerdotem venerare: ille quidem
 sacerdotem impium veneratus est, & se
 nescire sacerdotem esse, dixit quando pa-
 rietem dealbatũ appellauit. Sanctus mar-
 tyr Ignatius, & beatus Cyprianus explicã-
 tes illud mirabile Christi dogma: qui vos
 Luc. 10
 spernit, me spernit: & qui vos audit, me au-
 dit. Mirificè admonent, ne episcopum iu-
 dicemus: sed per omnia ei obediamus: ter-
 ribile est illi contradicere. Huc attinet,
 quod luculenter Origenes ait: Iesus Dei
 Ho. 2. in
 Lucam.
 filius subijcitur Mariæ & Ioseph, & ego
 non subijciar episcopo qui mihi à Deo de-
 putatus est pater? Non subijciar preposi-
 to, qui mihi Dei dignatione prepositus est?
 Alia causa qua mori plerique errores se-
 quantur est ambitio. Videt inter hereticos
 multum valere, quos in fide catholica, vt
 despecti habebantur: contra quos Prophe-
 ta ait, Elegi abiectum esse in domo Dei
 Psalm.
 mei magis quam habitare in tabernacu-
 lis peccatorum. Ad hæc quam plurimos
 germanos satis allexit perpolitã verba hæ-

Declamatio

reticorum, ita ut pro celestibus oraculis habeant quæ dicuntur. Quod maxime puerorum est. Hos rerundit Apostolus. Non est regnum Dei in sermone sed in virtute. Er rursus. Nō in persuasibilibus humana sciētiæ verbis sed in ostensione spiritus. At qui animalis homo nō percipit ea quæ sunt spiritus. Denique, in hæreses dilabuntur quæ plurimi, quia doctorum doctrinam, & sacre scripturæ expositionem eorum relinquunt. Ided scripturas ad suum detorquet sensum, ac melle venenum temperant, veluti asserit sanctus Hieronymus. Hoc venenum non quodcumque sed aspidum vocat regalis Propheta Psalmus 13. Venenū aspidum sub labijs eorum.

Episto.
ad Tephontē.

¶ Sed ut finem imponam, potissimam causam discedēdi ab ecclesia sancta, eorum ambitio prava & cupiditas est: quippe quæ, (ut verbis Apostoli utar) radix omnium malorum est. Et iterum, Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes, & in laqueum diaboli. Quo proculdubio, omnes hæretici irreriti sunt. Astipulatur nostræ assertioni, quoddam de Nouato beatus Cyprianus narrat. Verum superbia tactus, episcopatum vehementer optans, videns quoddam sui voti compos non efficeretur, nemine prouid

S. Cypri.

in festo sancti Lucæ.

254.

prouidete se episcopum creauit, & ab Ecclesiæ cōsensu desciuit. Li. i. episto. epif. 6. Arrius videns, imò inuidens alexandro suæ urbis episcopo, nouum de Christi Iesu essentia errorem com mentus est, ut sanctus Epiphanius docet. Vnicléffus qui non multo ab hinc seculis bellum in Ecclesiā mouit, non valens episcopatum vigorensem consequi, Marcionis & manichæi errores amplexus & nouos ipse fabricauit. Eodem morbo Hufsius laborauit: Lutherus ambitionis morbo fuit accensus. Iā de alijs, qui nostro seculo ab ecclesia discesserūt, quid opus est dicere? diaboli superbia turgidi, arrogantia iniqua inflati, noua voce se episcopos vocant, sibi ipsis sumentes honorē, & nō vocati tanquā Aaron. Hos oēs deplorat Apostolus, inimicos crucis eos vocans, qui terrena tantum sapiunt, ignorantes cælestia quæ verè sunt bona, non fugacia sed æterna. Nempe si vitā illorū expendas epicureos, non christianos dixeris iure optimo. Quid de eorum libidine dicam? Contra fas vxores ducunt, etiam meretrices, quoddam veteris & noui testamenti oracula vetant. Leui. 21 & Ezechie. 44. At vana philosophia eos decipit, ne fidei suauitugo colla submittant. Amor sui Babylonem

Arrius
procax.

Hufsius

Philip. 3

S. Aug. bylonem ciuitatē adificauit, idēd ciuitatē
 li. 14. de m Ierusalem quæ est Ecclesia, odio habēt
 ciui. c. 13. ¶ Sat sit fratres mei scire, quod A postolus
 2. Tim. 3 admonet: Nunc tempora periculosa in-
 stant, & sunt homines se ipsos amantes, cu-
 pidi, elati blasphemi, parentibus non obe-
 diētes, ingrati, scelesti, sine affectione sine
 pace, criminatores, incontinentes, immi-
 tes, sine benignitate, proditores, proterui,
 tumidi, cæci, & voluptatum amatores ma-
 gis quam Dei: habentes speciem quidem
 pietatis, virtutem autem eius abnegantes.
 O terribilem, & monstrosam imaginem
 hæreticorum, vel potius diaboli; quā hęc
 graphicē delineatus est: Cōpendio omnes
 hæreses A postolus tetigit, omnesque hære-
 ticos depinxit, & illorum exemplar ob o-
 culos nostros posuit. Quod videntes fugia-
 mus eorum astus, technas & versutias cun-
 ctas. Amatores sui sunt non Christi Iesu,
 cupidi & elati, superciliosi, atque tumidi,
 humilitatis expertes, blasphemi, & in cælū
 ponentes os suum. Inobedientes matri suę
 Ecclesię, ingrati, ita vt querimoniam con-
 tra eos ipsa faciat. Filij matris meę pugna-
 uerunt contra me. Filij fuerunt sanctę ma-
 tris Ecclesię, sed ingrati & rebelles, hære-
 des Absalon pessimi, qui in patrem suum
 Dauid

Canti. 1

Dauid benemeritum, bellum mouere, nō
 erubuerunt. Sine pace sunt, iurgia semper
 excitantes, incontinentes, qui instar bellua-
 rum prauis suis desiderijs seruiunt, proter-
 ui & cæci, atque duces cæcorum, quod lon-
 gē sceleratius est. Habent denique speciē
 pietatis, sanctimoniam præ se ferentes, vir-
 tutem eius negant, similes sepulchris deal-
 batis effecti, quæ foris deaurata, pulchra
 apparent, intus autem plena sunt vermi-
 bus, & quauis spurcitiā. Ecce quales sunt
 qui se discipulos Christi fingunt, quiq; præ-
 dicare audent: Appropinquabit in vos
 regnum Dei. Vos charissimi fugite eos pro-
 vestra virili: mēdaces sunt, & filij diaboli,
 dicetes se sapiētes stulti facti sūt. Rectē di-
 xit sapiēs: Vbi humilitas, ibi sapiētia: vbi
 tumor & inflatio, ibi stultitia. Sponsa vni-
 cē dilecta à Christo hæc nostra Ecclesia
 Romana est, vbi septem candelabra au-
 rea lucēt, hoc est septem sacramenta, in-
 ter quæ deābulat Christus Iesus, imō per
 illa, nobis impartitur suam gratiam: in hac
 clauēs & potestas est, ligandi atque soluen-
 di, citra quam non est remissio peccatorū.
 Illi erant nescientes scripturas, quemad-
 modum Saluator expressit, nobis verō da-
 tum est nosse mysterium regni Dei, cæte-
 ris au-

S. Aug.
 li. 4. con-
 tra Do-
 na. cap. 1

Annotationes appendices

ris autem in parabolis, & anigmatibus: quos videntes non videant, & audientes non intelligant. Præsumptio oculos eorum obturavit, ut de Faustulo Manichæo sanctus Augustinus asserit. Libro 16. contra Faustulum. cap. 14. Eam ob rem Christi vestigia, & Romanæ Ecclesiæ obedientiam amplectentes mandata Dei impleamus, operam dantes, ut feruentes spiritu Deo seruiamus: proximos ut nos ipsos diligamus: expectantes beatam spem, & aduentum magni Dei. Cui sit gloria & honor, in secula, Amen.

¶ Summa Euangelij

¶ Summatim aliqua ex euangelio libuit referre, quæ velut annotationes eius habeantur. Sunt planè nonnulla ex hac declamatione desumpta, quamuis quædam sese denuo obtulerunt, ut statim patefcet.

Adnot.
prima.

¶ Saluator noster Iesus veritatis magister, imò ipsa veritas, primò docet in hoc euangelio, quam sit magna eius benignitas in nos. Eam ob rem, non modo duodecim delegit Apostolos, qui sacrum euangelium prædicarent, sed 70. discipulos designauit, ut

in festo sancti Lucae

256

uit, ut in Græco textu habetur. Vel ut nostra editio vulgaris asserit. 72. Hos misit ante se, regnum Dei annuntiantes, quod breui admodum erat venturum. Non iam terram promittit manantem lacte & melle, veluti quondam populo suo pollicitus est, sed longè excellentius donum offert nobis, regnum Dei ob oculos ponens. Si tamen piacula dimitramus & pœnitentiam, ut par est agamus: ipsi Iesum, in hospitium cordis nostri excipiamus.

¶ Secundò admonet binos eos mittens, quantum fraternitatem diligit, & quantopere disidia abhorreat, quæ satanas inter orthodoxos excitare nititur, nullam non mouens machinam, quo vnitatem dirampat. In hoc agnoscent omnes quod di Ioan. 13
scipuli mei estis, si dilectionem inuicem habueritis. Quid plura? Insigne mirabile indicat, quo eius discipuli agnoscantur, non in patrandis miraculis, non in vigilijs plurimis aut ieiunijs creberrimis, sed in mutua dilectione, sodales Christi Iesu agnoscentur.

¶ Tertio insinuat, magnam fore messem, ingentemque numerum eorum qui credituri sunt, in Christum dominum. Atque parata

Annotationes appendices

rata corda hominum, ut semen verbi Dei accipiant, quod non vulgare gaudium nobis adfert. Hos Deus optimus elegit ante mundi constitutionem, ut essent sancti & immaculati, veluti A postolus Paulus asserit. Illos præsciuit ac prædestinavit, ut suo tempore vocaret ad sui cognitionem & amorem. Atqui prædestinatio non subtrahit causas secundas, sed ordo causarum secundarum subijcitur providentiæ, hoc tractat. S. Thom. 1. p. q. 23. ar. 8. & in 4. d. 40. Causæ secundæ vocantur, liberum arbitrium, orationes, & alia opera bona id genus. Sed proh dolor, etsi messis multa sit, operarij quidem sunt pauci. Prædicatores & pastores operarios vocat. Quippe qui doctrina immaculata, vita candida, corda torpentia, & perituris rebus addicta. ad poenitentiam alliciant, & ad Christum trahant. Iuxta illud. Loquimini ad Ierusalem, & aduocate eam. Verum quia prædestinatio iuuatur precibus, ut sanctus Augustinus asserit. li. de prædesti. suadet ut oramus Dominum messis, quo ipse operarios mittat in messem suam. Hæc sanctus Thomas vbi supra. ar. 8. eodem pertinet

Esa. 40

1. Cor. 3

illud Pauli. Dei enim adiutores sumus. Vbi nota, quod prædestinatio, quo ad suum effectum

in festo sancti Lucae.

257

effectum potest iuuari per creaturas, non autem impediri.

¶ Quarto euangelium iudicat, qualis sit vita Christiana, nempe aduersitatibus obnoxia. Ideo agnos appellat suos Christus, quos inter lupos mittit. Quo sua mansuetudine feritatem eorum deuincant, ita ut elupis imitabilissimis agni ipsi fiant. Idque agnus Dei Christus Iesus, in Saulo de populatore Ecclesiæ operatus est. Vbi exploratissimum hebeamus oportet, vitam nostram circumquaque hostibus esse vallatam. Verum tamen, Christus rex noster est adeo fidelis, ut non patiatur quemquam tentari, ultra id quod potest. Sed faciet cum temptatione prouentum. Quis animo conseruatus erit post hæc? Qui omnipotens est clamat: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Perinde ac si dicat, Quod olim Abraham dixit: Ego protector tuus sum, & merces magna nimis: ac si Deus est pro nobis quis contra nos?

¶ Quinto in hoc euangelio Dominus suos alumnos instituit, docens quam expeditos, quamque pauperes Spiritu eos velit. Ita ut nec peram nec calciamenta duplicia in via portent: dicantque cum regali Propheta. Dominus regit me, & nihil mihi

Psalms.

KK hi de-

hi decrit. Neq; remoretur inanib⁹ verbis, aut salutatioib⁹ superfluis præpediti, quin vt scintillæ in arundineto huius mundi discurrant, & velut sancta animalia, vbi fuerit imperus spiritus, illuc gradiantur.

Ezc. i

6. ¶ Sexto præsens euangelium erudit nos, quam sit Saluator pacis amator, qui princeps pacis ab Esaia vocatur. Quam ob re præcipit vt discipuli, salutationis loco addeutes ciuitatem, seu domum quampiã precantes dicant pax huic domui. Taxat nunc verba frustraneã quibus hodie nõnulli vruntur, qui longe sanctius & vtilius, hac precatione vti deberent.

7. Septimò materiam prædicandi eis suppeditat dicens. dicite, appropinquabit in vos regnum Dei: vbi sese regnum Dei vocat. Idque mirabile est, quod Christus rex nõster sit & regnum: Ipse regnat in nobis per fidem, spem, & charitatem: & ipse regnũ est, salus & beatitudo nostra. Alioquin nõ diceret seruo suo Abrahæ: Ego merces magna tua nimis. Alludit ad hoc, illud Dauidicum: Deus cordis mei pars mea Deus in æternum.

8. ¶ Octauò hortatur nos Saluator noster in hoc euangelio, quam sit ingens stipendiũ nobis orthodoxis paratum, modo manda-

ta eius

ta eius seruemus. Non vtrique vt hebrais terrã lacte & melle manans, nobis promittitur, sed regnum Dei, quo illustrius, prærius, atque falcius, miselle potest. Hoc regnum ditissimum, neutrinqũ hæretici prædicare queunt, eo quod in diaboli regno ipsi degunt. Neque ipsi à Christo mittuntur, sed ab ad antichristo, cuius seipso Propheræ sunt. De quibus querimoniam Deus faciens ait. Ipsi curbebant, & ego nõ mittebã eos. Falso igitur, & ore reprobo a iũr, vestigia eorũ sequẽtib⁹. Appropinqua bit in vos regnum Dei. Quin & Dominus ynicuique eorum interminatus est di cens. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Si videras furem currebas cũ eo, & cũ adulteris portionẽ tuã ponebas arguã te & statuã coram facie tua. Hos vt serpẽtes venenatos caueamus: nam procul dubiò sermo eorũ vt cancer serpit, quem admodum beatus Apostolus egregiè admonet. Imò cũ hæretico cibũ nullatenus sumamus: vt idẽ electionis vas salubriter nos hortatur. Nempe tali pœna plectendi sunt, qui seletum procaciter, tamque functè, ab vnitate huius sponsæ Christi Iesu desciscunt. Quos (ni fallor) graphicè nobis Spiritus

Psalms

Figura

Appendices annotationes

sanctus depinxit, quando beato Ioanni ob-
 verbum Dei legato, mirabile illam vi-
 sionem vehementer & stupendam, Deus
 optimus ostendit. Et vidit res Spiritus im-
 mundos exire (inquit) de ore draconis, &
 seipdopropheta, in modum ranarum. Mi-
 ra res, draco fuscus satanas, & seipdop-
 Propheta haretici, sua callida doctrina
 omni spurcitia plena, se accingunt, atque
 importune cum magna solertia, corporis
 blandis voluptatibus, quibus facile homi-
 nes inescari solent, semper impetum fa-
 ciunt. Tres spiritus immundi exeunt ex ore
 improbo draconis: & seipdopropheta
 Antichristi, cuius praecursores haretici om-
 nes sunt. Nam hoc unanimiter inoliuntur,
 & pro sua virili conantur, ut fide Chri-
 sti Iesu e cordibus orthodoxorum euellat,
 cuius prima basis est, articulus sanctissimae
 trinitatis: immundi spiritus sunt, eo quod
 immunditia execranda, & carnis lenoci-
 nijs machinatis, uti aptissimo ipsis armo-
 rum genere, fideles omnes prosternere a-

Haretici doriuntur. Ceterum instar ranarum egre-
 ci veluti diebantur: quippe quae importune garri-
 ranæ obtes infestae valde sunt, vehementem &
 ganiunt. multiuocem confuse emittentes. At qui, ut
 ranæ in paludibus & locis cœnosis gene-
 rantur

Apo. 16

Nota.

in festo sancti Luca.

259

rantur & nutriuntur, perinde haretici pes-
 simis oblectamentis vacantes perperam a-
 gunt. Ec quid ram imbellis ad pugnandum
 ut rana? Planè tam daemone quam haretici-
 eus inermes sunt, ita ut si fides charitate
 fulta adsit, nihil nocere valeant. Timea-
 mus verumtamen nos, nec quisquam sibi
 blandiatur, quod fidelis sit, quin cum tre-
 more & timore nostram optremur salu-
 rem, quoniam ij miseri nimium & infol-
 lices, aliquando fideles fuere, & in messe
 Domini computabantur. Horrens hæc
 dico.

TRACTATUS SV
 PER CANTICVM DEI-
 PARAE VIRGINIS FRA-
 TRE Alfonso Oroasco Augu-
 stiniano auctore.

PROLOGVS.



VANQVAM nonnul-
 lam partem cantici gloriosae vir-
 ginis Mariae, in declamatione
 quinta succincto sermone ex-

KK 3 plica-

plicauimus, candide lector, vbi Domino
 opitulante hasce nouem declamationes
 expleuimus, collibuit vberius exponere
 canticum hoc ore virgineo decantatum,
 Spiritu sancto dictante, quicquid lingua
 Deiferæ Mariæ deprompsit. Quippe quæ
 sanctorum patrum morem seruare cu-
 piens, pro sibi & vniuerso orbi exhibitio be-
 neficio, quoniam Deus homo factus in
 mundum venit saluare quod perierat, câ-
 ticum hoc edidit, Deo optimo inexhaustas
 referens gratias. Verum multi multa ceci-
 nere cantica, nihilominus hoc præcullen-
 tissimum canticum illa omnia excellit.
 Maria soror Moysi Pharaone submerso
 Exo. 15 cantare cœpit. Cantemus Domino, glo-
 riosè enim honorificatus est. Populus etiã
 Num. 21 Israel aqua adiuuenta cecinit. Ascendit
 puteus. Delbora etiam canticum compo-
 suit: qui sponte animas obtulistis vestras.
 Iudi. 5 Moses canticum dixit ante quam obiret.
 Audite cæli quæ loquor, audiat terra ver-
 Deu. 32 ba oris mei, Anna mater Samuelis canta-
 uit Domino dicens. Exultauit cor meum
 i. Reg. 2 in Domino. Dauid rex cantica plurima
 accinuit, potissimè gigante Goliath pe-
 rempto. Benedictus Dominus qui docet
 manus meas ad prælium, & digitos meos
 ad bel-

ad bellum. Salomon res pacificas cantica
 quæ canticorum dicuntur ordinauit: At
 Maria virgo citharœdi regis Dauid filia
 altius tonauit mirabile hoc epithalamium
 concinens, cui inferuiunt cuncta alia can-
 tica. Imò quicquid in canticis canticorum
 vaticinatum est, de filio Dei ex virgine na-
 scituro, id in hoc miro cantico adiueni-
 mus completum. Quid plura? Decem ver-
 sus veluti decem chordulas habet, quia no-
 uem sunt angelorū chori, quibus homo tā-
 quam decima chorda subnectitur vt per-
 fectus fiat decachordus. **Quin** & canticū
 vitæ æternæ cōprehendit, de quo Ioannes
 in Apocalypsi testatur: Sancti cantabant
 quasi canticum nouum, ante sedem Dei
 & agni. Nimirum in visione Dei, in
 qua tota sanctorum felicitas sita est, S. Tho.
 mox anima eleuata pro sua virili ma-
 gnificat Deum, clamatque: magnificat
 anima mea Dominum: Ex hac visione
 scaturit ingens gaudium, idèd ait: exul-
 tauit spiritus meus in Deo salutari meo.
 In illo gaudio & lumine cælico anima
 sese agnoscit & maxime humiliat. Eam
 ob rem clamat: Respexit humilitatem
 ancillæ suæ, Statim comparat præmia
 ad merita, idcirco inquit: Fecit mihi
 KK 4 magna

magna qui potens est. Hinc aspicit ex magna misericordia felicitatem illam obtinuisse, quare misericordiam summi numinis profiteretur. Et misericordia eius à progenie & inprogenies. Deinde potentiam Dei contemplans, quæ tanta est, ut fideles suos beare queat, vociferatur: Fecit potentiam in brachio suo. Intuetur æquissimam iustitiam, merito iniquos punientem, ob id canit: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. At, quia non est minima pars illius beatitudinis satietas, addidit: Esurientes impleuit bonis. Denique, quia esurientes in patria non est, sed fuit in via, beati exultant & lætantur ibi memores vberum sponsi Christi Iesu, quæ sanè vbera, duo sunt testamenta, verus & nouum. Eatenus anima beata pro veteri testamento dicit: Suscepit Israel puerum suum: pro nouo autem subnectit: Sicut loquitur est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula, ita factum est. Cantate fratres mei & vos canticum nouum hoc, quia mirabilia fecit. Quæ nam nouitas maior, quam quòd Deus factus est homo? Nouum fecit Dominus super terram, ut vaticinatus est Hieremias, eò quod iam iam mulier felicissima Maria circumdedit virum filium Dei

Canti. 1

Hier. 31

vterò

vterò gremij sub. Caterum, ut melius canticum hoc concinere valeamus tympanistrum nostram philomena dulcius cantantem audiamus, ac dicentem:

¶ Magnificat anima mea dominum.

Text.

¶ Quisquis omni librata ratione mirabile hoc canticum indagare cupit, tria primò consideret exactè oportet. Citharædum, citharam, & ipsum carnem tot mysterijs quot literis refertum. Equidè citharædus spiritus sanctus est, qui puerum David tangens prophetam eximium fecit: Danielè iuuenè iudicè improborum senum sua virtute effecit: Petrum piscatorem apostolorum principem constituit: publicanum Mattheum euangelistam & apostolū creauit: & Paulum ecclesiæ persecutorem, vas electionis, & gentium magnum prædicatorem ordinauit, ut accuratè sanctus Gregorius adnotat. Ecce quã optimus sit artifex & citharædus, ut pote Deus omnipotens. Cithara per quam resonat hoc suaue melos, inclita virgo Maria est, quam ipse Deus potenti manu sua, sibi fabricauerat, ab omni fractura peccati immunem, ut in prima declamatione, tum rationibus, tum oraculis ex sacrarum literarum penu desumptis, pro modulo nostro probauimus. Canticum quippe tam est mi-

Dani. 13

Acto. 9

K lz s rabile,

rabile, vt cantica cuncta miro artificio in se
 contineat, eaque felicissime excellat, quæ
 admodum in præfatione huius tractat⁹ at-
 tigitur. Nam in hoc dignissimo cantico
 magnalia Dei resonant, & encomia eius
 decantantur. Imò, si citharædum dicam
 Christum Iesum, qui sacro in aluo Mariæ
 latebat, non ab scopo errabo. Nimirum si
 Paulus ausus est dicere, & satis verum di-
 xit: an experimentum queritis, eius qui in
 me loquitur Christus: quid ni eadem ver-
 ba eandemque sententiam Deipara Maria
 nunc dicat? De cunctis sacri verbi concio-
 natoribus saluator noster dixit. Non estis
 vos qui loquimini, sed spūs patris vestri lo-
 quitur in vobis, quātò magis de virgine sa-
 cra id asseuerandū est? Cū ergo sapientissi-
 mus sit artifex, admirabile ac valde perfe-
 ctū instrumētum, diuinū, & omni mellita
 dulcedine suauius sit canticū hoc oportet.
 Magnificat anima mea dñm, ait Maria.
 Dubiū non est inquit S. Augustinus, cæle-
 stiū gaudiorū & æternæ dulcedinis quā mi-
 ram & inenarrabilem suauitatē virgo sen-
 ferit, quando illud æternū lumen, cum toto
 maiestatis sue fulgore, in eā descendit. Au-
 dacter dico, quæ nec ipsa plenè explicare po-
 tuit, quod capere potuit. Certior ergo red-
 dita

S. Aug.
 tracta. lu
 p. magn.

ditæ de fœtu diuino: cōcepto, subinde sur-
 rexit, & in mōtana cōsēdit, & domū Za-
 chariæ intrās Elisabēth salpauit. Cui⁹ salu-
 tationis tāta fuit virtus, vt statim præcur-
 sor Ioannes intra vêtis matris angustias exul-
 taret, & mater spiritu sancto repleta pro-
 phetare cœperit. Benedicta tu ait, inter mu-
 lieres & benedictus fructus ventris tui: &
 vnde hoc mihi, vt veniat mater domini ad
 me? Sed de hoc in festo visitationis tracta-
 uimus. Maria autē vt erat humilis corde,
 ægrè ferebat laudes in eam iactatas, altius
 catere cœpit, gratias referēs Deo optimo,
 à quo veluti ab oceano vastissimo, bona
 omnia dimanāt iuxta illud: Omne datū o-
 ptimū & omne donū perfectū, de sursum
 est, descendēs à patre luminum: apud quē
 non est transmutatio, neque vicissitudinis
 obumbratio. Ob hoc virgo micissima mē-
 tis suæ oculos sursum eleuans ait: magni-
 ficat anima mea dominum: quasi dicat, tu
 cognata præconijs prosequeris me magnis,
 ob innumera in me beneficia impensa, e-
 go quidem largitorem meum laudo, quiq;
 magnus est, & laudabilis nimis. Illum tā-
 quam orbis cōditorem ac moderatorem,
 quæ in cælis & in terris sunt collaudant: eā
 ob rem ipsa quæ maiora charismata ab
 illo

Iacob. r.

illo suscepi, magis ac magis, eum laudare, atque magnificare teneor: enim verò vbi augentur dona, rationes æquè donorum crescunt. Verum si vates sanctos consularius, dominus noster adeo magnus est, vt nihil magnitudinis ei super addi possit. Vn de vir sanctus Iob dicebat: nolo multa fortitudine contendat mecum, neque magnitudinis suæ mole me premar. Et velut rationem huius ostendens alio loco dixit: est enim magnus fortitudine & iudicio, & iustitia, & narrari non potest. Cui sententiæ astipulatur psalter regius, plerisque in locis: magnus dominus, ait, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nō est finis. Idq; nobilissimæ puella haud ignorans, audacter magnificare dominum asserit. Profectò homo tunc dominum Deum magnificat beato Augustino teste, vbi pro sua virili magnum illum prædicat, non ore tenus sed lingua, corde, & opere. Alioqui saluator non diceret. Sic luceat lux vestra corâ hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est: quod est dictu, Sic vos filios morigeros. alij agnoscant mandatis Dei obtemperantes, vt vita candida vestra testis sit sanctitatis & maiestatis patris vestri caelestis.

Eodem

Iob. 23.

Iob. 39.

Psal. 47

Eodem pertinet quod dominus ad discipulos dixit: eritis mihi testes in omni Hierusalem & Samaria. Et iterum, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Beatorum dixerim orthodoxum qui, vt testis fidelis, nedum ore sed opere testimonium prebet patientiæ, humilitatis & charitatis Christi Iesu. Hic est odor ille fragrans & quouis suffitu suauior, de quo Apostolus ait. Bonus odor Christi sumus in omni loco: alij odor mortis in mortem, alij odor vite in vitam. Lux enim quæ oculis ægris supplicium est, puris satis amabilis, & delectabilis fore comprobatur. Ad eundem modum viri iusti, qui lux mundi appellantur, eo quod multiformi suarum virtutum radio delictorum tenebras explodunt, in cuius typo Moses quondam sua oratione, Aegyptiorum densissimas ac palpabiles tenebras expulit.

¶ Rursus homo magnificat Deum velut sanctus Ambrosius contestatur instar ima S. Am-
ginitis perfectæ, quæ suū mirificat pictorem, bosius.
sapientiam illius palam faciens: mens autem nostra ad imaginem Dei summi insignita, quando suum contemplatur authorem, eum quæ candido corde laudat, vni-
ceque

Ioan.

ceque amat, tunc opificem suum suapte natura exultat magnificatque. At contra peccatorum magis contumaciorum, non æquè suum representat authorem. Vnde scriptum est: denigrata est facies eorum super carbones. Et alibi peccator ipse conqueritur: Iob. 30. se ipsum velut monstruum intuens. Cutis mea denigrata est: nec mirum si obscurum sit aurum, muratusque sit optimus color eius, quod malum effusissimè deplangit Hieremias, quoniã decor filie Sion euauit, & perijt. Summi numinis gratia quæ maximè decorat animam, noxa mortali aduentante ad nihilum redacta, vt noxæ ca, sole transeunte, manet anima terra. Proh nefas, diaboli tunc imaginem præ se ferens filia eius vocatur. Hinc saluator noster persequutoribus suis, & inuidia dæmonis succensis dixit. Vos ex patre diabolo estis, & voluntatem eius vultis adimplere. Ioan. En miseri Cæsaris versuti imaginem gerebant, non omnipotentis Dei simulachrum insinuabant: quos adhuc rex noster Christus interrogat, Cuius est imago hæc? Ipsi verò aiunt perfricato fronte. Cæsaris est. Inuidentiã Zabuli, quæ sibi ipsi supplicium est, sectamur, non Christi Iesu humilitatem. Superbiam illius, qui

qui instar fulguris è caelo cecidit, vltro sequimur, dicunt, non charitatem quam erga nos exercuit redemptor noster imitatur. O infelices, sicut portastis imaginem terreni, sic portate iam imaginem cælestis clamat Apostolus. Quid obsecro est caracterem bestiarum portare in manu & in fronte, nisi opere & consuetudine praua vestigia diaboli sequi? In fronte imaginem iniqui portant, qui peperam agentes nihil pudent. Contra quos Esaias inuehitur. Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt neque absconderunt. Quid quod eo dementiã deuenerunt, vt iam non Deum ac vniuersorū dominum, sed se ipsos magnificent? Hinc obloquentes inuicem dicunt, magnificentus nomen nostrum ante quam diuidamur in terram. Deus autem qui inferos habet superbos, descendit & confudit linguas eorum, ideo dispersi sunt sese nõ intelligentes. O superbia dira, tu cum Salomone ais. Magnificauit opera mea, tu stulte clamas, linguam nostram magnificauimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est? Ecce quã sit stulta inimica superbia, quæ ore improbo Deum esse negat.

¶ At contra humilis & fidelis vir, non se

sed

Apoc. 13

Gen. 12.

Eccle. 2.

sed dominū, nec opera sua, sed misericordiam Dei, pro virili sua semper exaltat. Is nimirum cum Maria sorore Moysi omnes inuitat, & ad gratiarum actiones excitat

Exod. 15 dicentis: Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est. Verè magnificatus est dominus, tum in Pharaone deuictō, & exercitū eius destructo, tum populo Israel liberato. Veruntamen triumphus ille umbra erat trophæi longe glorioſi, quod saluator obtinuit, satana proſtigato, limbo patrum expoliato, & cæli ostro referato: quæ omnia gesta sunt, subinde vt author vitæ obiit in cruce. Enim verò magnificatus vehementer; & valde a nobis eſt magnificandus, qui non alienis sed proprio cruore mirabilem nobis dedit victoriam, triumphans aduersarios nostros, in carne sua. Hinc aptè apostolus. Gratias Deo qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum dominum nostrum. Sane pro tā inenarrabili dono graties persolueret dignas, opis non est nostræ. Cæterum, magnificemus dominum, quia

Ethi. 4 magnificus est in sanctitate. Liberalis quidem vt ait philosophus abundat in datione, ideo maximè laudatur. S. Tho. 22. q. 117 artic. 4. Deus autem suapte natura bonus

Dion. 4 diffusius est sui ipsius, beato Dionysio teste:

ste: eam ob rem magnificè sanctos efficit, suam eis largiēs gratiā. Quod videre est, in Mattheo, Magdalena, Paulo, & alijs cō pluribus. Quare apostolus ait: quos præsciuit, hoc & prædestinavit: quos prædestinavit, hos & vocauit: & quos vocauit, illos & iustificauit: & quos iustificauit, illos & magnificauit. Magnificemus eum par est, qui magnificè nos cum peccatores eſſemus, sic nos magnificauit, quasi pro modulo nostro, vicem rependentes, etsi imparè. Huc attinet illud regis David postquam se vocatum à Deo & gratia iustificatum ac magnificatum agnouit. In domino ait laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Græcè, in vnum. Vbi sanctus Basilius: quoniam sine bello mea parta salus est, ex sola orismutatione, diuino auxilio deceptis inimicis, audiant mansueti & lætentur, quoniā possibile est ijs qui sunt quieti, trophæum excitare, & minimè pugnantes victores declarari. Audiant mansueti quibus dominus

S. Basili⁹ ait, discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Scripturæ elogio mansueti laudantur, imò & beati dicuntur mites. Hos allicit, ac toto nisu inuitat in domini laudem.

Magnificate dominum mecum, ait, non turbulenti, aut tumultuarij, non qui carnalium affectionum stimulo agitantur, mihi se adiungat: sed vos mansueti, qui firmitatem animi consequuti estis, qui torporē & somnolentiam à vobis excusistis, qui tales estis magnificate dominum mecum. Et statim addidit: magnificat dominum, is qui magno mentis proposito, excelsoque animo, pro pietate tentationes tolerat. Deinde is qui nec mediocri intellectu & speculatione rerum conditarum multimodā magnitudinem considerat, & ex earum magnitudine & pulchritudine, opificem contempletur, cum regali voce dicens. **Pfal.** Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Hæc sanctus Basilius.

¶ Cæterum, virgo Maria, vt erat imago pulcherrima summi Dei, quippe quæ vt Anselmo placuit, sic enituit virtute & sanctitate, vt maior sub Deo nequeat intelligi, eam ob rem altius, ac perfectius angelis ipsis, Deum magnificauit, voce dulcisona cantās: magnificat anima mea dominum.

Apoc. 22 Et quoniam scriptum est: qui audit dicat veni. Et in lege veteri præceptum fuit, vt cortina cortinam trahat in tabernaculo domini,

domini, conuocat cælestes spiritus, & nos omnes hortatur, vt cum illa chorizantes, hoc canticum personemus. Sed quomodo anima nostra erit, & liberè poterimus Deum magnificare, si mancipium est diaboli, si vinculis peccatorum fuerit irretita? Dirupisti domine vincula mea, ait Dauid, **Pfal.** tibi sacrificabo hostiam laudis. Sanson ruptis funibus irruit in aduersarios, & eos fugauit, ac Deum magnificauit. Qui vult cum Maria laudare dominum, & magnificare eum in laude, animam suam liberam possideat, ante actam vitam malam emendare conetur, & nouam inchoet: alioquin corde dicere non poterit & si ore dicat: magnificat anima mea dominum. Obseruandum quod non dixit, hunc vel illum dominum, sed absolutè dominum Deum appellauit, eo quod ipse ait. Ego dominus & non est alter. Et alibi per me reges regnant & principes imperant. **Esa. 45.** Quandoquidē ille solus dominus est qui in æternitate omnipotēs est. Cæteri quāquam domini vocantur, neutiquā domini sunt, sed sub ditione huius domini degunt, quibus tragœdia vitæ huius transacta, ratio stricta adest: iuxta illud, indicium durissimū fiet, ijs qui præsumunt. Cum alma virgine

orthodoxi nos metipfos humiliantes, Christum Iesum corde puro & ore, simul & vita immaculata callaudemus, laudantes que diu noctu dicamus. Magnificat anima mea, cali & terræ dominum.

¶ Et exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo.

¶ Primo Deipara magnificauit dominum, & nos eundem magnificare docuit, nam ut pulchrè sanctus Dionysius dixit. Carnalis Eua umbra est & idolum, spiritalis Eua Maria lux & mater Dei, ipso calo amplior & capacior facta. Et quoniam qui plus sanctitatis habet, plus cæteris Deum magnificare tenetur, eam ob rem plus omnibus creaturis Deifera Maria laudauit dominum. Vis videre priuilegia magna virgini sanctæ exhibita? Audi Salomonem multe filiæ congregauerunt sibi diuitias, tu uerò super gressa es vniuersas. Verum hoc ineffabilis Mariæ dignitas exigebat: nã Deus optimos elegit ministros suos idoneos, apostolo teste, ergo matri plus gratiæ erat erogandum. Quod sponsus in canticis non tacuit, dum tot laudibus, & mirificis clo-

Prou. 31. filijs euecta non semel sed iteratò ait. Tota pulchra es amica mea, absque eo quod intrinsecus

trinsecus lateret. Sanè huius diuini silentij diuitias solus ille scit, qui effusissimè matri suæ illas dedit. Quid plura? Ipsa Dei mater dinumerare tot dona, quæ à Deo accepit non valet, ideo in hoc cantico dixit: fecit mihi magna qui potens est. Ecce generatim loquitur, quæ & quanta magnalia filius Dei illi dedit, nec angelorum lingua pro dignitate narrare valet. Cæterum, ubi quem magnificare toto pectore nos oporteat nobis ostendit, nunc in quo gaudere & vehementer exultare fideles omnes condeceat subindicat: Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo inquit. Obseruandum est, quòd anima & spiritus non duo sùt, sed diuersa sortiuntur nomina ob diuersa ministeria, quæ exercet. Anima quidem viuimus, spiritu intelligimus: anima homines, spiritus nos Deos facit. Nam qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo. Anima quærit necessaria ad vitam mortalem: spiritus æterna contempletur, & in illis tranquillatur. De hac diuisione animæ & spiritus Apostolus loquitur: viuus est sermo Dei, & penetrabilior omni gladio accipiti, vsque ad diuisionem animæ & spiritus pertingens. Hanc rationem vel portionem inferiorem, & superiorem theo-

logi appellant. Inferior portio ijs temporali-
 bus intendit, superior verò æternis & quæ
 Dei sunt. Adducit quidam exemplum de
 Simile. aqua, quæ infra turbida est, supra quidem
 limpida apparet. Vel de monte cuius acu-
 men sol illuminat, & in radice nubis cali-
 go obtenebrat: nihilo secius eadem aqua
 est, & idem mons. Vel anima in sacra pagi-
 na vitam significare solet: Vnde dominus
 Iob . i. ad satan de viro iusto Iob dixit: ecce in ma-
 nu tua est, veruntamen animam illius fer-
 ua: hoc est, non eum occidas, etsi vulneri-
 bus fauciatum relinquis. Et iterum salua-
 tor ait: animam meam do pro ouibus meis:
 id est, vitam meam exponam, mortem obeun-
 do, vt oues meæ vitam æternam possi-
 deant. Ait ergo prudentissima virgo, vita
 mea quæ sancta & candida est, dominum
 magnificat, sed spiritus meus, qui æterna
 indeuulsè considerat, exultat lætaturque
 iugiter in Deo salutari meo. Hic maximè
 attendenda est series & optimus ordo. Ve-
 rum qui dignè iuxta Deum ambulat, non
 attenuans nomen Dei & dignitatè Chri-
 sti Iesu, operando quod non oportet, sed
 magnificat creatorem operando magna
 cælestiaque opera, subinde spiritus eius
 exultabit. Hoc est, de spiritali dono quod
 operando

operando accepit gaudebit vehementer:
 quandoquidem. vt operatio praua mater
 est tristitiæ, sic bonum opus, radix est gau-
 dij, & veræ lætitiæ. Quo circa Apostolus
 ait. Ira & indignatio, tribulatio & angus-
 tia, in omnem animam operantis malam: Rom. i.
 gloria, honor & pax omni operanti bo-
 num. Aurea quidem sententia & omni
 annotatione digna: sed animalis homo
 non percipit ea quæ Dei sunt. Stultitia est
 illi, nihil ad eum pertinet, hoc spiritale gau-
 dium, quod ex charitate & operatione san-
 cta emanat.

¶ Paulisper gradum figamus, & fusius hoc Nota.
 explicemus: gaudere omnes cupiunt, & læ-
 tari nemo non desiderat: at impij fon-
 tem exultationis nec quærunt, neque in-
 uenire merentur. Hos graphicè nobis de-
 pingit sanctus Iob: tenent tympanum & Iob.
 citharam in manu, & gaudent ad sonitum
 organi. Ducunt in bonis vitam suam &
 in puncto ad infernum descendunt. Ci-
 thara quidem volaticas diuitias indicat,
 quibus delectatur auarus fallaciter: tym-
 panum vero carnis oblectamenta no-
 tat, quippe quæ more belluarum nonnul-
 li sectantur. Denique organi sonitus a-
 dulationem insinuat, cui maximo opere

superbi vacant, hominum fuitiles laudes
 Prouer. vindicantes. Sed vt optimè sapiens dixit:
 extrema gaudij luctus occupat: post tot
 gaudia inania, in puncto ad infernum la-
 buntur, in gehénam ignis præcipitantur,
 vbi erit fletus & stridor dèitum perpetim.
 Quid multa? Eo stultitiæ nonnulli deuen-
 runt Christiani, vt latentur cum male fe-
 cerint, & exultent in rebus pessimis, nec
 Deum timentes, nec homines reuerentur,
 imò in profundum malorum deuenientes
 conténunt. Nihili pendunt cælestem gloriã,
 Infern^o, spernunt inferni cruciatus & sulphureas
 flammâs, dum lætitiæ lethali dediti, verum
 gaudium spiritale post habent. Hos planè
 saluator deplorat dicēs. Vēh vobis qui nūc
 ridetis, quia lugebitis vos. Lætitiâ vestra
 momētanea est, & caduca, tristitiâ & fle-
 tus non ita, sed perpetua & æterna. At vi-
 ri iusti cælico illuminati lumine, non se-
 cūli huius lætitiâ quærunt, quin & obla-
 tam respuunt vltro, sciētes illud Iob: gau-
 dium hypochritæ ad instar puncti. Hypo-
 chrita mundus hic est, hominēs rudes de-
 cipiētes, quæstu vel oblectamēto, vel hono-
 re fallaci, peccatores omnes illaqueās. O vi-
 ros omni laude dignos, forti Sāfōne fortio-
 res, qui carnis lenociniâ cōculcātes, diuitias
 perituras

perituras spernentes, gloriâ mundialem
 abdicantes, in Deo salutari suo Christo
 Iesu gaudium suum collocauerunt. Hos
 planè regalis citharæodus alloquitur, & ad
 lætandum inuitat, & non semel sed sæpe.
 Lætamini in Domino & exultate iusti, &
 gloriamini omnes recti corde. Et in alio
 Psalmo: Exultate iusti in Domino, rectos
 decet collaudatio. Sanctus Basilius hunc
 locum pulchrè sic elucidat. Exultationis
 vox consuetudine scripturæ, exprimit ani-
 mæ statum, apprimè quam alacrem ac fe-
 stiuum, & ingenti circumfusum gaudio, ob
 ea quæ lætitiâ ac iucunditate digna sunt.
 Exultate iusti in Domino. Non quando
 rem prosperam domi habetis, non quan-
 do corpori bene fuerit, non cum ager fru-
 ctibus omnigenis refertus est: sed quod
 Dominum habetis, tali pulchritudine in-
 signem, tali præditum bonitate, tali
 ac tanta sapientia ac potentia præcullen-
 tem. Sufficiat vobis ea lætitiâ quæ in
 ipso est. Exultate in illius famulitio ac
 seruitute, cum gaudio inenarrabili & tri-
 pudio cordis: Exultate inquam quòd
 talis Domini serui esse meruistis. Iusti
 in cælo exultant nec intercise, tibi autem
 diuina dispensatione quandoque nec ad-

Psal. 32

Nota.

admodum sæpe cōtingit gaudium, vt per breuem degustationem monearis, quibus bonis sis priuatus. Iusto autem, quod in ipso infideat habitetque Spiritus sanctus, perpes suppetit ei diuina lætitia. Inter præcipuos spiritus fructus, charitas, pax gaudium numerantur.

¶ Alluse ad hoc quod Paulus scripsit.
Phili. 4 Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Mirabile quidem est, vt in hoc exilio amici Dei peregrinantes semper gaudere possint. Num in terra aliena cantare possumus de canticis Sion? Exultare & gaudere indefessè angelorum, & sanctorum in patria cælesti est, non peregrinorū.

Psalms. Exactè quidem Propheta regalis mundum hunc non paradysum amoenissimam non aulam regiam vocat, sed exilium, carcerem, & lachrymarum vallem: Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco quem posuit. Ecce quo nomine mundus hic, dignus iure censeatur. Vnde ergo Apostolus, inter tot ærumnas, & calamitates imminentes nos gaudere, & iterum exultare, semperque lætari admonet? consideradū in quo gaudendum nobis sit, vtique in Domino. Planè dum sumus in corpore peregrinamur à Domino, velu

veluti ipse Paulus alibi contestatur. **Ve. 2. Cor. 5** runtamen ex charitate qua Deum summum diligimus, duplex gaudium in nobis oboritur: Alterum principale, & est proprium charitatis, quo gaudemus de bono diuino, secundum se considerato: Quod quidem gaudium ob suam mirabilem perfectionem, nullam patitur tristitiæ admixtionē, sicut nec illud bonum de quo gaudemus potest aliquid mali habere. Alterū gaudium ex charitate oritur in nobis, quo gaudemus de bono diuino, pro vt participatur à nobis, saltem in spe. Vnde Paulus. Spe gaudentes domino seruientes. Et hoc gaudium non nihil tristitiæ poterit pati, tum ob dilationem gloriæ quam expectamus, tum etiam propter mala quæ proximis adueniunt, quos tanquam nos ipsos ex charitate amamus. Iuxta illud: **Ro. 12** Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Tum denique ob peccata quæ contingunt, quæ separant nos à deo nostro, vt **Esai. 59** Esaias clamat. Quando ergo Apostolus ait. Gaudete in domino semper iterum dico gaudete, de principali gaudio, id loquitur, cui aliquid triste adherere nequit. Nam conuersatio dei non habet amaritudinem, nec tædiū, conuictus illius, **Sap. 8** sed

Sed lætitiā & gaudium. Vide. S. Tho.
 22. quæst. 28. artic. 2. Atqui Maria virgo toto
 corde, totaque anima, & viribus
 suis, Deum diligens, maximè gauisa,
 & de bono diuino exultans, quod intus
 sentiebat, vt poterat de promptis dicens.
 Exultauit spiritus meus in Deo salutari
 meo. Equidem in spiritu exultat, quia
 Deus spiritus est, & tales adoratores querit
 qui adorent eum in spiritu & veritate. Nō
 vt illis qui labijs duntaxat Deū honorāt, cor
 autem eorum longe est ab illo. Quorum
 laudes inuisas habens, per Amos Prophe-
 tã ait. Aufer à me tumultum carminū tuo-
 rum, & sonū liræ tuæ non audiam. Vbi S.
 Hieronymus. Pulchrè cantica Leuitarum
 quibus Deum laudabāt tumultum vocat,
 fonitūq; cōfufum, quia nō est speciosa laus
 in ore peccatoris. Regalis vates vtrūq; co-
 pulauit, quādo dixit. Exultabūt labia mea
 dum cantauero tibi & anima mea quam
 redemisti. Et iterum. Cor meum & caro
 mea exultauerunt in deum viuum. Alma
 Dei genitrix lætitiā ineffabili perfusa exul-
 tare se asserit in Deo, cū regina Hester di-
 cens. Domine tu scis, quia nunquā lætata
 est ancilla tuā nisi in te. Et quidē rectè sic
 loquitur Deifera virgo, quæ sola inter crea-
 turas

turas illud Ezechielis dicere potuit. Añā Eze. 4
 mea nō est polluta ab infantia mea vsque
 nūc. Quas vero ob causas sic lætata est in
 Deo, iam palam faciamus.

¶ Duo, Angeli beati, in Deo optimo inspi-
 ciunt, vt beatus Augustinus inquit, maie- S. Aug
 starem & bonitatem. Alterum & timo- super
 rem castum gerit, alterum autem dile- magni.
 ctionē parit. Pro maiestate eum veneran-
 tur, pro bonitate vero vnice illum amant.
 Vnde admirantes diligunt, & diligentes
 admirantur. Sic ardet dilectio per admi-
 rationem, & suauiter flagrat per amorem.
 Mira ac omnibus modis miranda res, quan-
 to perspicacius intuentur, tanto ardentius
 amant. Sanè quæ vera dulcedo est, quan-
 to perfectius sentitur, tanto desiderabi-
 lius appetitur. Ad hanc contemplationis
 lucem, Marię mens eleuata erat, ideo dul-
 cedinem cælestis patrię vberius sentiens,
 illam ijsce verbis expressit. Admiratur de
 maiestate Dei & ideo eum magnificat, rur-
 sus bonitatem illius penitus contempla-
 tur, qua venit è cælo in terram homo iam
 in vtero matris factus, ideo gliscens in salu-
 tari suo exultat. Dum ait in Deo, veritatē
 ostendit & potestatem, qua omni creatu-
 ræ dominatur, & ideo metuendus. Si ego
 Domi-

Dominus ubi est timor meus? Salutarem illum vocans, pro bonitate diligendum demonstrat. Vnde illud, si ego pater ubi est amor meus? Quod autem salutarem suum appellarit, mysterio non vacat, nam Saluator noster, excellentiori modo matrem benedictam redemit. Non post lapsum mundauit, vt in vniuersum nos lauacro baptismi abluit, nec vt Hieremiam & praecurso-
 rem, in utero Annae parentis suae sanctificauit. Sed gratia sua praeseruauit, ne noxa peccati originalis eam tetigerit. Quod latius in declamatione prima probatum est. Fuit sane alma Dei genitrix vt lilium inter spinas, semper candida pulchra & miro fragras odore, angelicis spiritibus sanctior atque purior. Alioqui maiori priuilegio gauderent serui quam domina, & regina angelorum. Quod nec ratio ipsa sustinet, nec dignitas praeexcellens virginis sacrae suffert. Num Deus optimus qui fecit angelos ministros suos ab omni peccato expertes, genitricem suam maculatam vel per instans esse voluit? Absit. Hoc singulare munus palam faciens virgo sancta Saluatorem omnium, suum peculiariter appellat, laudans & exultans in eo cum Propheta concinit.
 Abac.c. ultimo. Gaudens gaudebo in Domino & exulta-
 bo in

bo in Deo Iesu meo. Et cum Anna matre Samuelis ait. Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum, in Deo meo. Exultat in Deo qui terrena non am-
 bit, quem prosperitas mundi non emollit, quem aduersitas non frangit, quem sola Dei memoria delectat. Augustino teste.

¶ Hoc verbo vel solo, alma Dei genitrix miro ac subtili ingenio arrianorum blasphemiam peremit, heresimque illorum destruxit. En Deum & hominem profite-
 tur esse Christum Iesum, tum Deum, tum Salutarem illum vocans. O Mirabilem philosophiam, non e terra, sed ex alto caelo elapsam. Non caro aut sanguis o virgo prudentissima hoc tibi docuit, non Aristotelis aut Platonis schola arcanum hoc insinuauit, sed pater caelestis hanc sanctorum scientiam tibi reuelauit. Obmutescat infelix dogma Arrij, Deus & homo est Christus Iesus, vt ipsemet testatur. Ego & pater vnum sumus. Nempe Deus solus pati nequibat, homo tantum nos saluare minime poterat, ideo verbum caro factum est, vt adoptionem filiorum Dei nos accipiamus. Ecce ratio potissima tantę
 exulta

exultationis in Maria, quoniam Deus factus est homo, quæ ipsa suis in visceribus, vt vera patres gestabat. Ibi planè nuptiæ factæ sunt de quibus Ioannes in Apocalypsi. Gaudemus & exultemus, quoniam venerunt nuptiæ agni. Agnus Dei Christus Iesus Saluator mundi est, sponsa humana natura, sponsus filius Dei, qui in vnitatem personæ eam sibi vniuit. Vnde in Esaia scriptum est. Tanquam sponso imposuit mihi mitram, ecce vox verbi Dei. Et sequitur & tanquam sponsam ornauit me monilibus suis. En vox sponsæ, quæ est humanitas illa Christi. Beati qui ad nuptias agni vocantur, foelices orthodoxi qui fide illibata hoc credunt, totoque pectore amant Christum Iesum, exultantes & iubilantes in Deo salutari suo. Exultauit ergo Maria de osculo, quod tantoperè petebat cum sponsa dicēs. Osculetur me osculo oris sui. Et enim filius Dei amplexatus est humanitatem nostram, & deosculatus est eam. Ita vt quod semel assumpsit nunquam dimittat. Orabat virgo sancta, & anxie deprecabatur aduentum sponsi. Descendat dilectus meus in hortum suum. Et ecce in utero gestat eum quem cæli capere nequeunt, eatenus vehementer gaudet de presentia sponsi, tam amabilis, tamque desiderabilis,

Apo. 19

Esa. 61

Canti. 1

& magno gaudio affecta ait. Tenui eum nec dimittam. Fidenter & audacter loquitur, certo certius sciens non cursim, sed vt monstrat filium Dei aduenisse. Quid quod ad charitatem expectat gaudere cum gaudentibus? Eam ob rem virgo Maria gaudet cum Elisabeth, quæ Spiritu sancto repleta magna prophetauit de puero Iesu nascituro. Quin & gaudet Dei para de fructu suæ salutationis, nam extemplo puerulus Ioannes exultauit in gaudio, tripudians in ventre matris suæ. & adorans Dominum suum Christum. Quid ni, Maria virgo exulter, angelis exultantibus in celo super peccatore, Baptista sanctificato? Exultemus & nos cum Dei para sed in Deo salutari nostro. Facessat omne gaudium mundi frustraneum, abscedat quæuis lætitia subdola, cuius extrema luctus occupat. Nec sat est, vt Iesus salutaris omnium sit, nisi meus fuerit. Venit quidem Iesus saluare quod perierat, venit peccatores saluos facere, omnes absque delectu redemit, pro omnibus in cruce pendens mortuus est. Nihilominus non omnes obediunt euangelio, credendo, & mandata Dei opere adimplendo. Meus erit Saluator, si fide indubitata, charitate flammige

Canti. 3.

Nota.

M m ra, si

ra, si spe indiuisa, ei adherēā. Quid mea refert, si Iesus aliorum est saluator, & non meus sit, rotis medullis cordis mei illum amando? Si non mandatis eius obedire institutum? O virgo virginum præclara, procliui genu precor te, mihi peccatori cælicū hoc gaudium impetra, vt in salutari meo Iesu tantummodo gaudeam, ita vt per anagogicos excessus in Deum eleuatus, hoc tuum canticum canticum corde & ore vbiq; decantare valeam. Magnificet anima mea Dominū, ô Deipara benedicta, & exultet spiritus meus in Deo salutari meo Christo Iesu.

Oratio.

¶ Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicēt, omnes generationes.

¶ Gloriosa virgo vbi instar filij sui, exultauit in Spiritu sancto, à quo verum gaudiū veraque lætitia semper oritur, nos omnes commune facit: in Deo gaudere ac lætari iugiter, mundi huius gaudia innania abdicare, quæ homines improbi rãtoperè quaritare solent, illis & hiniare non erubescūt. Nunc quasi interrogata quid causæ fuerit tantū gaudij, rationem nobis exhibet. Quia

repe-

respexit humilitatem ancillæ suæ. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Hinc diuus Hieronymus. Maluit Dominus de beata Maria incarnari propter humilitatem, quam propter aliam quancunque virtutem. O admirabile misterium, placuit Deo humilitas Mariæ, cui displicuit vehementer superbia Euz. Per superbiam illius mors intrauit in mundū, & per humilitatem Mariæ vitæ panditur introitus. Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus dicebat Gen. 29
lia. Quæ verba virgo benedicta nunc dicere potest. Vidit filius Dei mirabilem humilitatem meam, quam ob rem in matrem suam elegit, adamauitque plusquam omnes mulieres quamlibet sanctitate præditas. Mirabile vtiq; est, quod ex tot plantis virtutum quas Deus optimus in hac paradiso amoenissima plãtauit, in qua posuit verbum suum Adam cælestem, vnam hanc virtutem respexerit. Vbi fides magna Maria. Vbi charitas ardentissima? Vbi spes roborata? Demum vbi virginitas, mansuetudo, benignitas, aliæque heroicę virtutes innumere? Planè Dominus virginem respexit semper, & decoram vndiquaque laudauit. Tota pulchra es amica Cant. 4
mea,

mea, & macula non est in te. Nihil in Maria fuit nisi pulchrum, ac valde decorum, nam teste Augustino. Pulchritudo, est æqualitas numerosa: veruntamen virtutem humilitatis alma Dei genitrix ob oculos nostros posuit, eo quod maximè illa nos filij Adæ indigemus, & in illa se nobis imitandam ostendit. Quid post hac super bire niteris, terra & cinis, homo putredo & vermis? Supercilium depone infelix, vbi reginæ mundi humilitatem vides. Vbi aduertendum, quod Græce habetur, rapinosin. Id est paruitatem, vel exiguitatem ancillæ suæ. Alludit ad illud Abigail.

1. Re. 25 Sit famula tua, ancilla, vt lauet pedes feruorum tuorum tuorum. Quod audiens Dauid, in vxorem suam illam accepit. Ad eundem modum filius Dei humilitatem virginis benedictæ videns, super angelos eam extulit, & sponsam suam effecit. Quandoquidem nisi humilitas eximia virtus esset, quamuis apud Philosophos incognita, nec inter virtutes adnumerata, nullatenus Saluator noster se exemplar humilitatis nobis exhibuisset, dicens.

Humilitas. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Planè circa appetitum boni ardui duplici virtute indigemus. Altera quæ temperet

peret ac refrenet animum, ne plus nimio & immoderatè tendat, in excelsa. Extat mira illa sententia sapientis Mileri. Nihil nimis. Et hoc pertinet ad virtutem humilitatis. Altera virtus est quæ firmat ac roborat animum contra desperationem, & impellit ipsum ad magnorum prosecutionem, secundum rationem rectam, & hæc est magnanimitas. S. Tho. 22. q. 161. ar. 1. Vnde mirari nõ sufficio, imò intellectus heret, videns tantam, tamque profundam humilitatem in Maria simul & magnam ineffabilemque magnanimitatem. Quis aded stupidus, qui non admireretur? Super omnes sese deijcebat & angelis ipsis humilior erat, nihilominus ausa est Gabrieli respondere, fiat mihi secundum verbu tuu. Ecce humilitas ingens quam Dominus excelsus in Maria respexit. Ancillam se appellauit sciens quia seruire Deo regnare est. Rex erat sanctus Dauid, tamen pluris faciebat Deo seruire quam regnare in terra, & diadema gemmis & auro fabricatum gestare. Quas ob res ait. O Domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ. Siquidem seruitus multifaria est, imò vt regalis vates ait, ordinatione Dei summi perseverat dies, quoniam omnia,

S. Tho.

Nota.

Psa. 115

Multi-plex ser-uitus. **nia**, siue caelestia siue terrestria seruiūt crea-
tori suo. Sed est alia seruitus coacta, qua ve-
lunt nolint mandatis Dei parent quidam,
& dispositioni eius obseruiunt, vt Pharao
rex Aegypti, post tot flagella populū Israel
in desertum ire dimisit. Alia seruitus est,
quando cum timore gehennae quidā man-
data Dei implent, quae maluisset mandata
non esse, & in hac seruitute charitas non
est. Est denique alia foelix seruitus, qua
non ad oculum seruit, sed Domino placet,
& haec potius libertas vocatur, quam vo-
cat Apostolus adoptionem filiorum. Et de
hac sese iactabat rex David, vbi cum ma-
gno affectu dicebat. O Dñe quia ego ser-
uus tuus. O me foelicem, & quater milies-
que beatum, qui tanto ac tali potissi-
mo Domino inferuire commerui. A beat
scepra & totius mundi regna, futilia &
vmbatica sunt omnia quae breui admo-
dum euanescent. Regnum meum magnū
ob quod cuncta spreui hoc est, te Domine
toto corde amare toto nisu laudare, & diu
noctūque tibi seruire. Hoc sanè non late-
bat virginem sanctam, ideò se ancillam
humilem tanti regis fore dixit, in quam o-
culi Dei inspexerunt. i. Verè filia erat & he-
res Maria regis sancti, qui quōdam super-
be vxo-

Pfal. 115

be vxori suae respōdit. Ludā & vilior fiam
plusquā factus sū, & ero humilis in oculis
meis, & gloriosior apparebo. Ecce vera hu-
militas vbi sita est, nepe in corde radicata.
Parui referi si in oculis hominum humiles
existimemur: Mortaliū iudiciū ferè fallax
est. Vnde Apostolus. Mihi pro minimo est
vt à vobis iudicer, aur ab humano die, sed
nec me ipsum iudico. Qui me iudicat Dñs
est. Nōne mēdaces filij hominum in state
ris? Ad pōdus sanctuarij praecepit Deus ap-
pendi, qui cquid in altari offerebatur, non
ad pōdus publicū, quo utebatur rude vul-
gus. Necefsū ergo est vt in oculis nostris hu-
miles simus, introrsū nos dimittamus opor-
te, dicēte Dño regi Sauli. Cū esses humilis
in oculis tuis, caput sup Israel elegi te. Sed
dū ambulauit in magnis, & in mirabilib⁹
super se, proiectus est è regno, Samuele vi-
ro iusto flēte casum infelicē superbi regis.
Ero humilis in oculis meis, ait vir secundū
cor Dei. Quem alma Deigenitrix examul-
fir imitata est. Ob id rex calorū eā respē-
xit. Dum esset rex in accubitu suo nardus
mea dedit odorē suū. Nard⁹ quippe herba
parua est, bene olēs & aromatizās, aptissi-
ma imago humilitatis. Maria sponsa erat
non senatoris, non regis sed Ioseph fabri,

Reg. 6

Figura.

1. Re. 15

Canti. 1

Humili-
tas.

in terris minimè agnita in cælis tantifac-
ta, vt Deus mitteret Gabrielem, qui de arca-
no incarnationis eam instrueret. In accubi-
to suo erat rex, filius Dei in sinu patris quie-
scebat, sed odore nardi ascendente, & hu-
militatis suffitu mirabili cælos penetrante,
ex templo gigas magnificus à regalibus
sedibus venit, & in vtero felicissimæ ma-
tris suæ se occludit.

¶ Ad hæc multifariè Deus respicere assol-
let. Respicit aliquando vt iniquos & pro-
caces puniat, & in eos animaduertat quæ-
admodum sunt commeriti. Vnde videns
Dominus contumacem superbiam ægy-
ptiorum eos peremit. Hinc ait Moses. Re-
spiciens Dominus castra ægyptiorum in-
terfecit exercitum eorū. Et quia nõ statim
vindiçtã sumit de perperã agētibus, mira-
batur Abacuc dicēs. Quare nõ respicis ini-
qua agētes? Respicit etiã vt cõuertat deli-
quētes ad se, ne in scelere suo pereant, sed
post mala ante acta, respiscāt, & pœniteāt.
Sic tertid negare Petro, Dñs eum respexit,
& confestim egressus foras fleuit amare.
O mirã Christi Iesu & modis omnib⁹ lau-
dãdã benignitatē. Petrū inspexit dilapsū,
vt sua virtute eū eleuaret. Respexit caden-
tem, vt erigeret, redderetque pœnitentē.

Ocul

Oculi eius vt sol lucet in virtute sua, ait Apo. 19
beatus Ioannes. Sol quidem non modo lu-
cet, sed vrit. Sic oculi Dei tenebras intelle-
ctus nostri dissipat illuminans mentem, &
volūtatis duritiam emollit, vrēs p̄cordia
nostra & ea liquefaciēs, quib⁹ in ardēscēti-
b⁹ delicta nostra defleamus, quod gestū le-
gimus in beato Petro. Huc pertinet illud. Exod. 2.
Respexit dominus filios Israel & liberauit
eos. Et illud respiciam vos, & crescerē vos
faciam. Rursus respicit vt munera nostra
accipiat, quod insigne amoris & beneuo-
lentię est. Sic respexit dominus ad Abel, Gene. 4
& ad munera eius. Demum respicit zelās
puritatem sponsę, iuxta illud. Deus tuus
fortis zelotes. Hinc sponsa in canticis in-
quit. En ipse stat post parietē nostrū, respi-
ciēs per cancellos, respiciens per fenestras Cātic. 2.
Hoc pacto Deus Mariã respiciebat, cuius
oculta cordis, & sanctæ cogitationes in eū
rendeant. Quod si oculi domini super iu-
stos sunt, & aures ad preces eorum, sicuti
propheta patefacit, quanto excellentius su-
per sanctam sanctorum Deiferam, oculi
domini respiciebant?

Text.

¶ Caterum, ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes. Sēsus est post
hac omnes me felicem p̄dicabunt, eo

M m 5, quod

quod maledictionem legis Euasi mater
domini mei effecta, quem spiritu sancto o-
perante concepi, & absque dolore pariam,
perpetim virgo permanens. Verum triplex
generatio huius Hierusalē militatis, virgi-
nē benedictā, beatā dicit. Incipiētes, profi-
cientes, & perfecti, vno ore, eodēque affe-
ctu laudare Mariam nō cessant. Prima ge-
neratio ambulat in via Dei, secūda currit,
tertia vero volat. Vnde illud Esaiā hoc o-
stēdit. **Isa. 40** Qui sperant in dño mutabūt fortitu-
dinē assumēt pēnas vt aquilę currēt & nō
laborabūt, ambulabūt & nō deficiēt. Ecce
generationes sanctę ecclesię omnes, nā a-
lij ambulāt, alij currūt sine labore, alij de-
mū pēnas aquilinas habētes, volitāt ad su-
per conscēdentes. Hęc triplicē generatio-
nem tetigit apostolus dicens. Vt proberis
que sit volūtas Dei, bona, beneplacens, &
perfecta. Sanctus Thomas sic explicat. **S. Tho.**
2. 2. q. 24. bona est volūtas Dei incipientibus, benepla-
ar. 9. cēs, proficientibus, perfecta, ijs qui perfe-
ctionis metā attigerūt. Quid ni omnes be-
nedictā ac beatā prædicem⁹, quādo & sar-
raceni dono fidei orbat, Mariā virginē p-
fidentur sanctā atq; beatā. Quā in suis cala-
mitatib⁹ inuocāt deuote, præcātur omnixe
eā adiutricē expectātes. Quin vt oculati te-
stes

stes nobis enarrarunt mahumetani, mor-
bo correpti ad sepulchrum virginis alme
quod in valle Iosaphat situm est cōfluunt,
& ingemiscētes vociferātur. Beata Maria
succurre, adiuua nos. Sic incolumes red-
deutes, ouantesque, mirū in modū Deige-
nitricē collaudant. Quorsum obsecro non
beatam ac vehemēter felicē dicamus Ma-
riam, à qua tot bona suscepimus? Ab illa
nifallor, nostrę redēptionis pretiū accepi-
mus, quia nō argento & auro empti sumus
sed pretioso sanguine agni immaculati fi-
lij eius. Ecce ingens beneficium quod ne-
mo verbis explicare potest. Sub hęc no-
strę peregrinationis viaticum ab ea accepi-
mus, eo quod nisi verbū Dei ab illa incar-
natū in illa foret, nullatenus in sacro sancto
altari, Christū Iesum cōsecratū ederem⁹.
Verū ipsa fuit nauis illa institoris à Salomo-
ne rātopere decātata, de lōge portans panē
suū. Quē panē? Nēpe illū portauit qui dixit
Ioan. 6. ego sum panis viuus q de celo descēdi.
Deniq; virgo sctā ea est, è qua præmiū nrę
retributiōis suscepim⁹. Sanē Christ⁹ Iesus
beatitudo nrā est & merces magna nimis,
que Abrahę olim pmissa fuit. Ego prætor
tuns sum, & merces magna nimis ait De⁹.
Quin & ipse hoc patefecit vbi dixit. Hęc
Gen. 15. est

est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum & quẽ misisti Iesum Christum. Ecce finis & beatitudo, in quam tendit suapte natura desiderium cordis nostri. Vt fufius magister sententiarum, tractat. 2. d. 1. & S. Tho. prima secundæ. q. 8. ar. 3.

¶ Generatio cæli virginẽ benedicir. Hinc sanctus Augustinus super illud. Iste sunt generationes cæli & terræ. Generatio cæli angelorum creatio est. Verum in sacra scriptura nil de angelorum creatione legimus nisi illud. In principio creauit Deus cælum, & terram. Vbi diuus Augustinus per cælus creationem angelorum intelligit. Generatio hæc beatificat Mariam, nam Gabriel, plenam gratia & benedictam in mulieribus esse docuit. Deinde nato domino multitudo angelorum cecinit, gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Quę quidem laus tam matrem quam filium amplectebatur. Quin & illud canticorum huc attinet. Surrexerunt filię Sion & beatissimam prædicauerunt. Sion speculatio interpretatur, & angeli, eo creati sunt vt Deum in decore suo intueantur. Quique iure optimo non vtcunque beatã, sed beatissimã prædicant, quoniam exalta ta est super choros omneis cælorum ciniũ.

Ad

Ad hæc generatio diuina eam beatam vocat, quando filius de quo pater ait, filius meus es tu ego hodie genui te, in vtero eius requieuit. Verba matris benedicte illa sũt. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Quid causę subest, vt sabbatho post mundi creationem requieuerit dominus, & quod illi benedixerit? Num laborauit insudauitque, in creatione omnium? nempe potentia infinita in operando nihil laboris sentire potest, teste Aristotele. Voluit Deus planẽ inuolucro illo nobis insinuare, sabbatismum, longẽ præcellentiorẽ non creationis, sed recreationis, vt ita loquar, quem facturus erat, quando in Christo Iesu omnia inuouãda erant, cuncta que concilianda. Dicente Paulo. Pacificas quę in cælis, & quę in terris sunt. Quando quidem vt Maria excellentior est sabbatho, ita mirabilior præcellẽtiõr que sit benedictio data Mariæ oportet. Nos igitur orthodoxi, qui potissime virgini Deiferę debitores sumus, eam beatam prædicemus, toto corde eam laudantes. Laudabimus que eam, si sanctimoniam eius, si humilitatem illius scētantes, in oculis nostris, nosmet deijcientes, oculos Christi Iesu in nos traham⁹, qui nos exaltabit, vti in euãgelio pollicitus est.

¶ Quia

¶ Quia fecit mihi magna, qui potens est,
& sanctum nomen eius.

- Pfal. 65** Venite, audite, omnes qui timetis Deū & narrabo vobis quāta fecit Deus animæ meę, dicebat regius vates. Enimvero nihil suavius amanti Deum, quam alijs prædicare magna sibi data munera ab eo, illiusque maiestatem cūctis narrare. Sed omnes vocat David timētes Deū & rogat vt audiāt, eo quod pctōres vt stulti verba Dei vltro nō audiūt sed dicūt. Loquimini nobis placētia. Fabrilia audire cupim⁹, nenias & aniles fabulas, degustam⁹, quę seria & spiritalia sunt audire nolumus. Hi nō absimiles sunt Hebreis, q̄ corde habitabāt Ægyptū, etsi corpore desertū incolēbāt, de manna celico murmurātes & dicētes. Naufeat anima nra supra cibo isto leuissimo. Quā ob rē pœnas sui sceleris luētes, cadauera eorū in heremo remāserūt, minime terrā fluētē lacte & melle intrātes. Procul dubio virgo egregia instar David vatis sanctissimi, cernēs supra se tam ingentē donorū cumulū, sese continere nequirit, quo minus magna sibi collata beneficia indicaret dicens. Fecit mihi magna qui potens est. Istic non multū discruciamur, singula numera quibus Deipara fuit decorata indagare volentes.

tes. Cælorum astra æquoris guttas, & arenę maris adnumerare facilius quis poterit, quam thesauros cęlestes, quos virgo dignissima habuit. Dubio procul ipsa est totius pietatis sperimē, castitatis insigne, sanctitatis paradifus, paupertatis decus. Et vt summatim dicam, Dei genitrix totius virtutis est culmen & exemplar. Hęc pia mater, & domina mundi, nos fideles alloquitur, qui timore filiali Deum optimum timemus, candido corde amamus, supplices & reueremur. Venite omnes qui timetis Deum, ait, & narrabo vobis quāta, quam propemodum innumera, quamque stupēda fecit De⁹ animæ meę. O virgo sacra cælorum terrarumq; domina, sonet vox tua in auribus nostris, vox enim tua dulcis & facies decora nimis. Totius mundi regina procliui re genu præcamur, vt facias nos audire vocē tuam, cuius suauitas tā es mirabilis, vt dñi præcursorē, adhuc intra parentis viscera latentem lætificaret. Cuius melita dulcedo, nedū homines mortales, sed etiā angelū Gabrielem gaudio ineffabili afficeret. Quę habitasin hortis sacrarū scripturarū, quę delitijs spiritalibus affluis, enixe oramus te, amici auscultantē fac nos audire vocem tuam, Cithara, & psalterium, **Ecc. 4.**

terium, suauem præbent melodiam, ait sapiens, sed super utrumq; lingua tua suauis comprobatur. Enarra inquam nobis, quæ & quanta tibi fecit ille qui omnipotens est, & sanctum nomen eius, ait Maria. Fecit mihi magna ille qui potens est, & solo verbo suo cuncta creauit, sigillatim illa dona enarrare nec ipsa valeo. Scit ea ad perpendiculum ille qui dedit. Enim vero alma Dei mater magna Deus optimus tibi fecit, quando in tua candidissima conceptione te sua gratia præseruauit, & infestissimum hominum hostem satanam præfligasti. A deo ut melius quam de Iudith, sequissimum Holofernem perimente, omnes dicamus. Benedicta tu in æternum, quia fecisti uiriliter & confortatum est cor tuum. In omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabitur Deus. Nomen tuum ita magnificatum est, ut non recedat laus tua de ore hominum. Rursus magna fecit tibi qui potens est, ut creatura ederes creatorem, ancilla dominum generares, per te mundus acciperet redemptorem, per te ad vitam nos reuocaret, ubi sanctus doctor Augustinus. Magnum est ut spiritu sancto operante conciperes, o uirgo inclyta. Magnum ut Dei patris filium in utero genera-

Iudit. 15

Iudi. 13.

S. Aug.

res

res portares que tot diebus. Magnum ut dum ancillam te dixeris fieres plasmatoris tui parens. Aduertendum hic est quod in græco exemplari habetur. Fecit mihi magna. Quo exploratum habeamus, non utrumque magna data fuisse uirgini à Deo, sed magna nimis & valde stupenda dona. Hinc Damascenus. Vno verbo comprehenduntur omnia Mariæ uirginis bona, si uocetur theotocos. Hoc est mater Dei. Ceterum, quis non cum beata uirgine quotidie clamet, inexhaustas Christo Iesu gratias referens? Quis inquam adeo stupidus, ut innumera sibi beneficia exhibita recollit non dicat? Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Nemo sane tam est expers beneficiorum Dei, qui cum regali uare quauis hora non dicere possit. Psal. 35. Misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Nimirum magna nobis fecit Deus optimus, qui nos ad imaginem & similitudinem suam creauit, corpora nostra plasmavit, cuncta sub pedibus nostris posuit, ita ut astra, angeli nobis famulatum; & obsequium præbeant. O quam excelsa quamque magna orthodoxis omnibus munificus ille pater impertiuir. Verum

Nn quod

quod post creationem in hanc lucem pro-
 duxerit, nos in sacri baptismatis vnda tā
 pie abluerit, ex filijs ire, hæredes regni ca-
 lestis constituerit, tot sacramentis in sa-
 cra ecclesia nos educauerit, per sacram si-
 naxim, & sacramentalem confessionem
 rursus post lapsum lauerit, eucharistia sa-
 crosancta cibauerit. Quod denique ex tot
 periculis & malis imminentibus liberaue-
 rit, quis obsecro de ijs omnibus & plerif-
 que alijs donis nobis collatis, laudes com-
 meritas persoluere Christo Iesu poterit?
 Nisi fallor gratitudo pars iustitiæ est, & vir-
 tus non vulgaris, eam ob rem primo crea-
 tori nostro in quo principaliter causa de-
 bitori inuenitur, gratias habere debemus.
 Deinde parentibus, qui nos genuerunt, &
 disciplinis imbuerunt. Tertio personæ quæ
 dignitate præcellit. Quarto cuilibet bene-
 factori gratos nos oportet præbere. S. Tho.
 22. quæst. 106. artic. 1. ratio ipsa expostulat,
 vt ad conferuandam amicitiam ad sit re-
 compensatio, vt pulchrè Aristoteles com-
 monefacit. Vnde apostolus salubre dog-
 ma nobis dedit dicens. Semper gaudete,
 sine intermissione orate, in omnibus gra-
 tias agite. Gaudet atque iubilat mens quæ
 orationi in omni loco vacat, prouidens
 Deum

Gratitu-
do.

Ethi. 9.

Deum in conspectu suo semper, velut Da-
 uid de se profitebatur: Talis in cunctis gra-
 tias Deo optimo agat, siue illa prospera sint
 siue aduersa, nec oportet vt omnia arri-
 deant. Exemplo nobis egregio est vir san-
 ctus Iob, qui etiam in sterquilinio iacens,
 vulneribus sauciatus, bonis omnib⁹, etiam
 filijs orbatus, vxori tentanti respondit. Si Iob. 1.
 bona suscepimus de manu domini, mala
 autem quare non sustineamus? Dominus
 dedit, dominus abstulit, sicut Deo placuit
 ita factum est, sit nomen domini benedi-
 ctum. O mirabile dogma, quis vt par est
 poterit illud explanare? Vtinam omnes fi-
 deles suis pectoribus tā salubre documē-
 tū alti⁹ insculperēt, mordicus quæ tenerēt.
 Ad sunt diuitiæ, salus, aut honos, dicamus
 supplices. Sit nomē dñi benedictū, qui dat
 affluētē & nō improperat. Imminet ino-
 pia, lāguor, & ignominia, vel labor quiuis,
 rursus corde orates simul & ore clamem⁹.
 Sit nomē dñi benedictū, nā hoc est in pa-
 lestra huius vitæ viriliter pugnare, à dex-
 tris & à sinistris per infamiam & bonā fa-
 mam, quemadmodū diuus apostolus, fide Iudi. 5.
 les quosq; edocet. In cuius typo A iot bella-
 tor strenuus, sinistra manu vtebatur pro
 dextera, vt in sacra pagina legimus. Sanè

Nota.

Figura. qui prosperitatis tempore duntaxat, Deo laudes offert, vt Philomena vernis decantat diebus, hyemalibus vero, aut obmurescit, aut ingemiscit. Equidem calamitas abhorrenda non est, quin potius vehementer appetenda, quippe quæ tot bona secum adfert. Apostolum audiamus, vt posthac ea adueniente minime contristemur. Tribulatio ait patientiam operatur: patientia, spem, spes autem non confundit. Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. En aurea catena, ex tribulatione pender. Ea namque radix est patientiæ, quæ opus perfectum habet. Ex patientia spes sancta confurgit, quæ plane, neminem vnquam confundit, eo quod in rupe firma sita est, scilicet in Deo. Quid quod tribulatio solum est ingētis Dei amoris erga nos. Sūmī

Apoc. 3. Dei verba hæc sunt. Quos diligo arguo & castigō. Et iterū Paulus flagellat aut omnem filium quem recipit. Sed quid ni adoprionis filius flagelleretur & nonnullis grūnis affligatur, quum pater cęlestis vnigenito suo Christo Iesu, non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum crucifigēdum? præposterè ergo caro nostra cęcutiens iudicat. Mala quæ Deus immitit non ma-

la

la sunt, sed beneficia magna, quibus velut impulsus instar nauis æquoreos fluctus scindentis, agilius & velocius, ad regni cęlestis portum properamus. Gratiigitur sumus in omnibus, ne fortè noxa ingratitude nos inuoluat. Ingrati spes tanquam Hybernalis glacies tabescet, ait Sapiens. **Sapi. i 6** Quin tam est ingratus impius, vt non modo nouis beneficijs sit indignus, sed vt iam accepta ei adimantur meretur. Quod plane in seruo illo qui talentum in terra abscondit, & in eo qui mna in sudario inuoluit, euangelij historia patefecit. Miror ethnicum hominem alioqui doctum, qui lib. 3. de beneficijs sic ait. Ingratus est qui beneficium dissimulat, ingratus qui non reddit, ingratisimus omnium qui oblitus est. Itaque quemadmodum tres sunt gratitudinis gradus, maxime laudabiles, ita tres etiam sunt gradus ingratitude valde execrabiles. Grati hominis primus gradus est, vt donum acceptum agnoscat. Secundus vt laudet benefactorem & gratias agat. Tertius, vt pro loco & tempore retribuatur prout valet. At contra. Primus gradus ingratitude, est vt vicem non rependere. Secundus dissimulare. Tertius & grauissimus non recognoscere, si-

S. Tho.

ueper obliuionem, siue quocunque alio modo. S. Tho. 22. q. 107. ar. 2. beatus qui diu noctuque beneficia Dei tum peculiaria, tum vniuersalia versat in mente, & gratiarum actionibus instat, sepe numero cum

Pfal. 115 Dauidē dicens. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Adnotat beatus Augustinus illud:

S. Aug. quæ retribuit mihi. Retributio velut merces est. Sed vbi obsequia vt dominus retribueret nobis tanta beneficia? Equidem, vt nos improbi Deo mala pro bonis tribuimus, sic ipse, vtpote pius parens, pro malis patris bona exhibet. Quam obrem ait, in psalmo, nostram taxans ingrati-

Pfal. 34 tudinem. Retribuebant mihi mala pro bonis. Quid retribuam domino ait virgo benedicta verbis prophetę vtens? Quid dabo ei pro omnibus, quæ retribuit, ac præstitit mihi? Laudabo eum, & recensens magna quæ cœpi, omnes mecum ad gratiarum actiones excitabo. Fecit mihi magna qui potens est. Potentiam eius indico, non curiosa indagatioe scrutor, sciens quoniam scriptum est. Qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Non propter me magna illa mihi fecit, sed sua gra-

tuita

cuita donatione ea facta sunt, & affatim ancillæ suæ impensa.

¶ Nomen in hoc loco recte pro fama sumitur, & est vsitatum in sacra scriptura. Vnde in psalmo. A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen domini. Et iterum.

Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Et tanquam rationem huiuscemodi indicans confestim subnectit. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Quãdoquidē ob oculos habebat Christi Iesu gloriosam ascensionē, postq̃ spiritus sanctus in linguis igneis super apostolos venit, & sua gratia repleuit, illuminās & roborās eorū pectora, ita vt leonū in morē, vbiq; terrarū nomen sanctū, virtutē & famā eius prædicarent. Signis atq; portētis quod ore doccāt obfirmarēt, sanctū est nomē eius, purum,

Pfal. 8.

Text.

& candidum, nihil obscurum aut terrenum habens. Quin nitidius ac lenitūs oleo ipso, hoc sanctum nomē est. De quo spōsa in canticis. Oleū effusum nomen tuū. Iesus, nomē sanctum & terribile vocatur in psalmo. Sāctum, quo sanctificātur fidelīū corda, quo demones effugantur & mortui reuiuiscunt. Sanctum est, & torius sanctitatis limpidissimus fons, ex quo tot charis-

Psal. 1.

Iesus non matum dona in sancta ecclesia quotidie
men san emanant. Neque est aliud nomen nobis
ctum. datum sub celo, in quo oporteat nos sal-
uos fieri. Ecce ab hoc nomine cuncta sca-
turiunt dona. O sacrosanctum nomen,
sanctum nobis credentibus & toto corde
in te fidentibus. Terribile & horrifonum,
inimicis infestantibus nos. Sit ob id, hoc
salubre nomen, mel in ore, melos in aure
iubilus in corde, ut apud sanctus Bernardus

S. Bern. admonet. Oleum effusum est, quo con-
super ca scientia vlcera yngantur, & lapidea pecto-
tic. ra emolliantur. Eo intellectus illuminatur,
voluntas accenditur, memoria roboratur.
Tandem hoc mirifico oleo, reges & sa-
cerdotes ynguntur, ut iam iam simus gens
sancta genus regale, populus acquisitionis,
1. Petri. in Christo Iesu rege nostro.

¶ Et misericordia eius, a progenie & in pro-
genies, uimentibus eum,

Ad misericordiam summi numinis lau-
dandam sese contulit virgo egregia, post
quam magnalia dona sibi elargita nobis
pandit. Quae quidem misericordia tam
est magna ut velut ingens flumen, ne ut
mare vastissimum dicam, caelum terram-
que irrigat & omnia quae in eis sunt in-
in

briat iuxta illud Psalmi. Domine in cae-
lo misericordia tua. Et iterum. Miseri- Psalm.
cordia Domini plena est terra. Pulchre
primo nomen sanctum Dei laudauit, de
quo ad Prophetam dixit ipse. Cur quaeris Gen. 32
nomen meum, quia mirabile? & recte quidem
mirabile, quonia esse Dei nomen illius est.
Vnde ad Moysen inquit. Ego sum qui sum, Exodi. 3
hoc est nomen meum in aeternum. Pulchre in-
quam, de misericordia illius fit sermo, qua
vel maxime nomen Dei plus in mundo il-
luxit, & idolis abolitis, in quibus homi-
num dementia satanam colebat, creato-
ris & veri Dei gloria oblita. Idque peni-
tius sanctus Apostolus considerans ad E-
phesios ait. Deus autem, qui diues est in mise-
ricordia propter nimiam charitatem qua
Ephef. 2
dilexit nos, cum essemus mortui peccatis,
cōiuificauit nos in Christo. Nihil est in
Scotsu. r
d. 2. q. 2
Deo quod non sit Deus, eo quod substan-
tia sit simplicissima. Ergo siue potentiam,
siue sapientiam, siue aliquid aliud in Deo
contemplamur, thesaurus infinitus sit o-
portet. De sapientia habetur in Psalmo. Psalm.
Magnus Dominus & laudabilis nimis, &
sapientia eius non est finis. De potentia Dei
iterum dixit Dauid. Magnus Dominus &
laudabilis nimis & magnitudinis eius non

Quæsti. est finis. Cum res ita habeat, & Deus optimus æque diues est in sapientia & potètia atque iustitia, quorsum misericordiæ tantum meminit dicens. Deus autem qui diues est in misericordia. Et ad Romanos item ait. Deus diues, in omnes qui inuocant illum. Vbi animaduertendum est, quod Deus statim post peccatum Adæ, diuitias suas ostendit impiis plectens, & in eos animaduertens, vt ipsi erant commeriti. Quod perspicuum est, in cathelismo, vbi sunt omnes penè homines submersi, dempto Noe iusto & familia eius. Post hoc, penthapolis, sulphureo igne è cælo delapso, fuit exusta, & in fauillam redacta. **Quid** de Datham & Abiró & domibus eorum, vniuersaque sapellètili referam, quos terra dehiscens deuorauit, viuos & glutinit. Mira res, nec Deus populo suo parcebat piacula patranti, quominus misso igne ex alto, eos quos rebelles in Mosèim & Aaron agnouerat combureret, vbi magna ià parte populi exusta, Aaron thuribulum accepit, & incensum ponens, stans inter mortuos & viuentes, hoc fuffitu est placarus iudex iustus, & cessauit plaga deuastans. Ecce vt leo Deus olim

lim diuitias potentia suæ maximè ostendebat. Vnde Propheta satis verum dixit. Leo rugit, quis non timebit? Vna quæque vindicta quarum nunc meminimus, quid **Amos. 3** aliud est, quam rugitus quidam Dei, què peccatores sum moperere timere oportet ne incidant in manus Dei viuentis, quod planè horrendum valde est **Apostolo** teste? Videns igitur Deus, vt est pius & misericors, quod vindictam sumens de impijs, ligna inferno mittebat, & quod nemo mortalium cælum intrabat, versa vice diuitias misericordiæ suæ referare cupiens, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos, in sanguine filij sui. Ita vt qui quondam rugiebat vt leo, nunc ingemisceret & pateretur vt mansuetus agnus. De quo præcursor ait. Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi. **O** miram ac vehementer mirandam erga nos summi numinis dignationem. **O** mirabile charitatis in nos affectum. Qui olim sceleratos homines comprehendebat, in horto Gethsemani comprehenditur, & funibus alligatur. Qui flagellabat improbos, flagellatur in domo Pilati & diris caditur fustibus. **Qui**

Nota.

Iban.1

S. Tho.

qui meritò impios occidebat, pro impijs subijt crucis patibulum oppetēs mortem. Enquam diues Deus sit in misericordia nunc, quippè qui quondam sese ad eò locupletem ostendebat in potentia & iustitia circa homines. Vnde sanctus Thomas; de hac egregia virtute differens. 22. q. 30. ar. 4. misericordiã dixit maximã esse virtutem in Deo. Ratio, quia ipse superiorem non habet. Id eò ait, ego Dominus & non est alter. In nobis autem charitas maxima virtutum est, quoniam per illam Deo coniungimur. Qua propter Paulus Colossensibus inquit. Super omnia charitatem habetes, quia charitas est vinculum perfectionis. Præmiserat Paulus antea. Induite vos viscera misericordiæ sicut dei electi. Itaq; secundum se maxima virtutum misericordia est, & suapte natura defectus aliorum subleuat, quod maximè superioris est. Quas ob res sacra canit ecclesia encomia illa proferens. Deus cui proprium est misereri semper & parcere. Et in hoc dicitur, vel maximè eius potentia manifestari. Atqui, potissimè Dei benignitas in opere incarnationis elucescit, ob id regalis Prophetæ orabat Deum. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam suam.

Psal. 50

Quin

Quin & hæc misericordia effectum sortita est ab origine mundi, ex quo facta est Adæ reuelatio de Messia venturo. Hinc Apostolus. Sacramentum magnum hoc, in Christo autem dico & in ecclesia. Ergo Euz productio ex Adæ costa, adumbrabat ecclesiam nascituram ex latere Christi Iesu in cruce dormientis, vt disertè explicat beatus Augustinus. Imò pœnitentia protoplastorum, & omnium fidelium ante Messie aduentum, & postea, in sanguine Saluatoris virtutem obtinuit. Alioqui sanctus Ioannes in Apocalypsi sua nō diceret. Agnus qui occisus est ab origine mundi. Occisum appellat eum qui nondū natus erat ex virgine benedicta, nam promissio & pollicitatio Dei ad eò efficax & vera est, vt quam primum quicquam ipse sponderit, tanquam opere completum habeatur. Occisus erat agnus Dei, antè quam filius patris cælestis homo factus in mundo appareret. Interfectus inquam erat velut in typo, quãdo Abel vir sanctus, ab iniquo Caim perperam interemptus est. Rursus vbi in montem Isaac euasit, & Abraham arietem sentibus hærentè Deo obtulit super altare, ibi tãquam in vmbra & inuolucto agnus innocens Christus o-

S. Aug.

Apoc. 13

Genesi.

bijt.

Bijt. O quam aptè quamque pulchrè cantat nostra tympaniftria. Misericordia eius à progenie & inprogenies. A principio mūdi ad finem eius vsque attingit, ita vt nemo fit qui se abscondere valeat à calore eius. Alludit ad illud Dauidis. Misericordia Domini ab æterno vsque in æternum.

Pſalm⁹.

Oſea. 6

Vos iam discite misereri fratribus vestris, nam scriptum est, misericordiam volo & non sacrificium. Estote misericordes, sicut pater vester cælestis misericors est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Hunc patrem misericordiarum & Deum totius consolationis, pro virili nostra imitemur, vt misericordiam ipsi inueniamus, qua vel maximè vtpotè miseri & omnigena peccatorum varietate obſiti indigemus. Quid autem sit misericordia aperit scite diuus Augustinus. lib. 9. de ciuitate Dei. c. 13. Misericordia est alienæ miseræ in corde nostro compassio, qua vtique si possumus, subuenire compellimur. Verè adnotanda sunt singula, quoniam singularem deſtulant considerationem. Sed ad illud quod in cantico virginis sequitur veniamus.

Nota.

S. Aug.

¶ Timentibus eum, inquit virgo sacra. Sanè Dei omnipotentis miseratio omnes generaciones

neraciones ab exordio mundi amplexata est, quemadmodum sermone succincto, nuperrimè attigimus. est nimirum tam magna, tamque ampla, vt etiam immeritos non horreat. Quin & quanto inferiores fuerint, tanto ampliori beneficentia eos prosequitur. Vt de Saulo, Acto. 9. Mathæo, & peccatrice Magdalena, nec non de sancto latrone ob facinora in cruce pendenti, videre est. Veruntamen super timentes Dominaū, non nihil amplius illius misericordia splendet. Mitto nunc quod aliqui geminatam hanc progeniem de vtroque populo Hebræo & gentilico, intellexerunt, iuxta illud. Vobis oportebat primum prædicari verbum Dei, sed quia indignos vos fecistis ecce transgredimur ad gentes. Quod tam est verum vt expositione non indigeat. Sed de eodem populo id intelligendum potissimè existimo. Vnde Malachias ait. Vobis timentibus nomen meum orientis sol iustitiæ, & sanitas in pœnis eius. vlti. Sol iustitiæ Saluator noster est, quem Ioannes lucem veram vocat, illuminantem hominem omnem in hunc mundum venientem. Sol iustitiæ est, de

Sapi. 5 de quo insensati illi aiebant. Sol iustitiæ non est ortus nobis, Non audent asseuerare improbi Christum non esse ortum in mundo, sed illis verè ortus aut natus non fuerat. Dilexerunt sanè magis tenebras suorum peccatorum quam lucem calicam, vniuersum orbem perlustrantem. Nō est ortus nobis. Cur ita? Quoniam nobis ceculentibus, & mediā nocte ambulantibus, maluimus conticescere in tenebris, quam in luce meridiana cælorum iter arripere. Quibus frugiferus & vehementer vtilis est Christus totius naturæ sol? Nempe timentibus nomen eius, illis qui non dicūt degustato hoc cælesti cibo. Nauseat aīa nostra supra cibo isto leuissimo. Quique vt rebelles ac procaces illi non dicunt, nolimus hunc regnare super nos, non habemus regem nisi Cæsarem. Quin potius cū sponsa dicunt, & totis sui cordis medullis aiunt. Comedi fauim meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. Quod de sacrosacrato altaris mysterio oportet intelligi. Nonne scriptum est. Qui timet Deum faciet bona, & qui continens est iustitiæ apprehēdet illam? Vis agnoscere timeas Deum nec ne? Opera tua expe-
 Note
 Num. 21
 Canti. 5
 Ecclesi.

fiunt. Timor Domini expellit omne malū. Quid plura? Scripturā attentius audi. Si Eccl. 15 seruaueris mādata, ipsa conseruabunt te. Verum enim verò si miles in bello serua-
 Simile.
 uerit ensē, ensis seruabit vicissim militem, ne forsan succumbat. Nonne sermo Dei viuis est, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, vt quam optimè asserit Apostolus. Et rursus gladium accipite quod est verbum Dei. Si volueris ergo mandata Dei seruare, ipsa te seruabūt ne in voraginem scelerum, & præcipitiū delictorum prouas. Scriptū quippe est. Qui timēt Dominum seruant mandata Eccl. 2 illius. Idque Saluator noster apertius docuit. Si quis diligit me sermonem meū ser-
 Ioannis.
 uabit. At contra. Qui non diligit me sermones meos non seruat. Vnde compertū est, timorē Domini & dilectionem eius signum efficax fore, si mandatis illius pareamus, & ea pro captu nostro implere enitamur. Literis memoriæ proditum est, misericordiam Dei effusam esse super Abimelech regem Gerare: quia timebat Do-
 Gen. 20
 minum. Nec velim hic quispiam corde pavidus præpostere intelligat, sanè timor ille Deo placidus non est: quo Petrus correptus ter Dominum negauit. Nolite ti-
 Mat. 10
 mere

Iudit. 7 mere eos qui occidunt corpus ait Dominus. Imò pavidos & formidolosos magno pere inuisos habet Deus & palmæ victoriæ indignos iudicat, ac de exercitu suo explodere præcipit. Misericordiam imparti timentibus eum, quique timore filiali eum venerantur, corde & ore & opere, illi inseruiunt, præcepta illius seruantes.

Textus. ¶ Misericordia eius à progenie & in progenies timentibus eum. Hoc loco misericordiam Domini virgo Mariam exaltans quæ quidem magna est, & mirabilis in opere incarnationis, nos ad miserendum fratribus nostris afflictis allicit, vt simus tanti patris cælestis filij. Scientes Salomonem, non abs re ostiola ad sancta sanctorum ex lignis oliuarum fecisse. Oliua quidem cuius fructus oleum est, misericordiæ opera adumbrat, quibus reseratis, in regnum cælorum intrabimus.

Mat. 25 Dicente Domino esuriui & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi bibere. Venite benedicti patris mei percipere regnum quod paratum est vobis à patre meo. Misericordies beati appellantur quoniam misericordiam consequentur. Hoc est suorum delictorum veniam accipient, insuper

insuper & Christum regem in decore suo videbunt. De quo Propheta dicebat. Osten de nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Perinde ac si dicat. Satis ostendisti potentiam tuam in creatione mundi ex nihilo facti, sapientiã tuam palam fecisti omnia gubernando & prouidentia tua, tum cælestia, tum etiam terrestria moderando. Obsecro vt misericordiam tuam subindices, Salvatore meam nobis exhibendo: non ex operibus nostris quæ fecimus, id petimus, quæ nulla sunt, tot sceleribus inquinati. Ob id misericordiæ tuæ fidimus. Hanc supplices deprecamur, salutare tuum nobis vltro exhibe. Qui delicta quamlibet nostra magna cruore suo delectat, qui nostras accipiat calamitates & probra, suaque diuitias & misericordiã nobis vberrimè impertiat, ceu pollicitus es.

Nota.

¶ Fecit potentiam in brachio suo, disperfit superbos mente cordis sui.

¶ Miro ordine alma virgo procedit, nam teste Apostolo, quæ à Deo sunt, ordinata sunt. At contra, quæ diaboli, mundi, aut carnis sunt, sine ordine sint oportet. Nam vbi stultitia ingens ibi

confusio & chaos, ad sit necessum est. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deū, inquit Paulus. Qua dementia vehementer laborat princeps eius dæmon, ut ut cæcus cæco, proh dolor, ducatum præstet. Unde fit, ut misere ambo in foueam gehēnalem cadāt, ubi pœnas in æternūluant. At virgo sãcta Spiritu Dei afflata in canticu suo mirabili procedit ordine. Primò, quã sit misericors Dñs viris probis & virtute candidatis, qui timent ac reuerētur eum, deinde verò, quam sit seuerus iudex animaduertens in superbos, & arrogãtia turbidos, pulchrè ostendit. Fecit potentiam in brachio suo, grãce, habetur. Cratos. Id est robur, siue imperium. In brachio autè dixit, quasi per brachium, hoc est per mesiam. De quo Esaias. Brachium Domini cui reuelatum est? Exactè hoc schemate Christus Iesus nominatur, nam cum virtus Dei sit ad salutem omni credenti, iure brachium patris appellatur. Nempe ipse est, quo pater cœlestis omnia portat, iuxta illud Pauli. Portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens. In hoc brachio oues & agni congregandi erant, & in vnum ouile adnumerandi.

Esa. 40

Vnde oraculum illud extat. In brachio suo

suo congregabit agnos. Vox huius brachij est. Alias oues habeo, quæ non sunt ex Ioannis. hoc ouile, & illas oportet me adducere. Et fiet vnum ouile & vnus pastor, vna fides, vnum baptisma, & vnus pater omnium. Ecce ad congregãdos agnos ouesque, brachium Domini huc deuenit, pastorem agens, & Dauid optimi pastoris instar, leonem & vrsū interficiens, satanam sc̃uis simum euincens, baculoque sanctæ crucis percutiens, ex eius ore rabido oues suas potenter eruit. Fecit potentiam. Phrasis hebraica est. Id est potenter operatus in brachio suo mesia, robur & imperium fecit. Eripuit nos de potestate tenebrarum. & transtulit nos in regnum dilectionis filij sui. Ecce robur stupendum, & imperium admirandum quod pater in filio suo Christo, siue per filium suum fecit. Quanto affectu ardentique desiderio hoc patres spiritus sancti oprabant indicat ecclesiasticus. Glorifica manum & brachium dextrum. Nunc manus vocatur filius Dei eo quod pater per verbum suum omnia fecit. Emitte Psalms. manum tuam de alto, eripe me de aquis multis & de manu filiorum alienorum, precatus est Dauid aduentum mesia promissi desiderans. Nunc brachium i-

Eccl. 36

Psalms.

Tractatus

dem filius vocatur, ob miram verbi Dei virtutem. Quare sapiens sic orabat. Glorifica manum & brachium. Mitte de celo verbum tuum nobis, vt induat naturam fragilem nostram, & sic quod infirmum est Dei fortius erit hominibus, & & dæmonist. Triumphabit principes & potestates tenebrarum harum in carne sua, deuincit mortem moriendo, & glorificabitur mirum in modum resurgendo, & celos omnes propria virtute penetrando. A corpore quidem brachium, & à patre filius procedit ei coequalis. Ideò rectè brachium Domini dicitur verbum patris, quod erat in principio apud Deum, & Deus erat verbum. Cæterùm homo brachium habet, sed fragile & nullius roboris. Rex Ægypti superbus falso se fortem aduersus Deum fore cogitabat. Vnde Dominus ad Ezechielem. Fili hominis brachium Pharaonis regis Ægypti confregi. Huc pertinet, quod victoriam de hoc tyranno adeptam Dauid enarras dixit. Qui percussit Ægyptum, cū primogenitus eorū, & eduxit Israel de medio eorum, in manu potenti & brachio excelso. In hoc potenti brachio rota sit spes nostra, in eo figamus confidentiam omnem, ne quod absit de nobis

Eze. 30.

Psal. 35

in Magnificat.

292

nobis dicatur. Maledictus homo qui confidit in homine. & carnem ponit brachium suum, & à Domino recedit eor eius. Sanè qui in diuitijs perituris gloriantur, qui de honore hominum blandiuntur, aut de corporis pulchritudine & fortitudine se iactant, ij in hominibus frustra fidentes maledicti erunt, quoniam carnè brachium suum stulte posuerunt. Omnis caro fœnum & omnis gloria eius quasi flos fœni. Quid fragilius fœno herbula debili. Aut quid flore eius inutilius? Non profectò instar cedri in altum sese erigit, nec more palmę viret, veluti in libello, Qui certamen bonum vocatur fufius deseruimus. Breui admodum fœnum arefcit & flos eius decidit. Quas ob res malè dictioni obnixus sit equum est, quisquis in homine confidit, aut in diuitijs honoribusve, spem suam locauerit. In Christo Iesu, spes nostra sita sit, qui brachium patris omnipotentis est. Hinc Origenes ait. Timentibus fecit potentiam in brachio suo, quia licet infirmus ad Deum accesseris, si timueris eum promissam virtutem consequeris. Fecit potentiam planè, non per Moſem contra Ægyptios, nec vt per angelū contra

Hier. 17

Esa. 40

Origenes.

blasphemum Senacherith tot millia Assyriorum prostrantem, sed per filium suū ynigenitum, hostium cuneos gloriose superauit. Atqui illi corpora tantum inimicorum trucidabant, sanguinem illorum tanquam aquam effundebant, in brachio patris caelestis parata est victoria, quam sanguine suo benedicto acquisiuit nolens mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & uiuat. O trophæum mirabile, ô gloriosum triumphum nimis, moriendo mortem superauit, & vt alter Eleazarus fortis, elephantem belluam immanem occidens, succubens ipse occisus est. Surrexit nihilo secius die terra gloriosus, captiuam ducens captiuitatem, satana deuicto & limbo patrum expoliato. Verum triumphantis vox ea est. Data est mihi potestas in caelo & in terra. O brachium fortissimum, cui resistere nemo valet, cum Esaia supplex orare ausim. Esto brachium nostrum mane, & adiutor in tempore tribulationis. Et rursus cum regali Propheta dicam. Redemisti in brachio tuo populum tuum, tuere defende gregem quem cruore tuo rosco emisti. Contere brachium versuti serpentis, quotidie ecclesiam tuam sponsam infestantis,

tum

Figura.

Ioannis.

Esaï. 32.

tum infidelium superbia, tum heu tot hæreticorum versutia ac duritia, vnicam columbam tuam vnice dilectam nititur deglutire. Non dubitare fas est, quod porta inferi non præualebunt aduersus eam interim tamen infestatur, & non paruam Mat. 16 accipit iacturam. Donec manus tua potes protegat, liberet, ac inimicis profligatis in portum pacis eam deducat.

¶ Dispersit superbos mente cordis sui. Bea Text. rus Cyrillus hunc locū de iniquorum dæmonum comitatu exponit, ideo dæmonū hostilis caterua hic intelligenda est. Hos sequentes in terra dissipauit adueniens dominus, & comeditos ab eis obedientię suæ restituit. Græce tamen, cardias auron. Idest mente cordis eorum. Ecce vbi superbia misera sedem suam ponat, nempe in corde iniquo humilitas thronum habere cupit vt superius de humilitate virginis differetes diximus. Quid autem sit superbia diuus Augustinus eleganter docet lib. 14. de ciui. c. 13. superbia est peruersæ celsitudinis appetitus. Et rursus lib. 9. de ciui. c. 12. superbia peruersè imitatur Deum, hæc pestis iniqua ab Isidoro lib. etymo. 10. ruina omnium virtutum vocatur. Habet hoc ratio recta vt, voluntas feratur in id quod

O o s sibi

sibi proportionatum est, ideo perspicuum apparet, quod superbia præ se fert aliquid quod rationi aduersatur. Cum vero malum sit animæ præter rationem esse Dion. 4. c. de diu. n.ominibus, ideo superbia peccatum est. S. Tho. 22. q. 162. art. 1. vnde Thobias filium suum instituit, maxime ab hoc vicio cauere admonuit. Superbiam in tuo sensu, aut in tuo verbo nunquam dominari permittas. Signanter dicit non dominari permittas eam, nam cogitationes volaticæ, non obsunt nobis voluntate renitente. Imo colluctatio illa, non parum meriti adfert. At si menti superbia dominari incipiat maximum peccatū est. Eo quod plus habet auersionis ab incommutabili bono, in quo est maior ratio peccati. S. Tho. 22. q. 162. artic. 6. **Quia** vt sapiens testatur superbia radix cuiusuis peccati est. Initium omnis peccati superbia. Quod quidem in illis qui dementia & superbia ducti turrim construere cœperunt qui cælum attingere apparet celebrare nomen suum volebant vesani & elati homines, veruntamē Deus optimus disperfit eos cogitatione cordis eorum, confundens linguam illorum ne sese intelligerent. Ecce initium peccati præsumptio illorum fuit. Ne veniat mihi

Eccl. 10

pes

pes superbiæ orabat obnixè sanctus rex David. Idque nos orare & iugiter præcari oportet, ne fera hæc iniqua cor nostrum dilacerare valeat. Hac maximè laborabant pharisæi & scribæ, ac sacerdotes veteris legis, insigne sanctitatis præ se ferentes, cæremônias mordicus tenentes, cordis autem munditiam & innocentiam nihili pendebant. Quos saluator humilis, cupiens saluare, duriuscule increpans ait. Hypochrite, bene Esaias prophetauit de vobis. Populus labijs me honorat, cor autem illorum longè est à me. Quod est dictu. Quæ externa sunt omni solertia exercent, magnificantes simbrias, & phylacteria sua dilatantes. Quæ vero interna flopendunt, non fidem aut charitatem habentes, imo fucatis verbis & operibus veritati toto resistunt nisu. Ideo similes eos dixerim sepulchris dealbaris. Quippe quæ, et si foris candida & speciosa appareant, intus plena sunt omni spurcicia. Aptissima quidem comparatio & tanto magistro digna. Superbus foris nitidus, ornatus incedit, sanctimonie signa ubique ostentat. Si autem aperias mausoleum, vermes reptantes inspicies, viscera corrodescentes, & cor miserum dilaniā

Psalms.

tes

Apo. 14 res. Nifallor mens superba, vermibus scater innumeris, ne dicam, serpētibz & scorpionibus abundat. Cecidit cecidit Babylō & facta est habitatio dēmoniorū. O miserā, & lachrymis semper desēdam habitationem: Dāmones septem inibi degunt, qui ad peccata capitalia septem eam pertrahunt. Nōne Marco euangelista teste, Magdalena sua delicta antea facta desente, ad pedes domini, septem dēmonia ab ea ciecit? Quod si ab vno tantum; filia Cananē male vexabatur, infelix anima in qua septem dāmonia existunt, quanto amplius cruciabitur? Saulis superbia, diuina sapientia sic disponēte, haud aliter rerūditur nisi diaboli sequitā. Vexabat regem spiritus nequam, vt superbus tortor & impius carnifex, superbum hominem cruciaret, ad humilitatemque saltem grandi cruciatu pelliceretur. At vero superbia eius ascendit semper donec in bello contra Philistin ipse suo gladio se enecaret. Sic cogitatione iniqua cordis sui dispersus perijt infelicitē. En quo dementiā superbus deuenire solet.

Exdo. 5 ¶ De Hebræis hoc etiam locum habet, qui ob superbiam suā humilem mēsiām Chri-
stum Iesum spreuerunt. Equidem, vt quō-
dam

dam in Aegypto dispersus est populus per omnem terram ad colligendas paleas, sic hodie Iudæi per vniuersā mundi climata dispersi, nec templum, nec arcam fœderis, nec regem, aut sacrificia habent. Amen dico vobis ait Saluator, quia relinquetur vobis domus vestra deserta. Hinc alto Dei iudicio factum est, vt inter sarracenos & turcas Iudæi habitantes, pro nihilo habeantur. Eo quod regem suum mēsiām crucifixerunt, quem nihilo fecius sequi, & amare toto pectore debuerūt. Ventilabro areā suam purgauit congregans fideles in horreum suum, paleas autem comburens igni inextinguibili. Quæ omnia ad mēsiām attinebant.

¶ Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Adhuc virgo sancta incarnationis effectus describit, loquens de rebus gerendis tanquam de iam gestis. Et hoc propter ineffabilem veritatē. Quos nuper superbos appellarat dicens. Dispersit superbos mente cordis sui, hosce nunc vocat potentes in sede, hoc est in gloriam mundi exaltatos. Verum vt sacra testatur scriptura, gloria i. Mac. a
peccatorum

peccatorum stercus & vermis. Mira comparatio hæc, rebus vilissimis facta, qua vesani & scelerati intelligere possunt, quam sit insignis eorum dementia, & frustranea gloria, quam tanto opere insudantes queritabant. Stercore nihil foedius, verme nihil est horribilius. Non taxat dignitatem sed elationem, non functionem aut ministerium, sed arrogantiam. Alioqui sapientia Dei optimi non diceret. Per me reges regnant. Potentes hoc loco superbi sunt, qui supra modum se extollunt, & non in Dei virtute, sed in sua potentia confidunt. De quib⁹ Seneca ait. Superbos sequitur victor à tergo Deus. Quæ sententia, non plane hominis ethnici, sed orthodoxi videtur esse. Deponit Deus potètes de fede gloriæ suæ, nam ab exordio mundi superbia cucurrit extento collo aduersus Deum, vti vir sanctus Iob de vnoquoque superbo asserit. Currit velut vir iustus Gregorius adnotat, & contra Deum currit, quoniam audacter perpetrat quæ Deo displicent. Etiam quia in malo opere, obstaculum de aduersitate non habuit. lib. 12. mora. cap. 27. verum superbia suapte natura deorsum trahit sequentes se, at contra humilitas sursum eleuat illos, qui non fucos sed vere humiles sunt, qua

Seneca.

Iob. 15.

S. Greg. li. mora.

qua de re humilitatis doctor Christus Iesus superbos deterrens corde humiles roborans legem illam æquissimam condidit. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & omnis qui se humiliat exaltabitur. Quæ utiq; non semel sed bis nobis inculcauit, tū per Matthæum, tum per Lucam eandem legem proferens. Ne forte in re tam seria tã que per necessaria, obliuio nullatenus mēti nostræ subrepat. Hæc quippe lex non modo in terra, sed primo in cælo apud angelos sancita est, quam lucifer transgressus, volēs soliū suū exaltare & se equare Deo, subinde corruit in barathrū demersus, flāmis perpetim cruciādus tradit⁹ est, de quo saluator. Vidi satanā tanq̄ fulgur de cælo cadētem. Equidē ipse illū vidit cadere, qui cū Deus sit superbū præcipitauit, & omnes cōplices eius in inferno detrudit. Quiq; vt pertinaces, sic in suo scelere obfirmantur, quāuis omnigena tormētōrū varietate cruciati, ideo regalis propheta de illis dixit. Superbia eorū qui te oderūt, ascēdit semper. Odiūt demones miseri creatorem suum, vtpote iudicē rectū, quem ad modum, reus aut latro iudicātem se habet inuisum, culpam suā minime agnoscēs. At cū omnipotēs Deus æquissimus iudex sit, poenas infert delin

Mat. 23.

Lucæ. 18

Nora.

Psal.

delinquētibus debitas, quo malum culpe, supplicio condigno ordinetur, nullumque sit malum impunitum, sicut nullum est bonum irremuneratum, quod naturalis ratio dicitur. Prostratis ergo superbis spiritibus, qui se falso exaltabant, par erat ut Michael & angeli eius qui se humiliarant, exaltarentur, victoria de superbis addepra, contra quos viriliter pugnarunt. Iuxta illud factum est prælium magnū in cælo: Michael & angeli eius præliabantur cum draconæ, & draco pugnabat & angeli eius & non præualuerunt, neque inuentus est locus eorum amplius in cælo. Stupenda plane res, & modis omnibus admiranda, in cælo ortum est bellum, quid miramur si in terra bella consurgant, & inter homines peccato obnoxios dissidia oriantur? Sensus & cogitatio humani cordis, prona sunt ad malum, ab adolescentia sua. Ratio, quia in peccato originali sumus concepti, ex qua radice oboritur, ut tam propensi ad mala simus. Sub hæc caueant maxime spirituales viri, superbi sint, scientes spiritalem esse culpam superbiam, & primo in spiritibus celestibus adinuentam. O superbiam pessimam ex nobili profapia ortam, in cælo enatā, è cælo delapsam. Quis vsq; adeo sapiens?

Apoc. 12

Gene.

Supbia.

sapiens? quis apprime virtute præditus? quis denique sanctitate candidatus, penitus re explodere & è corde euellere poterit, nisi gratia Christi Iesu fretus? Iure optimo discipulis gaudentibus, quod in nomine Iesu eijcerent demonia, incederi saluator stuit, retundens eorum cogitationes ait vidi satanam ait tanquam fulgur de cælo cadentem. Perinde ac si dicat. Si tam audax tam que potens superbia est, ut angelos inuasit eos que prostravit, & demones iniquos effecit, vos qui mortales estis, vermiculi humi reptantes, domosque luteas habitatis, vigilate, excubantes, ne forsatis bellua hæc crudelis, corda vestra sauciet, & præcordia dilaniet. Quod si angelis superbientibus Deus non pepercit videte ne vobis efferentibus gehennam ignis inferat. Hinc sanctus Basilius homelia. 22. S. Basil. de humilitate metue similitudinem ruine, qua cecidit diabolus contra Deum elatus & sub hominem cecidit, & in conculationem traditus est. Omnino vere memor esto paremie. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. In promptu habes domini dictum. Quisquis seipsum humiliat exaltabitur, & quisquis se exaltauerit humiliabitur. Ne sis iniquus tui ipsius

Pp iudex

S. Basil.

Iaco. 4.

Humili
tas.

iudex, sed ad gratiam te ipsum examina. Si boni quicquā habere te putaueris, illud in numerato tenens, eorum sponte oblitus, neque eorum gratia, quæ hodie recte facis insolescas, sed si quando te præfens factum nonnihil elatum reddit, ad memoriam reuoces quid olim mali feceris, & cessabit infensata animi inflatio. Hæc sanctus basiliius. In qua homeliâ potissimè nos admonet, vt humilitatem discamus, humilem Christi Iesu vitam semper ob oculos habere. A præsepio eius incipientes, ad crucem vsque & ad sepulchrum eius venientes. Sane omnis operatio saluatoris nostri, omnisque sermo humilitatem spirat, & nostri Deiectionem nobis nobis suadet. Quin & in ligno crucis affectu magno, auribus nostris vox illa insonat. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Mitissimus omnium Christus fuit, pro crucifixoribus deprecans, humilis nimis, quia inter iniquos reputatus est, qui totius mundi iniquitates tulit. Norma est nostræ humilitatis vita eius, ideo indefesse eam contemplemur oportet, sic ceu clauum clauo pellentes superbiam effugabimus.

Luca.

¶ Phariseus ille impudens, & vehementer super

superbus, qui nõ solum in se ipso confidit, sed & publicanum, apud Deum traduxit, Iustitiæ gloriationem, superbiæ vitio perdidit. Publicanus autem se dimittens præ ipso iustificatus descendit, propterea quod gloriam Deo dedit. Mira res, cælum aspiciere non est ausus, sed solam propitiatione expetiuit, se ipsum habitu, & pectore percussio condénans. Obseruemus exemplum hoc, quod nobis attulit dñs, & inspiciamus magnam iacturam, ingens que nocumentum, quod adfert superbia iniqua, & ne posthac aduersus quæpiam quamlibet impium insolescamus. Ecce quomodo Deus deponit superbos de se confidetes, & exaltat humiles qui nihil sibi fidunt, sed toti à Deo pendunt. Quid de Amâ assueri regis princlpe dicã? Is apud regē primus erat, adeo vt imperator soliũ eius exaltaret super omnes principes, cunctique serui Assueri qui in foribus palatij versabantur flectebant genua & adorabant eum. Et quod plus ponderis habet, anulum quo utebatur, pro sigillo, illi fidit dicens. De populo age quod tibi placuerit. Quæ omnia in libro Hester comperta sunt. Atqui, tam insignis fuit eius præsumptio vt contra fas, delere penitus moliebatur, Iudeorum gèrem.

Nota.

Heste. 3.

Vnde summi Dei consilio factum est, vt in cruce procerā valde quam Mardocheo parauerat, ipse suspensus obiret. Mirabile dictu, ex mensa regis conuiuia factus, ad crucis ignominiam & supplicium descendit. Mardocheus indutus honoratur veste regali, in equo regis vectus prece clamabat. Hoc honore dignus est, quemcunque rex voluerit honorare. Sic sic rex altissimus Deus superbos deprimat, humiles, & abiectos exaltare solet. Hinc scriptum est. Sedes ducum superborum destruxit; & sedere fecit mites pro eis. Idque de saulo rege superbo deiecto, & Dauid humili ad regni solui exaltato, intelligendum nemo est qui ambigat. Nonne in libro iudicum legimus, omnes potentes in essebō prostrauerunt. Essebon, id est cogitatio meroris interpretatur. Et recte superbi in Essebon degunt tristitia & mestitia affecti, noctu ac die cogitantes, quoniam modo ad maiora conscendant. Minores timent ne ascendant, maioribus inuident, & sic non est pax vlla impijs, superbis.

S. Aug. Diuus Augustinus lib. de virgini. inquit. superbia inuidiam parit, nec vnquam est sine tali comite. Nec abs re sanctus Gregorius. lib. 13. moralī. reginam viciorum omnium

omnium illam vocitat, quæ cum cor de- uictum cœperit, mox quasi quibusdam du- cibus vastandum illud septem vitijs prin- cipalibus tradit. S. Tho. 22. quæst. 163. arti. 8. hoc sane peccatum sunt prothoplasti, nam apperijt quoddam spiritale donum supra mensuram suam, quod peculiare est superbię, vt late ostendit sanctus doctor. 22. quæst. 163. ar. 1. vnde Augustinus ad O- rosium scripsit. Homo elatus superbia, sua- sioni serpentis obediens præcepta Dei con- tempnit. Luculenter ergo dictum est, ini- tium peccati superbia.

¶ Sed vt ad effectum incarnationis, hoc to- rum referamus, de quo vaticinata est Dei- para in hoc excellenti cantico, de pharisęis & scribis ac sacerdotibus, hæc depositio potentium potest intelligi. Sedebant super cathedram Moyfi & docebant populum legem Dei, quibus saluator non vulgarem poenam interminatus est. Amen dico vo- bis, aufereur à vobis regnum & dabitur genti facienti fructus eius. Non quidem spiritalē intelligentiam habebant legis, sed cortici litere herēbār ideo supue de se ser- tiebant. In cuius typo, sacerdos Heli non poterat videre lucernā. 1. re. 4. Imo de sel- la cadēs capta arca Dei obiit, quasi finito

Pp 3 facer

Tractatus

Hebr. 7 sacerdotio. Quo translato, vt pulchre arguit apostolus, neceffe erat vt legis trāssatio fieret. Itaq; illis ob superbiam illorū sublatis, ius erat, vt humiles piscatores exaltarentur, & principes super omnem terrā cōstituerentur. Hinc scriptū est. Radices superbarum gentiū arefecit De⁹, & plātauit humiles exgentibus. Et illud. Iob. 12. effudit oppressiōne super principes, & eos qui erāt oppressi releuauit. Quin & eisdē qui antea superbi fuerant Deus deiiciēs, illos exaltat. Quod de Paulo superbo gestum legimus, Christus Iesu sua virtute eum proftrauit, vt erigeret, exēcrauit vt illuminaret. Saulum Deiiciens, Paulū sic euexit in sublime, vt vas electionis efficeret, vt portet nomen benedictū Iesu, corā regibus, & principibus, & filijs Israel. Nos ergo Christum oremus de mētibus nostris omnē superbiam depellat, vt humiles facti gratia sua, exaltet nōs in die visitationis suae.

¶ Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

¶ Esaias prophetarum eximius, quantum cōmodi, & vtilitatis messiae aduentum tādū vidēs afferre, sese cōtinere nullatenus potuit, quominus plurimos incarnationis effe-

super magnificat.

effectus nobis accurate indicaret. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et ruūt praua in directa, & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei. Neminem latere reor, in sacra pagina, montem superbiam significare. Est quidem superbia peruersa celsitudinis appetitus, beato Augustino testante, ideo montium altitudo, superbia turgidos & inflatos apte indicat. Vnde regalis propheta montibus Israel mala imprecat⁹ est, rege Saule & Ionata à Philistim interemptis. Montes Gelboe, ait, nec ros nec pluua descendat super vos, vbi ceciderunt fortes Israel. Vbi palam ostendit, nomine montium elatos homines, quos demones insectantur vt trucident & dire interficiant. Et quoniam superbi rore & pluua saluari gratiae indigni sunt propheta orat & orando vaticinatur, superciliosos homines expertes fore cuiusuis omnipotentis doni. Dicente beato Iacobo. Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam. Hos nimirū pulchre valli similes dixit, nō ambulantes in magnis, nec in mirabilibus supra se. Cuius rei maxime cōsciū Dauid, in quodā psalmo dixit. Qui emittit fontes in cōuallibus inter medium

300

Esai.

S. Aug.

2. Re. 1.

Nota.

Iacobi.

Pfal.

montium, pertransibunt aque. Ecce montes Gelboe relinquit aridos, qui disperdit superbos mente cordis sui, qui deponit potentes de sede gloriæ suæ. At contra, humiles exaltat & fontis limpidissimi suæ gratiæ irriguo, mirum in modum rorat & implet. Vnde in nouissimo magno die festiuitatis, fons ipse in templo clamabat. Si quis sitit veniat ad me & bibat. Sitiētes compellat, non ebrios vino honoris diuitiarum ve pestilēti. Nam vt virgo sancta innuit: Esurientes implet bonis saluator mundi, & diuites dimittit inanes. Montes Gelboe scilicet horret, & valles irrigat, vt frumento bonorum operū abūdēt. Miror quidē, imo nemo tā est tenui ingenio præditus, qui mecum non admiretur, quā lepide, quamque perpolite alma Dei genitrix loquatur in hoc diuino cantico. Expolito apud rethoricos illa est, cum in eodē loco manemus, 4. reth. aliud atque aliud dicere videmur. Itaque eandem rem dicimus, nō autem eodē, sed vario modo. Profecto, rem eandem dicere & eodē modo nō expolire sed auditorē obtundere est. Nunc ad rem. Maxime virgo Maria in hoc carmine nititur ostēdere melsiē aduentum proficuum esse hominibus. Atqui magnopere cupit ostendere

viam

viam quam ipse veniat ad nos, & nos ad illum perueniamus, quæquidem humilitas est: per hanc velut per scalam Deus descendit ad nos, vbi exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Hanc mirabilem virtutem potissimē in Maria respexit, vt ex ea homo factus nasceretur. Hanc denique nos vult discere ab illo commonefaciens suos sectatores, vt mites sint & humiles corde. Ecce quæ nam sint præclara generis nri stemmata, nō auro argento ve exarata aut depicta, sed vt mites simus & humiles corde. Quas ob res Maria eandem rem dicens varijs tamen verbis superbiam quæ omnis peccati initium est, funditus conatur euertere, & humilitatem pectoribus nostris inferere. Quid aliud est superbos mente cordis sui disperdere, quam potentes de sede sua deponere? Aut quid aliud vult alma Dei mater nunc indicare, per diuites innanes relictos à Christo, quam quod de superbis & potentibus paulo antè dixerat? ceterum quos humiles prius appellauerat, nunc esurientes vocat, & hos bonis ineffabilibus, Deus qui diues est in misericordia, affluentissimē replet. Mirares quantum omnes sancti humilitatis virtutem, tum verbis tum exemplis nobis cō-

Vide S.
Aug. li.
50. ho.
50.

P p 5 mēda-

S. Baſil. medauerint. Beatus Baſilius in admonitione qua fecit ad filium ſpiritualem ait. In omnibus operibus tuis humilia te cora Domino, quia non erit gratum Deo quicquid efficitur cum ſuperbia: quod autem fit humiliter, acceptum eſt illi. Fili pre omnibus humilitati ſtude, quod eſt omni virtute ſublimius, vt ad perfectionis faſtigium poſſis aſcendere. Vir humilis Deo eſt ſimilis, & in templo pectoris ſui geſtat eum: ſuperbus autem cum ſit odibilis diabolo aſſimilatur. Humilis & ſi habitu videatur viliffimus, introrſus glorioſus eſt in virtutibus. Superbus vero, & ſi decorus videatur aſpectu & clarus, ſed tamen inutilem manifeſtant opera ipſius, & per hos inceſſus & motus dignoſcitur eius ſuperbia, & verbis ſuis publicabitur illius leuitas. Cupit ſemper laudari ab hominibus, & virtutibus ſe predicare geſtit. Non ſe patitur eſſe ſubiectum cuiquam, ſed ſemper primatum cupit, & ad maiorem gradum ſe conatur erigere. Et quod meritis obtinere non valet, ambiendo feſtinat. Ambulat ſemper tumens, vt vter vacuus & inanis, ſunt nauis abſq; gubernatore iactatur a fluctibus, ita & is circufertur, in oes actus ſuos. Humilis vero eſt contrario terrenum

Nota.

Simile.

renum omnem reſpuit honorem, & vltimum ſe iudicat omnibus hominibus. Nam ſi mediocris appareat in vltu Humili emiſens apud Dominum intuetur. Cum taſ. cofummauerit omnia mandata Domini, nil ſe feciſſe reſtatur, omneſque virtutes animae ſuae celare feſtinat. Nec te iuſtificare velis cum ad orandum acceſſeris, ne ſicut Phariſeus ex eas condemnatus. Memento Publicani qualiter proſe orauerit, emulare eum vt veniam peccatorum tuorum inuenias. Haec magnus Baſilius de improba ſuperbia fugienda, & de humilitate pro noſtra virili capeſſenda.

¶ Eſurientes dicit gentiles, vt pote, non habentes ſcripturarum ſacrarum ſuauium pabula, non lege aut mandata, quos impleuit redemptor noſter bonis ſcripturarum. At Iudeos diuites, in lege & in mandatis Dei, emiſit foras, terrenam & caeleſtem Hieruſalem inanes. Nihil enim habet, & ſi quid habere videantur. Vnde diuus Auguſtinus. Diuites vocat ſuperbos, qui ſe pre alijs abundare exiſtimant, & ij inanes ac vacui relinquuntur. Eſurientes dicit illos qui ſe vero bono indigere agnoſcunt, & hos bonis replet. Nam quo minus de ſe ſentiunt, eo maiora dona merentur accipere.

O muta-

S. Aug.

ō mutatio dextere excelsi, cunctis mortali-
 bus tremendi, habrei olim opulenti, qui
 fastidientes manna calicū dicebant. Nau-
 seat anima nostra supra cibo isto leuissi-
 mo, quanquam cibus ille omne delecta-
 mentum in se haberet, & omnis saporis
 suauitatem, & pulchrè sapiens recenter, ij
 porcorum siliquas esurientes appetunt, ina-
 nes mendicantes ad fores Lazari. Extat iā
 ysaia illa propheta, qua Anna Samuelis
 mater in cantico suo deprompsit. Prius re-
 pleti, præ panibus se locauerunt, & fameli-
 ci, id est Gentiles, saturati sunt. Inanes igitur
 dimissi sunt, spe sua frustrati, frustra ex-
 pectantes Messiam, qui restituat eis regnū
 Israel. Ad vesperam tamen conuertentur,
 & famem pascientur vt canes & circui-
 bunt ciuitatem, iuxta Dauid oraculum.
 Psalm⁹. Quid hoc est, ad vesperam conuertentur,
 nisi in fine mudi vt Apostolus ait, reliquie
 Israel conuertentur, vbi plenitudo gentiū
 intrauerit? quod quidem luce clarius appa-
 ret, parabola de nuptijs filij regis, & in
 alia cena magna, ad quam inuitati, quam-
 uis acciti, venire renuerunt, tunc impletæ
 sunt nuptie, discumbentibus claudis & cœ-
 cis. Nemo virorum qui inuitati fuerant gu-
 stauerunt cenam illam.

¶ Cate

¶ Ceterum aduerte, quod diuitiæ maxi-
 mē hominem in superbiam trahunt, qua
 in re Apostolus idolorum seruitutem rectē Ephes. 5
 auaritiā vocauit. Augustinus verò libro
 83. q. venenum charitatis dixit esse cupidi-
 tatem. Imò in Ecclesiastico scriptum est. Eccl. 10
 Auaro nihil scelestius. Non quod sit maxi-
 mum peccatum, cum maius delictum sit,
 adulterum & homicidium, sed idē gra-
 ue piaculum dicitur, quia infimo bono a-
 uarus subijcitur. Animam suam auarus ve-
 nalem habet ait scriptura. Bona exteriora
 infima sunt inter bona humana. S. Tho. 22.
 q. 118. ar. 5. Diserte sanē & rectē quidam
 Philosophus dixit. Nihil est tam angusti
 animi, tamque prauī, quam amare pecu-
 niam. Est etiam auaritia peccatum spiri-
 tale, quod completur in animæ apprehen-
 sione, dum auarus delectatur in hoc quod
 considerat se possessorem diuitiarum. San-
 ctus Gregorius lib. 31. moralium. & san-
 ctus Thomas. vbi supra. arti. 6. Cum ergo
 auari pleni sunt dolo & iniquitate, imò, a-
 uarus quisque ille est de quo Ioannes. Tu Apoc. 3
 dicis quia diues sum, & nullius ego, &
 nescis qui miser es, & miserabilis, pauper
 nudus & cæcus. Ius est vt à mensa regis
 summi inanes recedant ac vacui, tāquam
 indi-

- indigni, qui bonis veris repleantur. Nonne Elifus propheta salubre consilium dedit viduæ dicens? Pete tibi à vicinis vasa vacua. Quæ oleo impleuit gaudens & diues facta est. Ad eandem imaginem Deus non ster pectora non plena honoribus, diuitijs, aut oblectamenta carnis expetit, oleo gratiæ suæ cupiens ea implere. Repleti sunt Apostoli Spiritu sancto, linguis igneis apparentibus, eo quod esurientes orabant, misericordiam Christi Iesu implorantes indefessè. Tales sunt illi quos beare dignatur Saluator, quia esuriunt iustitiam. Beati inquit, qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. Ergo infelices qui esuriunt, & sitiunt, futilia bona, honores labiles, & carnis sedè delectabilia, quoniam huius modi, nunquam satiabuntur in æternum. Quin auaro diuiti nõ ab similes facti, guttam aque perientes, inter flammam sulphureas cruciati, famæ & siti peribunt. A pauperes spiritu edent & saturabuntur & laudabunt Dominum qui requirunt cum, vt quam bene regius psaltes testatur.
- ¶ Cæterum de orthodoxis hoc exponi potest. Esurientes fideles qui ad altare sacræ accedunt, & pane illo viuo qui de celo descendit
4. Reg.
- Acto. 2.
- Mat. 5
- Psalms.
- Sacra eucharistia.

scendit victitant, modo dignè accedant dubio procul, bonis innumeris replentur. Diuites verò qui addicti sunt diuitijs & seculi gloriam affectant, inanes eiiciuntur, & vt alter Iudas, rei sunt corporis & sanguinis Domini. Verum Apostolus hoc loco fulgurat, in eo qui desides & pigri sunt, neutiquam sese examinantes, antequam sacrosanctam Eucharistiã accipiant. Prober autem seipsum homo & sic de pane illo edant & de calice bibat. Non scrutari presumat tam abditum sacramentum, sed cum Iob dicat. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. Quid ni, qui sapientia patris est, cui nullus est finis, nostram sapientiam superet, & penitus euincat quæ finita & propè nulla est? Capriutantes omnem intellectum nostrum in obsequium Christi, proclui hanc mensam regalem adeamus oportet. Nempe qui scrutator est maiestatis oprimetur à gloria. Sic oppressi sunt Hereticorum cunei, volentes arcam Domini nudam spectare, vt Bethsamite, suo malo magno fecerunt quòdam. Verum qui carnes sacrificij tangebatur, statim sacrificabatur. Leniter tangens non curiosè interiora sacrificij scrutans sanctus abscedebat. Quo inuolu-

Corin.

Iob. 36

Leui. 6

inuolucro docemur fideles, reuérèter hoc
mysterium fidei venerari, fide & charitate
illud tractare, & in hospitium pectoris no-
stri reponere. Ob oculos illud habentes.

- Eccle. 3.** In omnibus operibus Dei, non sis curiosus.
Sed quæ præcepit tibi cogita semper. Ecce
dogma saluberrimum nobis traditam, ne
Dominus animaduertat in nos ira succen-
sus. In omnibus operibus Dei, facessat præ-
sumptio iniqua, abscedat curiositas hor-
renda. Maximè in hoc sacramento, quod
iure optimo Christus Iesus mysterium fi-
dei appellauit. Hic est calix sanguinis mei
noui & æterni testamenti, mysterium fi-
dei. Qui pro vobis & pro multis effunde-
tur, in remissionem peccatorum. Si ergo
mysterium fidei est, & fides substantia est
sperandarum rerum, argumentum nõ ap-
parentium, vt Apostolus clamat, par erit
vt tantummodo credamus, & charitate
accensi panem calicum hunc adoremus,
adorantesque edamus. Conscientiæ nostræ
feduli scrutatores simus, vt eam eliminan-
tes, per sacramentalem confessionem, nõ
contritione tenuis, nos ipsos probemus. Ve-
rum aurum lapide licio probatur, an ve-
rum sit nec ne, & ad eundem modum cor-
nostrum probari debet, contritione, confesio-

fessione, nec nõ satisfactione. Alioquin non
impleti bonis gratiæ conuiuæ recedent,
sed inanes, & peiores effecti, iudicium sibi
manducabunt & bibent. Pinguis panis af-
fer est, & præbebit delicias, regibus, dixit
Iacob. O panem cælestem, panem viuum
qui das vitam mundo. o panem valde pin-
guem, in quo diuinitas & humanitas Sal-
uatoris nostri latent. Ibi sanè sub velami-
ne panis & vini, sub accidentibus eorum,
totus Christus adoratur, manducatur &
dulcedo mirabilis in suo fonte percipitur.
Pinguis est panis asser Christi Iesu, quem
qui dignè edit, habet vitam æternam, di-
cente Domino Qui manducat hunc panem
viuet in æternũ. A deo pinguis est, vt nedũ
viviis sit sacramentum, sed etiam mortuis
& in purgatorio cruciatis sit sacrificium,
quod alijs sacramentis non contigit. S.
Thomas 3. p. q. 83. ar. v. Quæ nam lingua
narrare poterit pinguedinem & delicias,
quas Deus omnipotens in hoc sacramen-
to abscondit? Sed quibus eas largitur? V-
tique regibus, non mancipijs qui seruiunt
mundo, diabolo, aut carni. Reges sanè illi
sunt, qui animæ suæ potentias rectè guber-
nare solent. Qui proprijs passionibus viri-
liter imperant, nec succumbunt vnquam.

Qq Qui

Qui corpus suum poenitentię legibus subiiciunt. Qui tandem quotidie crucem suā portantes, cum carne suā manus conferūt. Ijs regibus rex ille optimus Christus, delicias spirituales imperiūre dignatur, ita vt ab altari sancto recedentes, cum Psalmographo ouanter concinant. Quam magna est multitudo dulcedinis tuę Domine, quam abscondisti timentibus te. Et rursus cum sponsa canant. Comedi fauum meum cū melle meo. In fauo aliud cera, aliud verò est mel. Sic in Christo, alia est humanitas quę in ventre virginis Marię per Spiritum sanctum concepta est, alia verò diuinitas filij Dei, quę melli aptè comparatur. Veruntamē vna est persona cui vnita fuit humanitas, & illa diuina. Quam ob rem hoc sacramentum benedictum, pulchrè fauo mellis adaptatur. Esurientes accedamus, vt tot bonis impleamur, & hoc melle degustato, cum Ionatha dicamus. Vos vidistis, quia aperti sunt oculi mei. Aperiētur subinde oculi nostri, vt nos ipsos agnoscamus, agnoscentes humiliemur, humiles effecti magis ac magis esuriamus, cupiamusque rursus hoc mellitum manna edere, cuius degustata dulcedine, confestim decipit omnis caro.

Psalm.

1. R. c. 14

¶ Susce

¶ Suscepit Israel puerum suum: recordatus est misericordię suę.

¶ Apertius Virgo sancta, de Christi Iesu aduentu nunc loquitur, tam ingens donū tamque magnum beneficium, non meritis nostris, sed misericordię illius ascribēs. Eam ob rem ait, suscepit Israel puerum suum, ob id quod recordatus est misericordię suę. Hinc sanctus Augustinus. Suscepit filius Dei Israelem, veluti medicus ægrotum, vt sanaret, dicente Esaia. Verè languores nostros ipse tulit & infirmitates nostras ipse portauit. Idque Matthæus exponit de miraculis, quę Saluator noster parauit in illo populo. Itaque non modo de salute animarum sed de corporum incolū

S. Aug.

Esaia. 53

Baruth.

Q. q. 2 bea-

Ioan. 1 beatus Ioannes. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Moras traxit apud nos vnice amans fratres, quos vt alter Ioseph hac & illac pergens quærebat. Delicias suas existimans esse cū filijs hominū. Mira & satis stupenda Christi Iesu dignatio, in vinculis charitatis trahere nos ad se conabatur, & delicias suas reputat nobiscū esse. Quo ipsi thesaurum pretiosum, & delicias nostras putemus cum illo esse, eū effusissimè amando, toto corde illi adherendo, cuni sponsa diu noctuque decantem^o.
 S. Ber. ser. 68. Dilectus meus mihi, & ego illi. Ipse mihi intèdit, prospiciēs per fenestras, respiciens per cancellos. Et ego illi intendo visibilibus rebus cunctis post habitis, & eorū quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ anteriora sunt me iprū extendens. Dilectus meus mihi & ego illi, incompletus sermo est, nā reliqua subripuit, vehemens dilectionis affectus. Dilectus meus mihi margaritum pretiosum, gemma vernans pulcherrima, & omne bonum. Ego illi columba dilecta, speciosa valde in oculis eius, thesaurus incomparabilis, quem cruore suo redemit. En quanto amore Israelem suscepit Saluator. Captiuum inuenit & liberauit potenter de manu hostiū diaboli imò non Israel

S. Ber.
ser. 68.
super
canti.

Nota.

Israel inuenit, sed Israel ipse fecit, paradisi ianuam sanctis referans obiens in cruce. Quid amplius potuit vineę suæ facere & non fecit? Suscepit nos qui Israel sumus, vt sanctus Apostolus contestatur, & gratanter suscepit christianos omnes in suam tutelam, vt ad dexteram patris sedens, angelorum cuneis, & sanctorum omnium satellitio stipatus, vnicam hanc sponsam ecclesiam tenere diligens, Saulo eam deuastrate defensaret, turareturque. Bone Deus, quanta cura, & solertia sponsus, sponsam suam ecclesiam custodiat, non dormitans neque dormiens qui custos est Israel. Exiuit Saulus leonis instar rumens, & spumās minarum & cedis in fideles Domini. At Christus Iesus non angelum mittens, sed ipsemet ex alto veniens, dirum ecclesię vastatorem Saulum prostrauit, luce circumfulciens eum, & dicens. Saule Saule quid me persequeris? Et rursus. Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris. O nos beatos qui talem habemus defensorem, omnipotens protector nobis adest, nequaquam despondeamus animum. Surgant turce, Sarraceni sequantur, impostores malorum hæretici comminētur, Christus Iesus dux & rex noster est, nō trepidare fas

A cto. 9

Nota.

erit. Verum si Deus est pro nobis, ut verè est, quis contra nos? Sed ut lucidius videamus qualiter suscepit populum christianum verum Israel, Moysen tantisper audiamus. Sicut aquila prouocans filios suos ad volandum, & super eos volitans, assumpsit eos in humeris suis. Quàdoquidem si hoc dictum est de populo illo, qui typus & umbra erat huius populi christiani, ob id quod Dominus illum eduxit in manu valida tor patris portetis, columna ignis duce, & mari rubro diuiso. Multo melius de nobis orthodoxis hoc locum habet, quos Saluator mundi non alieno sanguine, sed proprio effuso, nec primogenitis interfectis, sed patris caelestis unigenito occiso nos è manu Pharaonis Satanae potenter liberauit. Enim vero si manna caelico populum illum quadraginta annis, in squalenti deserto paui Dominus, nos autem praecellentiorum panem habemus Christum Iesum, qui panis viuus est de caelo descendens, quo pascimur quotidie reficimur, & eo mirum in modum oblectamur. Quid multa? Illi quadraginta annis manna illo vescabantur, nos verò ad finem mundi usque, hoc mirabile & verum manna possidebimus. dicente Domino ac pollicente. Vobiscum enim

Deut. 31

Exo. 16

enim sum usque ad consummationem saeculi. Velut aquila Saluator noster ex patris sinu aduolans, in uterum facerrimae matris veniens nidificauit. De quo iterum volans diuersa terrarum climata perlustrans, multa edidit miracula, praedicans regnum Dei. Et super nos volitans ad aethera bona obtinenda multipharie multisque modis inuitauit. Quod praeccepta salubria dedit, quot consilia nobis reliquit, tum de paupertate spiritus, tum de virginitate, & obedientia differens, tot vocibus nos commone facit, ut altius volemus, temporalia & fugacia bona aspernantes, & quae aeterna & vera sunt bona, toto pectore amantes. Assumpsit nos in humeris suis aquila haec grandis magnarum alarum, & longorum membrorum ductu, veniens ad libanum, id est, ad virginem candidam & omnis peccati expertem, quando nostram induit naturam, & calamitates nostras experiri voluit. Tunc oue errantem inuenit beneficus ac pius pastor, & in humeris suis locauit, aegritudines nostras vltro sustinens. Ideo sua mirabili erga nos dignatione commorus, nedum pondera delictorum nostrorum, quamlibet grauiam

Lucæ.

Ioan. 19

tulit, sed quo d maiorem adfert stuporem, gaudens & ouans, ad suarum ouium causas eam reduxit, & inter caelestes spiritus eam collocauit. Ad hac, Saluator nos ad eum misericorditer suscepit, ad eum benigne amplexatus est, ut baiulas sibi crucem exiret in Caluarie locum, ubi extendens brachia in cruce affixus fuit & eleuatus, nos fideles ad volandum prouocans, ut post hac nihil terrenum appetamus. Denique, ubi in cruce obiens descendit ad sinum

Mar. vi

Abrahae, & patres omnes beavit, ubi surgens gloriose de morte & mundo triumphauit, mundi regina Maria, & discipulis cernentibus ascendit super oes celos, captiuam secum ducens captiuitatem, nonne ut aquila suos filios prouocauit ad volandum? Quocirca Apostolus clamat. Si confurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextra dei sedens. Quae sursum sunt sapite, non quae super terram. O nos felices si ubi est corpus illic & aquile comorantes, quae infima & nulla sunt penitus despiciamus, ubi Christus est sit mens & hic erit requies, ait gloriosus Augu. De utroque Israele canit nunc alma virgo. Suscepit Israel puerum suum, quippe qui tamquam orphanus operatur

operatur destitutus. Suscepit puerum, ut cresceret in virum perfectum in plenitudinem gratiae Christi. Suscepit illum Israel sacrificij & ceremonijs seruientem, graue iugum legis portantem, quod quidem, ut Petrus Acto. 15 profiteretur, nec nos nec patres nostri portare potuimus. Plane nisi puer tunc Israel esset, quae umbratica erant habens, non apostolus dicere ausus fuisset. Cum essem paruulus cogitabam ut paruulus, loquebar ut paruulus: quando autem factus sum vir euacuauit ea quae sunt paruuli. En paruulus erat in lege veteri, ceremonias legis mordicus obseruans. In lege noua factus fuit vir perfectus, euacuans & abijciens quae erant paruuli. Quod Deus optimus non meritis nostris exigentibus, sed misericordia motus fecit ideo sequitur.

Recordatus est misericordiae suae. Nulla Text. obliuio in Deo cadere potest, sicut neque zelus, aut ira, aut odium. Deus nanque spiritus est, apud quem non est transmutatio neque vicissitudinis obumbratio, teste Iacobo. Quod autem Esau odit, & Iacob eligit, & de se loquens inquit, ego sum dominus Deus tuus fortis zelotes, ad effectus reducenda sunt omnia, quos nostrae passionnes operantur in nobis. Hinc in psalmo le-

Mala. 1.

Exo. 20

Sapient. gimus. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, & rursus in libro Sapientia habetur. Nihil odisti eorum quae fecisti. Ecce si mul amat peccatorem, in quantum est homo, qui factura & opus Dei, odit peccatorem ob peccatum, quoniam peccare deficere est. Atqui, irascenti proprium est vindictam sumere, Deus tunc odio habet iniquos, & in eos excandescit, quando aliqua poena eos plestit. Amat igitur peccatorem & odit eum, amat naturam, horret culpam.

S. Tho. S. Tho. i. part. q. 20. artic. 2. Verum quia recordari alicuius rei est ante oculos mentis ipsam ponere, Deum recordari misericordiam suam dicimus, non quod aliquando eius fuerit oblitus, sed quia quod olim promiserat opere adimplevit. Spondit Abraham & semini eius quondam pater, se daturum nobis filium suum, ut statim tractabimus versu sequenti, eam ob rem virgo sancta ait, Recordatus est misericordiam suam. Vbi advertendum, quod misericordiam vocat, & quidem scite, opus ineffabile incarnationis, in quo summopere misericordia summi numinis splenduit. Zacharia acclamante. Per viscera misericordiam dei nostri in quibus visitavit nos oriens ex alto. Nempe in cunctis Dei operibus necesse est, ut simul iustitia

iustitia & misericordia sint. Iuxta illud vniuersae vię domini misericordia & veritas. Imo opus iustitiam praesupponit opus misericordiam, & in eo sunt datur. Non quod misericors sit Deus habens miserum cor ut nos, nec tristatur in miseria nostra, sed quia operatur ad depellendam miseriam nostram, ideo misericors & miserator nusquam non in sacra scriptura vocatur. Verum quia peccatum a deo & quaecunque alia scelera, quae salutem Misericordia suo sanguine deleuit, magna erat nobis cordia miseria, magnam misericordiam nobis commisit christi. tulit Christus Iesus, veniens in hunc mundum. Viscera suae pietatis vehementer nobis palam fecit homofactus, crucis patibulum ascendens. Qua propter, lancea latus eius apertum cernimus, ut per lateris sacri vulnus, pateant charitatis immesse viscera. O nos felices, si posthac ut Ephraim cor minime haberemus. Ephraim sicut columba seducta non habens cor ait propheta. Haec seductio sapientia sanctorum est, philosophia caelestis, qua maxime opus habemus ut re ipsa comprobatur, sic corda nostra in Christi corde collocentur, ibique, ut cera ante ignem suae charitatis liquefiant, liquefacta vero, Christo Iesu sint vnica. Quales erat Paulus quando dicebat. Quis nos separabit

bit à charitate quæ est in Christo? An gladius? an persecutio? An fames? an mors? Violentæ charitatis vox ea est, quæ maximam fiduciam præ se ferre assolent. Nos vero nullatenus misericordiæ quam ostendit in nos saluator obliuiscamur, ne forsitan conquestus de nobis dicat. Populus meus oblitus est mei diebus innumeris. Recordatus ipse misericordiæ suæ, recordemur & nos pietatis eius quam nobis dedit, quando nos inuisere dignatus, in hoc retro carcere in quo eramus, multimodis catenarum astricti. Ille pollicitationis suæ immemor non fuit, fas erit vt nos misericordiæ suæ magnæ iugiter nemo res simus, ei vt ius est, gratias agentes.

Iere. 2.

¶ Sicut loquutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula.

Psal.

¶ Quam sit Deus optimus verax in adimplendis promissis regalis propheta nobis ostendit in quodam psalmo. Fidelis Deus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Verum dominus fidelis est in verbis suis nihil promittens, quod non fidelissime adimpleat, & hoc in tempore suo, neque falsum quicquam loqui potest qui veritas æterna est, & maxime omnium horret

horret mendacium. Quod vero Hebraicè habetur. Iustus est dominus, eodem pertinet, nam fidelitas & iustitia sorores sunt indiuisæ. Sanctus & immaculatus est, in omnibus operibus suis, quoniam irreprehensibilis in omnibus quæ ab initio operatus est. Ita vt nemo possit iure eum arguere, dicens quare fecisti hoc? Vbi sanctus Augustinus. Omnes sancti in tribulationibus suis, prius iustitiam eius laudauerunt, & sic beneficia petierunt. Prius dixerunt iustum est quod facis. Sic rogauit Daniel, sic alij sancti. Iusta sunt iudicia tua, bene passi sumus. Non dederunt ei iniustitiam, flagellatam laudauerunt, & sic cibantem senserunt, quia iustus est dominus & fidelis in omnibus operibus suis. Huc alludit, illud saluatoris dicentis. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Quin & in psalmo habetur. Quæ procedunt de labijs meis non faciam, irrita. Laudat nunc beata Maria Deum, & veracem prædicat, quique vt quodam pollicitus est prophetis, sic opere adimpleuit, præbens filium suum messiam nobis, qui nos eriperet de hoc mundo nequæ, & de manu diaboli liberaret. Et hæc vel maxima sanctorum di

Psal.

dignitas est, quod eis dominus sua reuelare arcana dignatur. Vnde scriptū est. Non faciet dñs verbū, nisi reuelauerit secretum suū ad seruos suos prophetas. Meminit Abrahamā quoniā ei facta est repromissio messie, non semel sed sepe, vt perspicuum est. Gen. 18. & 21. potissime. c. 22. in semine tuo benedicentur omnes tribus terre. Quod exponēs apostolus ait. In semine tuo, nō in feminibus quasi in multis, sed in semine tuo quod est Christus. Mirabile dictū. Nominari voluit, Deus Abrahamā, & Deus Isaac, & Deus Iacob, propter cōsum matā in eis virtutē, quasi qd p̄cipuū accedēs ad maiestātē suā. Vt pulchre S. Basilius notat. li. 1. contra eunomiū. Cæterū honorauit illū, & non vulgarem reuerentiam ei dedit, patrem ipsū appellandō. Quem apostolus Rom. 4 bene merito patrē fidei nostræ vocat. Sub hac, virgo Deipara vt erat humilis corde, omnes miro prosequatur honore. Enim vero supbia stulta, ab hominibus honorari vult, & nemini honorē tribuit, quod in superbo Amā principe regis Assueri notum Heste. 3 cernimus. Omnes ei in palatio regis flecebant genua Mardocheo excepto. Quā ob rē iratus miser Amā, quiescere nequibat, imo debacchat⁹, comedere aut somnū capere

pere non poterat. O superbia pessima, fera immanissima, quæ tui appetitores crucias, ac misere cruentas. At contra humilitas, quosuis exaltare conatur, de omnib⁹ bene mereri studet, omnes superiores arbitrat. Patrē appellat Maria Abrahamā quāuis filia, Sanctior ac nobilior sit suo patre. In humilitate superiores inuicē arbitrātes ait apostolus, Philippē sib⁹ scribens. Nā potest aliquis reputare in proximo aliqui boni esse, quod in se nō habet. Vel aliquid mali esse in se quod in alio nō est, ex quo potest ei se subijcere per humilitatē. S. Tho. 22. q. 151. arti. 3. Maria virgo, nec aliquid mali in se videbat, nec aliquid boni in altero agnoscebat, quod in se ipsa non inspiceret, alioqui nō assereret se magna accepisse, à Deo omnipotēte. Fecit mihi magna qui potens est dixit, in hoc suo cātico. Et rursus apostolus ait. Vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Nū Paul⁹ agnouit dona Dei sibi collata, & Maria mater Dei ignorauit? Sane ipsa altius & acutius charismata sibi largita intellexit, quā omnes sancti. Nihilominus humilitas suapte natura, reuerentiam respicit qua homo subiicitur Deo, & ijs quæ sunt Dei. Eas ob res, quia Abraham elect⁹ fuit a Deo, & ex semine illi⁹ messias iam

Phil. 2.

1. Cor. 2.

super magnificat.

iam carnem acceperat, patrem illum vocavit, docēs nos sanctos viros & amicos Dei magno habere honore. Quod stulta hæreticorum procacitas sustinere, nostra hac tēpestare non vult. Huc attinet illud psalmi. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Mihi seruo tuo & filio ancillę tuę, mihi inquam, quem miro gratiæ tuę radio illuminare dignatus es, non vtcunque sed valde amici tui, absque delectu, aut contentione, honorati sunt. Quinimo eos magnopere reuerebor, inuocabo atque laudabo, quoniam amici tui sunt, quibus arcana tua reuelasti, & quia filij tui, & hæredes regni cęlestis. Iuxta illud potestatem dedit eis filios Dei fieri, ijs qui credūt in nomine eius. Et iterum Paulus. Quod si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohęredes autem Christi, si tamen compatimur, vt conglomerificemur.

Psal.

Ioan. r.

Text.

¶ Et Semini eius in secula. Filius tanti patris fuit rex Dauid cui dominus dixit. De fructu ventris tui ponam super sedem tuā. Quibus verbis messiā nasciturum ex prosapia eius Deus indicauit. Vnde iure filius Dauid tam ab hebræis, quam à muliere cananęa saluator noster vocatus est. Hinc generationem Christi rerexere cupiens,
Matthæus

super magnificat.

313

Matthæus sic orsus est. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Semen Abraham vocat non omnes, sed imitatores eius qui fide & charitate vestigia tã præcellentis parentis sectati sunt. Non omnes qui ex Israel, hi Israelitę, neque qui ex femine sunt Abraham, omnes filij Abraham. Sed qui filij Dei sunt æstimantur in semine. Et ad Galatas. Qui ex fide sunt ij filij sunt Abraham. Nec alio spectat, quod saluator persecutoribus suis dixit. Si filij Abraham estis opera Abraham facite. Et non nihil duriuscule loquutus inquit. Vos ex patre diabolo estis & voluntatem eius vultis adimplere. Ad eandem imaginem parum refert, si nos nomine præcellentri gaudeamus, si duntaxat nomine Christiano gloriantes Christi Iesu opera, charitatemque nullatenus imitemur. Quid obsecro refert, si fidem tantum habentes, fidei opera non habeamus? Veh illis de quibus apostolus ait. Dicentes se nosse Deum, factis autē negant. Fidelis es, inuiolatã ecclesiã fidẽ profiteris bene agis, at mādata Dei cui credis non seruas, ore Deũ laudasti, & opere negasti. Si ergo de nomine mirifico Christiano te iactas, da operã vt quãprimũ mādatis Christi Iesu obedias. Alioqui oraculum

Rom. 9

Galat. 3.

Nota.

R r

sancti

Apoc. 3. sancti Ioannis terrificum audi. Nomen habes quod viuas & mortuus es. Nec ab similes illi erant, qui inaniter efferebantur dicentes. Nos filij Abraham sumus, & nemini vnquam seruiimus. Ij nimirum nihil minus quam liberi erant, quique suis passionibus obedienter, tot turcis inferuiebant, quor vitijs obtemperabant. Testante beato Ioanne. Qui facit peccatum seruus est peccati. Quin quavis seruitute hæc atrocior & seuior est. Sequitur, in secula. Bis mille anni transire, ab Abraham vsq; ad Christum, in quibus Deus clemens, non tacuit, quominus sanctis prophetis, aduentum messie Deo reuelarit. Quod quidem adeo notum est sacris literis candidato, vt nullatenus probatione sit opus. Alioqui tam ardentem, Esaias, Ieremias, Daniel, alijque propheta non clamarent obnixè exorantes, messie tantæ expectarum aduentum. Nonnulli verbum illud in secula, ad verum Israel referunt, qui nos sumus. Et quoniam nunquam deficiet populus Christianus, id promittente Christo, quando Petro dixit. Super hæc Petram edificabo ecclesiam meam & portæ inferi non præualerunt aduersus eam. Inferorū portæ tyranni, dæmones, hæretici, delictaqueq; animas fidelium interficientia sunt, & hæc

Text.

Mat. 16

hæc nil poterunt contra ecclesiam sanctam Romanam, vt eam consumere queant. Quod maximū solatiū nobis adfert. Idq; vaticinio Hieremiæ probari potest. Si defecerint leges istæ, quas posui soli lunæ, & stellis, diei & mari, tunc & semè Israel deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus. Neutiquam de Israel secundum carnem hoc intelligi oportet, nam cum saluator in propria venit sui eum non receperunt. Quam ob rem, ipse par pari rependens, dimisit eos secundum desideria cordis eorum vana, & transtulit se ad gentes. Ideo vsq; ad seculi finem, nobiscum Christus erit, suam sponsam gubernans atq; defendens. Quo vel maxime conducit sententia Basilij magistri. Semen autem dixit Dei genitrix, non tam carne quam fidei vestigia sequens, cui aduentus saluatoris in secula promissus est. Cui dicto alludit glossa dicens. Quia ipsa promissio veritatis & hæreditatis, nullo clauditur fine, vsque in finem seculi credentes non deerunt, & beatitudinis gloria erit perennis. Hæc omnia prophetarum sedula indagatrix alma virgo, in hoc mirabili epithalamio cecinit, nedum hæc sed pleraque multa latent, quæ paruitas nostra nec delibare meruit. Quisquis longe præstata

Iere. 31.

S. Basil.

Summa

tiora super hoc cantico virginis sacre vide re cupit doctorum sanctorum fontes limpidissimos adeat, è quibus ruditas nostra quæ dicta sunt hæctenus pro modulo suo hauit. Nunc cõpendio ac summatim collibuit, quæ fufus enarrata sunt recensere.

¶ Summa huius præcellentissimi Deiparæ virginis cantici.

¶ Quos ecstáticos excessus passa fuerit anima Dei mater Maria, & quas delicias spiritus degustarit, quando hoc canticum innumeris sacramentis exuberans in laudem omnipotentis Dei decantarit, opis nostræ non est indagare aut scire. Scier tamen vel aliqua ex parte, qui orationi & contemplationi addictus, tota intellectus sui indagine, virginem Deiferam inspexerit, spiritus sancti opera grauidam, absque grauedine matrem sui creatoris & nostri effectã, ministerio atq; dignitate super seraphim euctam. En venter meus sicut mustum absque spiraculum, quod lagunculas nouas disrupit aiebat, cum Heliu. Plena sum sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei, loquar & respirabo paululum. Sane spiritus sanctus quo erat plena Maria eam coarctabat, ita vt tacere nequiret, quo minus corde & ore magnificaret eum, qui tantopere

Iob. 31.

Virginis cantici.

315

perc illam magnificarat, & in matrem suã delegerat. Et quoniam memoria abundantia suauitatis Dei eructant sancti, & iustitia ei⁹ exultant, ceu cõtestatur regius propheta, sancta Dei genitrix, vt pote dulcedine Christi Iesu referta, ex illa abundantia eructare cœpit hoc verbum bonum, verbum mirificum, verbum omnigena odoramentorum fragrantia redolens. Vtinam Deiparæ precibus, vel guttulam dulcedinis huius oceani vastissimi, delibare nobis contingat. Ait ergo Maria domina nostra & angelorum regina.

¶ Magnificat anima mea dominum. Vita Text. mea in hoc tota est, sensus & actus meus, hunc habent scopum, vt pro virili dominum magnificent, quem omnes creaturæ semper collaudant, & toto glorificant nisu. Quod si rex terræ quispiam, vel imperator Romanorũ, honore dignus habitus est, iuxta illud, Deum timete regem honorificate, quanto amplius rex regum & dominus dominantium, necnõ & totius mundi imperator Deus, honorandus & modis omnibus magnificandus erit? Non linguam nostram magnificemus vt improbi, quos redarguit Dauid, non inquam nomen nostrum in terra exaltare conemur, velut

ps. 144.

1. Petr. 2.

R r ; turrim

turrim Babel extruētes, malo suo magno. Non vt Pharisæi magnificemus simbrias philacteriæque longe lateque dilatemus. Quin potius cantatricem nostram Mariam imitantes eo tendant nostra studia, illo pergant nostri conatus, vt diu noctuque Christum Iesum laudemus, laudantes & illi seruiamus, seruientes vt par est, tum corde tum etiam ore & opere misericordiam eius, sapientiam & potentiam magnificemus. Plane in nobis magnificatur, Augustino teste, dum magnum eum predicamus, dum imago illius in nobis, conuersione peccati mortalis non fœdatur. Imo intellectus fide integra, voluntas charitate flammigera, memoria spe firma, mirum in modum roboratur, & sole ipso lucidior efficitur. Tunc caelesti gaudio mens perfusa dicere potest.

Text.

¶ Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Ne frustranea & inania, nostra gaudia sint, vt impiorum esse assolent, ex diuitijs, honoribus, & carnis oblectamentis falso gloriantes, ac iubilantes, docer nos omnes fideles, pia mater Dei, in quo vnos latari ac summe gaudere oporteat. Letantur scelerati pro dolor, sed quando nempe cum malefecerint, &

Prou. 2.

proca

procaciter exultant, sed in rebus pessimis. Nec pudet eos peccati, quod vel maxime abominari decebat. Quin vt Sodoma delictum atrox suum predicauerunt, deuorantes plebem domini, & suo exemplo animas deuasantes, quemadmodum vltimis suspirijs citharcedus rex deplorat. Nonne sciunt omnes operantes iniquitatem, quia deuorant plebem meam sicut escam panis? tales sunt, qui etsi fidem habeant, fidei opera sancta non habent. Tales infideles, & hæretici, cuius lethalis doctrina vt cancer serpit, qui impudenter letantes, ouantesque in pessimis operibus pecudum more viuentes, libertatem euangelicam appellat, que vera & misera diaboli seruitus est. At Maria virgo, omnium sanctissima, ac prudentissima exultat in Deo salutari suo, ac nostro, quem circumualatum gestabat in utero. Ipse plane angelorum est gloria, ipse sanctorum omnium expectatio & letitia, cuius presentia quamuis post parietem nostrum latitans in aluo virgine inclusus, totam Zachariæ domum lætificauit. Nimirum Lucæ. 1. eo aduentante, & matre illius benedicta Elisabeth salutante, præcursor in ventre matris suæ exultauit in gaudio, iubilans &

Psal.

Lucæ. 1.

R r 4

tiii

Summa

tripudians de aduentu saluatoris. Gauisa insuper est Elisabeth que spiritu sancto plena, mirum in modum Deiparam laudauit. Gauisus est Zacharias, qui afflatus diuino spiritu, mira prophetauit. Quid plura. Angeli exultates, eo nato, gaudium magnum pastoribus pannosis nuntiauerunt cantantes gloriam Deo, & pacem hominibus bonę voluntatis prædicantes. Dicamus & nos, & corde dicamus. Gaudens gaudebo in domino, & exultabo in Deo Iesu meo. Fœlix qui omne mundi gaudiũ respuit, in Deo salutaris nostro exultans & in eo duntaxat gaudens.

¶ Quia respexit humilitatem ancille suę, ecce enim ex hoc beatã me dicet oēs generationes. Viã qua sit eũdum, & scalam qua sit ascendendum, in æthera virgo sacra nobis palã facit. Superbia angelos è cælo deiecit. Luxta illud, vidi satanã tanquã fulgur

de cælo cadentem. Superbia protoplastos, de paradiso expulit, & in hac calamitosa lachrymarum valle locauit. Verũ cum excelsus sit dominus & humilia respiciat, vt exalter. E contrario alta à longe cognoscat vt deprimat, respexit humilitatem Marię, ob quam electa est à Deo, vt mater esset sui patris. Quas ob res omnes generationes

Virginis cantici.

317

nerationes iure optimo illam beatam prædicant. Fideles in terra, etiam Sarraceni laudant, virginem permansisse, etiam pessimus Mahumetus in suo alchorano asserit. Iudæi, & turcę, omnes Mariam benedictam ac fœlicem appellat. Nec angeli id tacere queunt in cælo. Humiliemur sub potenti manu Domini, vt nos exaltet in die visitationis, certò certius scientes, quod omnis qui se exultat humiliabitur, & omnis qui se humiliat exaltabitur.

¶ Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Gratiarum actio hæc est, in qua alma virgo magna dona sibi à Deo impesa subindicat, Ingratitudo tam est inuisa, & Deo infesta, vt nihil magis ipse abhorreat. Eam ob rem philosophi perierunt, quoniam cum Deum cognouisset non vt Deum glorificauerunt aut gratias egerunt. Populus Israel quem ingratitude noxa, heu, inuoluit, igne cælesti punitur & serpentium moribus cruciatur. Quin & Saluator vbi decem homines, sua mirabili beneficentia à lepra mundauit, vno duntaxat redeunte, & gratias ei agente, miratus ait. Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Quo facto erudimur, perpaucos, fore Deo gratos, quam plures

R r 5 verò

Summa

verò ingratos. At qui magna esse quæ accepit à Domino, maria virgo indicat, quæ tamē fuerint & quanta, nō explicat. Ratio, quia vel innumera sunt idēdō filet, aut contemplationi nostræ relinquit ad numeranda. Magnum quidem fuit eam ab omni laabe peccati præseruare, ita vt originalis culpa eam non tetigerit vnquam, quod nulli hominū contigit, qui ex propagatione patris & matris genitus est. Magnum valde vt virgo permanens filium Dei generaret, & eederet nobis. Magnum vt obiens eam suscitaret super angelorum choros, & collocaret. Hæc & alia multa id genus Christus qui potens est vnice dilectæ matri suæ fecit ditans eam muneribus inſolitis.

Nota.

Textus.

Treno.

¶ Et misericordia eius à progenie & inprogenies timentibus eum. Amplissimā summi numinis misericordiam nobis graphice depingit. Quippe quam ob oculos semper habeamus oportet, dicente Hieremia. Misericordiæ Dei, quod non sumus consumpti, quoniam non defecerunt miserationes eius. Hæc misericordia, ea est quæ attingit à fine vsque in finem, disponens omnia suauiter, veluti scriptura sacra testatur, de sapientia Deiloquens. O suauitatem

Virginis cantici.

318

tem mirabilem, o summi Dei misericordiam stupendam. Ad eod suauiter Deus optimus salutem nostram disposuit, vt vni-genitum suum nobis daret. Quin & proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Quid hoc dono dulci? Quid sacratius, aut salubrius? In funiculus Adam, ait Dominus, traham eos, in vinculis charitatis. Beneficia elargita Adæ quâlibet magna velut funiculi erant, si collata sint, ijs fortissimis dilectionis vinculis, qui bus nos irritare, & ligare Christus Iesus vehementer nititur. Hinc diuus Bernardus. Super omnia reddit te mihi amabilem Domine Iesu, calix quem bibisti, opus redemptionis nostræ. Hæc misericordia tam ingens, à progenie & inprogenies diuagata est, à principio mundi vsque in finem efficaciam habet, nā Saluator mundi agnus occisus est ab origine mudi, quæ contemplatus est beatus Ioannes in Apocalypsi. Mors eius præuisa vt theologi aiunt, virtutem habuit in præfiscis patribus, in qua pœnitentiam agentes saluifacti sunt. Et idēdō ait timentibus eum.

¶ Fecit potentiam in brachio suo, disperfit superbos mente cordis sui. Perspicacius diua Maria incarnationis vberimos fructus

Osee. xi

S. Ber.

Apo. 13.

ctus nobis recenſet, brachium patris cæleſtis, Chriſtum Ieſu rectè vocans. Eſt nimirum fortitudo & virtus patris, verbum i-
 pfius, quo portat omnia, & in quo vt in arte, & ſapientia fecit omnia. Dicente Pro-
 pheta. Omnia in ſapientia feciſti. Hoc eſt, in filio aut verbo tuo. Equidem vt à corpo-
 re brachium, ita quodammodo à patre fili-
 usque, perſona verò patris alia realiter diſ-
 tincta eſt à filio. Vnde Saluator ait. Ego
 & pater vnum ſumus. Ecce in eſſentia vni-
 tas, quia vnum, & in perſonis diuerſitas, quoniã nec pater filius eſt in perſona, ne-
 que contra. In hoc brachio ſic potenter de-
 bellauit, & inimicos ſuperbia tumentes triumphauit, vt ſuperbos dæmones de ſe-
 de cordium hominum effugaret, diſperde-
 retque, & ſupercilioſos legis ſacerdotes, Scribas & Phariſeos, templo arca fœderis, & ſacerdotio, quo perperam fungebantur mulſtaret. Quia tu repuliſti ſcientiã, ego repellam te ne fungaris mihi ſacerdotio, multis retro ſeculis propheta tum erat illis Expulerunt Chriſtum Ieſum verum Meſſiam patris cæleſtis ſapientiam, & viciffim ipſe reſpuit eos, lege & ſacerdotio ad nos tranſlato. Imò ore ſuo benediçto eis dixit.

Amen

Amen dico vobis relinquitur domus veſtra deſerta, & ita factum cernimus. Diſperſi ſunt ob inſignem ſuperbiam ſuam, profugi ſuper terram, paucis demptis qui crediderunt.

¶ Deposuit parentes de ſede, & exaltauit Textus. humiles. Actus actiuorum in patiente diſpoſito ſunt, Philoſopho teſte. Itaque idẽ ſolis radius lutum indurat, & ceram liquefacit, ob variam diſpoſitionem. Et ad eundem modum filius veniens in hunc mundum, qui que lux æterna eſt, à patre procedẽs, elatos ac ſuperbos ſua virtute deiecit, humiles & abiectos in ſublime exaltauit. Quod vel maximè in laudem & gloriam eius ceſſit, vt agnoſcant homines quoniam homines ſunt. Quos potentes nunc appellat, ſuperbos paulo antè vocauit, nam potentes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt. Potentes ſeſe fore exiſtimant, & apud vulgus imperitũ magni exiſtimantur, nihilo ſecius imbelles & fragiles ſunt, infirmitatibus ſuis obediẽtes, irẽ inuidiã, inſolentiã, cæterisque vitijs ſeruiẽtes. Hoſce de ſede gloriã ſuã Saluator deposuit, vt nuper tetigimus, quando præpoſtere eis euenit, nam gentilibus credentibus, increduli & durẽ ceruicis hebræi foras

Pſalm.

Ioan. 10

Hier. 4

Summa

foras missi sunt. Ceterum humilis magister & doctor Christus Iesus, quos humiliter de se sentientes reperit, hos honorat, & exaltat. Piscatores principes terræ fecit, homines idiotas apprimè erudiuit, ita ut caput totius ecclesiæ post se, Petrum institueret. Vel si placet in eodè populo Israelitico, virgo prophetauit hoc affuturū. Cui alludit illud Simeonis. Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel. Si quidem ita gestum legim⁹, Christo Iesu adueniente, quod multi non credentes præcipitati perierunt, ut Caiphas Annas, & pleriq; alij qui Saluatorè persequuti sunt, & Pilato tradiderunt crucifigendum. Multi etiam surrexerunt, videntes Christi Iesu portenta & miracula quæ virtute sua patrabat. Potissimè post resurrectionem & mirabilem eius ascensionè, quando Apostolis Spiritu sancto repletis prædicantibus, multa turba sacerdotum crediderunt in Christum Saluatorem nostrum, ut in actis Apostolorum meminit Lucas. Ij ob humilitatem suam exaltati, salutem animarum suarum assequuti sunt, illi ut superbi de se præsumentes, depositi de sede gloriæ perierunt.

¶ Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit

Lucæ. 2

Nota.

Acto.

Textus.

Virginis cantici.

320

missi inannes. Rursus humiles alio appellat nomine, esurientes illos dicens, superbos autem diuites nominat, existimantes se nullo egere: esuriunt humiles, sed quid esuriunt? nempe non honores, diuitias, aut carnis iniq; oblectaméta. Esurientes sunt nihil appetétes nisi iustitiã, & ideo beati vocantur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. Mira res, quo amplius serui Dei spiritalem dulcedinam capiunt, amplius capere affectant. Nam delitiæ spiritales quo magis eduntur eo magis ac magis desiderantur. Carnales verò deliciæ contra, eo magis fastidium inferunt quo magis eduntur. Qui edunt me, ait Dominus, adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient. Magna ac mirabilis beneficentia Dei nostri, non tantum cibis animæ nostræ est sed potus. Cibus est proficientibus, potus dulcis & valde suavis perfectis quos charissimos & amicos spõsa nominat. Comedite amici ait, & inebriamini charissimi. Sed hic notandum quod huic sententiæ nihil officit, quod Saluator Samaritanæ dixit. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei non sitiet in æternum. Amici Dei gratia eius afflati, esuriunt & non esuriunt, sitiunt & nõ sitiunt.

Mat. 5

Ecclesi.

Canti. 5

Nota.

Summa

unt. Non appetunt terrena, sed cælestia, non sicciunt quicquam mundi desiderantes, & magna siti afficiuntur, Deum facie ad faciem intueri affectantes. Vnde in **Pfalm.** Psalmolegimus. Quemadmodum desiderat seruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus: pulcherrima comparatio & omni cōsideratione digna. Ecce quos esuriētes virgo sancta vocat, qui iustitiam & omnes virtutes cupiūt habere, eas quæ operando exercent. Et hos Christus Iesus implet bonis, desideria eorum candida implet, diuitum & superborum pectora omni virtute & gratia arenata, vacua dimittit. Sunt vt sepulchra dealbata ac deaurata foris, intus autem plena omni spurcicia atque nequitia, vt luculenter redemptor illos delinearat.

¶ Suscepit Israel puerum suum, recordatus est misericordix suæ. Quantopere filius Dei peculiarem suum populum dilexerit, hic patefacit sancta Dei genitrix. Vt nutritius in vlnas suas eum suscepit. Iuxta **Osee. ii** illud: Sicut nutritius Effraim in brachijs meis portabam eos, & non intellexerunt quoniam curarem eos. Quo verbo, cuncta beneficia Israel collata comprehendit. Suscepit populum suum, vt tutaretur eum,

vt

virginis cantici.

327

vt sanaret à plerisque lāguoribus. Suscepit eum vt pastor vigilatissimus, pascua vberissima tum doctrinæ tum etiam miraculorum illi præbens. Vnde Esaias inquit. In brachio suo congregabit agnos, in sinu suo fœtas ipse portabit. Ac si patenter dicat. In filio suo messia, populum suum dispersum coadunabit, eripiens eum de inimicis suis, qui sicut lupi rapaces eum infestant. Quid ita? Quibus meritis? Misericordia motus id fecit, qui propensus ad miserendum est, tardus & moras trahens, ad vlciscendum de peccatoribus. Recordatus est misericordix suæ. Inspecit sese qui misericors & miserator est. Hinc apostolus. Non secundum iustitiam quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Clamandum ergo & nullatenus tacendum est. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Magna Dei misericordia ea est, qua veniens in mundum homo factus nos suo sanguine redeinit de diaboli potestate, transferens nos in regnū dilectionis suæ. Recordatus est pollicitationis suæ operam dans eam opere implere. Vnde sequitur.

Esai. 40

Psal. 50

¶ Sicut locutus est ad patres nostros, A bra

ham

Summa

ham & semini eius in secula. Breui admodum tam Abraham quam omnes vates, quibus reuelatus fuit aduentus messiae commemorat. Par erat vt tam magnificum donum eos non lateret, tum vt ipsi populo predicarent illud, tum vt ipsi ardentius orarent suppliciter precantes, vt dignaretur venire, tempore presinito, ne mundi magna plurimaque scelera causa esset differendi, quod promissum erat. Neque enim decebat vt Deus homo fieret statim post

S. Tho. 3 A de peccatum, superbia hominis adhuc p. q. r. ar. 5. vigeat, nec humiliatus agnoscebat, se redemptore indigere. Itaque in lege naturae homo cognouit fragilitatem suam, data lege morbus inualuit, non legis sed naturae vitio. Et sic sua infirmitate agnita homo clamaret, aspirans ad gratiam, auxilium diuinum implorans. Et huc attinet illud Pauli

Gala. 4 ad Galatas. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, & adoptionem filiorum reciperemus. Vbi plenitudo temporis, quinque mille anni sunt, quibus decursis, verbum caro factum est. Fas ergo erat, vt interim fides messiae venturi oriretur in cordibus eorum, qui vocati sunt aeternae hereditatis.

virginis cantici.

322

ditatis. Fides autem ex auditu. Eam ob rem Abraham & semini eius Deus lubens, filij sui incarnationem mirabilem reuelauit. Imo Christo Iesu teste. Abraham vidit oculis fidei diem eius, & gauisus est. A longe & in spiritu vidit saluatorem, & nihilominus vehementer exultauit. O pigritiam nostram, o detestandam ignauiam, iam paruulus datus est nobis & filius Dei natus est, & mundi fallaci letitiae vacantes de Iesu, & in Iesu gaudere nolumus. Pudeat nos tepiditatis nostrae posthac, & cum virgine sacra semper & vbique Christum Iesum laudemus dicentes. Magnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Cui sit honor & gloria, cum patre & spiritu sancto, per cuncta secula. Amen.

Ioan.

Nota.

¶ Gratiarum actio ad Deiparam Mariam.

¶ Fateor virgo virginum praecleara, & fateri non erubesco temeritate meam, quod encomia immensa & laudes tuas praecellentes explicare ausus sum. Sed vt verum fatear huc affectus meus in te magnus compulit me, magnopere cupiens vel balbutientis instar, tua praecordia depromere, tuaque saltem rudi & impolito sermone enarrare

S f 2 rare

Summa

rare elogia. Nec me clam est, imò quam optimè scio, ò augustissima angelorum regina, totiusque mundi domina, quam impares quamque exiles in ore meo laudes tuæ sint. Quas retexere illustres viri, alioqui sanctitate conspicui, literis & candida ti, valde pertimescebant. Hinc diuus Augustinus, egregius Hieronymus, caterique doctores præstantissimi, vno ore eodemque affectu, etsi non iisdem verbis, eadem sententia tamen, eorum quisque cum sancto Bernardò dicebat. Nihil est quod magis me terreat, quam de virgine gloriosa habere sermonem. Veruntamen fragilitatè meam vicit, ac timorem foras expulit, confidentia in te maxima, qua illectus, roboratus, & omnino attractus, hanc vastam prouinciã inuisere, atque hoc onus humeris hominum nullatenue sustinendum, obire institui. Tua ope, ò Deipara Maria, qua omnes te inuocantes adiuuare soles, filij tui Christi Iesu Saluatoris nostri, gratuita dignatione, deuentum est ad finem vsque, huius operis. Quam ob rem illi, tibi que ingentes gratias ago, procliui genu deprecans, vt lucubratiunculas nostras, quales quales illæ sunt, benigno affectu suscipias. Ita vt quisquis eas legerit, pioque relege-

rit

d. Aug.

S. Ber.

Virginis cantici.

325

rit desiderio, nonnihil vtilitatis & deuotionis in te hauriat, meque inter seruulos tuos adnumerare, & tam in hac vita calamitosa, quam mortis in agone defendere, atque tutari non desinas. Nec non post exhalatam animam, apud vnigenitum tuum Iesum, viuorum & mortuorum iustum iudicem, aduocatam libèter agas. Quo tuis dignissimis precibus, omniumque sanctorum meritis, creatorem, ac redemptorè, meum Iesum in sua gloria, angelis & hominibus dominantem, merear intueri. Amen.

Finis huius operis.

¶ Queque dicta sunt in hoc libro, lubens sacro sanctæ ecclesiæ Romanæ censuræ submitto.

¶ Quam sit æquum, quam neccesse, atque proficuum de gloriosa virgine Maria cogitare, loqui, & scribere candidè lector, tute, me silente perspicacius vides. Proinde has nouem declamationes, festiuitatibus totius anni Deiferæ accommodatas accipe, quibus accessere, tum alia declamatio festi beati Lucae euangelistæ, qui latius de puero Iesu benedicto, & eius diua matre scripsit, tum etiam tractatus super

Tabula huius libri.

Magnificat. Quæ omnia si charitate, & benevolentia qua affoles, legeris, fieri non potest, ut non nihil compendij haurias. Dabimusque operam, Christo Iesu opitulante, tibi tradere, alias declamationes, tam pro aduentu Domini, quam pro dominicis quadragesimæ, & quam optimè vale.

- ¶ Prima declamatio, fufius differit, virginem sanctam immunem fuisse à culpa originali, in sua immaculata conceptione. Folio. 1.
- ¶ Secunda, visitationem Mariæ ad Elisabeth factam subindicat, quæ gauisus est Ioannes, & eius mater Spiritu sancto fuit plena. fo. 22.
- ¶ Tertia tractat præsentationem factæ virginis, & vitam candidam, quam egit in templo: & hæc ceu speculum nitidum, ob oculos sæper habere docet. fo. 40.
- ¶ Quarta, Gabrielis archangeli annuntiationem explanat, qua audita, assensum egregia virgo præbuit, & sub inde mater Dei facta est. fo. 62.
- ¶ Quinta visitationem ad Elisabeth factam recēset, in qua, magna Spiritus sanctus operatus est. fo. 83.
- ¶ Sexta, expectationem Mariæ narrat, in qua

Tabula.

- qua flammigeris orationibus instabat, ut videret natum per quem cuncta condita sunt. fo. 114.
- ¶ Septima, purificationem eius, quæ angelis candidior, ac purior est, adamulsum indicat. fo. 135.
 - ¶ Octava, portentum Romæ factum niviū descensione fufius enarrat. fo. 159.
 - ¶ Nona denique, Deiparam corpore, & anima in cælum assumptam probat. fo. 179.
 - ¶ Decima declamatio, euangelij lectionem exponit in laudem sancti Lucæ euangelistæ, cui ut pie creditur, alma Virgo, quæ de puero Iesu scripsit, ipsa ei narravit. fo. 215.
 - ¶ Tractatus in Magnificat, canticum hoc exponit quod plurimis scater mysterijs. folio. 259.

¶ Finis Tabula

COMPLVTI.

Apud Andream de Angulo,
Anno de 1568.